Digitized by Google

2 - 90

Digitized by Google

2-90

ACTA
SS. MARTYRUM
ORIENTALIUM
ET
OCCIDENTALIUM
IN DUAS PARTES DISTRIBUTA

Digitized by Google

Digitized by Google

ܡܟܬܒܢܘܬܐ ܕܣܗܕ̈ܐ ܡܕܢܚܝ̈ܐ
ܡܥܪ̈ܒܝܐ ܘܡܥܠܝ̈ܐ

ACTA
SANCTORUM MARTYRUM
ORIENTALIUM
ET
OCCIDENTALIUM

IN DUAS PARTES DISTRIBUTA

ADCEDUNT

ACTA S. SIMEONIS STYLITAE

OMNIA NUNC PRIMUM SUB AUSPICIIS

JOHANNIS V.
LUSITANORUM REGIS

E BIBLIOTHECA APOSTOLICA VATICANA PRODEUNT

STEPHANUS EVODIUS ASSEMANUS ARCHIEPISCOPUS APAMENSIS
Chaldaicum Textum recenſuit, Notis Vocalibus animavit, Latine vertit, Admonitionibus, perpetuiſque Adnotationibus illuſtravit.

PARS I.



ROMAE MDCCXLVIII.
Typis Joſephi Collini.

PRAESIDUM PERMISSU.

Digitized by Google



JOHANNI QUINTO
LUSITANORUM REGI
PIO VICTORI PACIFICO

STEPHANUS EVODIUS ASSEMANUS ARCHIEPISCOPUS APAMENSIS
SEMPITERNAM FELICITATEM

Solent, Rex Magne, atque omni re Potentiſſime, qui laborum ſuorum conatus inſcribere cujuſpiam nomini cupiunt, illud in primis animo diligenter proſpicere, ut ne quid offerant Mecoenatibus ſuis, quod ab eorum moribus ſit alienum; neve quidquam talium rerum exhibeant, quibus aut ipſi non ſtudeant,

 aut

imperio naſcuntur, ſuo quique ſtudio propenſius ferantur, & ad nominis gloriam, populorumque felicitatem non una, eademque ratione graſſari, enitique contendant.

Age nunc, REX INVICTISSIME, Tua illa Pietas, & Religio, quae una videtur eſſe in Tuis magnis Virtutibus maxima, Tua illa, inquam, Pietas, qua omnium mortalium aures celebrantur, quae ubique gentium ad imitandum Chriſtianis Principibus oſtentatur, quae Tecum regnat, Tecumque res belli, paciſque publicas adminiſtrat, perſuadere mihi, de hujuſce Operis Dedicatione deliberanti, facile potuit, cui potiſſimum deberetur; Tibi uni ſcilicet, quem omnium Europae Regum religioſiſſimum, & Sacrarum rerum, & Diſciplinarum amore flagrantiſſimum Europa ipſa tota demiratur, & praedicat.

Itaque quum magnae Tuae laudes, nullis eae quidem limitibus definiantur, ſintque in omnia Virtutis, & Gloriae ſpatia ampliſſime propagatae, atque in Te uno Prudentia, Moderatio, Conſtantia, Comitas, Fortitudo, Beneficentia, Conſilium, ceteraeque Maximorum Imperatorum, & Principum dotes amice conſpirent univerſae; Religio tamen, cujus vinculo adſtricti, & religati ſumus, quod hac conditione gignamur omnes, ut juſta Deo, & debita obſequia praebeamus, ita eminet atque excellit, ut quum pluribus Ipſe, iiſque implicatiſſimis curis, quot eſſe ſolent in immenſa fere

marium, terrarumque diſſitarum Dominatione, maximopere diſtinearis; in eo tamen totus eſſe videare, ut res Divinas, & Sacrorum dignitatem, & cultum majeſtatemque Templorum, & Chriſtianae rei vel tuendae, vel amplificandae ſtudium dumtaxat mediteris.

Id in cauſſa fuit, quare elaboratum nuper vigiliis multis, & pertinaci labore confectum hoc meum Opus Tibi, REX MAXIME, quod ad Religionem pertineret, Religioſiſſimo Principi nuncupandum putavi, certus omnino, gratum nihil magis, acceptumque JOHANNI QUINTO, REGI a Pietate, a Moribus, a Religione clariſſimo, exhiberi poſſe, quam ſtrenuorum, & ſanctiſſimorum Virorum pro Fide, pro Moribus, pro Religione ſortiter geſta, ad commune bonum, decuſque Chriſtiani Nominis, & traditae a Patribus Diſciplinae. Enimvero haec ſumma eſt Operis, quod exhibemus. Invecta nuper non multos ab hinc annos in Apoſtolicam Vaticanam Bibliothecam quum fuerint Orientalium, qui in Perſide paſſi ſunt, & Occidentalium Martyrum Monimenta Chaldaice conſcripta; nova ſubinde Actorum Collectio, quae tamdiu deſiderantur, ſi demum concinnari, adornarique potuiſſet, ratus ſum, ſore ut rei Chriſtianae commodo, atque incremento coeptum hujuſmodi quam maxime conduceret, atque Eruditorum cupiditati votiſque abunde fieret per me ſatis. Ea quippe partim jam ſcribentes auſugerant oblivione temporum conſepulta; partim vero corrupta, luxata, inter-

interpolata, quae prae manibus circumferuntur, genuinis hiſce recens inventis Codicibus minime reſpondebant. Incidit ergo menti conſilium, ut inedita, & a quadringentis ſupra mille annis, quae olim pulvere ſituque obſita delituerant, luce publica donarentur, Adnotationibus perpetuis adjectis & Admonitionibus, ad Hiſtoriae nitorem, & temporum intelligentiam. Vulgata vero, ſed mendis, anachroniſmis, vaniſque & putidis fabulis involuta, recentiorum adcurata critice Eruditorum adhibita, ad primigeniam fidem & veritatem exigerem, Chaldaicis praeſertim Commentariis nativo ſenſu donatis, quem imperitia ſermonis, aut ſaltem Interpretum oſcitantia corruperat. Utrumque pro votis adcidit. Nam ex MSS. Codicibus I. & II. Nitrienſibus, facem memoriae illorum temporum praeſerentibus, quorum ſubinde germana veritas in Admonitionibus adparebit, quae olim ſub Sapore Secundo, cui nomen Longaevus, & ſub Vararane Quinto, Perſarum Tyrannis, necnon ſub aliis Romanorum Imperatoribus, Certamina ſanctiſſimi Praeſules, omniſque generis Viri, & Mulieres pro Chriſto, infracto animo, devoraverint, nullo negocio exhibito, exponere datum eſt, & ſuppoſititiis commentis excuſſis, atque exſibilatis fabulatoribus, ſinceram Martyrum, & Martyriorum Hiſtoriam glorioſis Eccleſiae Faſtis adjicere ad aeternitatem.

En Tibi, REX MAGNE, & occaſio ſcribendi, mihi divinitus facta, & Scriptorum materies, Tuis ſub Auſpi-

ſpiciis feliciter in medio poſita, ut ipſa quidem per ſe gravis & ſumma, atque omnium praecipua & clariſſima Auguſti Nominis Tui magnitudine & majeſtate compareat Auguſta magis, magiſque inclareſcat. Vides ergo argumentum Operis ad Te pertinere, quia pertinet ad Religionem. Adverte, quaeſo, nunc animo, quot aliis nominibus Tibi debeatur. Ea quippe ſunt, quae licet alio ſpectare, ob rerum naturam atque habitudinem, videantur; ad unam tamen eamdemque Animi Tui Pietatem & Religionem referri poſſunt. In Perſide primum Martyria, quae heic deſcribuntur, peracta ſunt: Perſaeque Martyres, quorum pro Chriſto, pro Legibus, ſacriſque Ritibus fides, conſtantia, robur invictum exponitur, Eccleſiae palmas ſuo ſanguine pepererunt. At Regibus Luſitanis Perſidis Imperium, ſi quando eliminata barbarie, illud tandem ab iniqua poſſeſſione vindicari contingeret, delatum eſſe, fatentur omnes, qui tyrannidem in Oriente debacchantium Praedonum diris omnibus devovent; negantque, eos Chriſtianas olim Provincias, injuria armorum ſubactas, ſibi habere nunc poſſe, aut jure legitimae Dominationis retinere.

Quod nî ita eſſet, Sacra illa & percelebris in Hieroſolyma expeditio, tot linguis & literis clara, cui tandem probari poſſet? Tot deinde ferarum Gentium Regna ditiſſima & prope immenſa, a Chriſtianis olim inlato bello occupata, num modo a cervicibus jugum ſervile

vile dejicere prohiberentur, quod iis non actio repetundarum lege lata atque juſſa, ſed vis praeceps, & rabida dominandi, aut opum congerendarum maleſuada cupiditas impoſuiſſet? Itaque in Tuo ſata, REX MAGNE, Tibi etiam Dominii jure naſcuntur. Tua ſunt praeconia Perſarum Martyrum, quia ad Religionem pertinent, quia ad Regnum Tibi caelitus deſtinatum, quia ad Eccleſiam in Oriente adhuc ſuperſtitem referuntur; quam Tu Ipſe propterea pervigili Paſtorum praeſidio, Evangelii Praeconibus indefeſſis, Aerarii Tui largitate profuſa uſque eo ſuſtentas, & protegis, ut ſine Te, ſine Tuis opibus, ſine magnanima Tuae mirae Pietatis cura penitus intercideret.

Equidem ita ſentio, JOHANNEM QUINTUM, non uno quidem, ſed omnibus dignum Regnis, animi ſui magnitudine, Regnorum omnium, ſi poſſet, bonum felicitatemque complexurum, ſive id Pacis artibus, ſive Belli conatibus ſit comparandum; utriſque enim ita ſemper, initio Regni auſpicato, perfecit, ut ſibi unam Virtutis laudem adipiſcendam propoſuiſſe videatur. Conſcripſit olim REX MAGNUS Exercitus, inſtruxit Acies, Claſſes comparavit: hoc enim maxime Regium eſt, Armorum ſcientia praeſtare, nec ſolum legibus Principatum, ſed gladio, ſi quidem oportuerit, ſuſtinere; nec Deus fruſtra Principum latus, majeſtatemque, non eam, ſcilicet, ad perniciem & ſcelus, ſed ad Populorum ſalutem, & Religionis incolumitatem ſanctitatemque tuendam armari

mari

mari juſſit. Quare Arcam Foederis Propheta Rex ſaliens praeivit, uti ſuam Deo Fidem, Religionemque probaret: idemque, ubi tempus aderat, quo ſolent Reges bella pugnare, quanto conſperſus pulvere in agmine verſabatur! Quanta animi firmitate circumſtantes Regno Nationes, Ethnicis ſuperſtitionibus deteſtabiles, expugnabat; ne fidelibus populis vel calamitatem inferrent, vel Religionis officia turbarent! Haec imago Tui expreſſa, Rex Potentissime. Vix inito Imperio, quum incendio bellorum maximo late vicinia arderet, eſſentque diſſidia partium non modo acerbiſſima, & in ipſis Populorum viſceribus inveterata, ſed omni praeterea exterarum gentium conluvione diſtracta, illud occurrit animo ſtatim, ne quid detrimenti caperet ex temporum perturbatione, aut publica Regni cura, aut quae facile armorum licentia labefactatur, libertas, & puritas Religionis. Hinc tranſitus per Tua Regna tranſmarini Militis omnino innocuus, licet is eſſet, qui nobiſcum eadem opinando, minime conſentiret. Hinc Templis, Sacriſque rebus, & Sacerdotibus reverentia, quies, dignitas cauta. Quumque Tuarum Copiarum conjunctio amici, & cognati Principis jura protegeret, donec Deus, rebus inter partes ex aequo & bono compoſitis, cauſſam utrinque implicatiſſimam inopinatis eventibus definiret, adſiduus hortator aderas revocandae tranquillitatis; ut Civibus ſalvis, re placida, reconciliata concordia, per Pacem Tibi liceret ea perficere

ad

ad Eccleſiae bonum & incrementum, quae ſubinde abſoluta & perfecta Tuae Pietatis memoriam ad poſteros, imo vero ad aeternitatem propagare laetamur.

Haec una dumtaxat Tibi ratio ſemper fuit parandi Belli: haec eadem paratum, ſuſceptumque, parta Victoria, feliciter conficiendi; ut Tua, nimirum, Arma vim & injuriam a Populis propulſarent; ut ſartam, tectam, integramque Religionis dignitatem a ſcelere, & prophanis hominibus tuerentur. Europa, atque Aſia, & qua late Oceanus Americam, atque Africam adluit, quod omnes memorant, atque aeternis laudibus efferunt, ſatis abunde teſtantur. Corcyra teſtis in primis Italiae, atque adeo totius Chriſtiani nominis propugnaculum. Actum erat omnino de Arce illa munitiſſima, circumfuſis terra marique Barbaris, ſuiſque nunc Orbis Regina cervicibus imminentem immaniſſimum Aſiae Tyrannum Roma ipſa metueret; niſi illuc inſtructa Claſſis Tuarum Navium adpulſa praeſenti ope futuram rei Chriſtianae calamitatem depuliſſet. Ut hercle tum trepida deſpondit animum, deſperata victoria, Piratarum illa conluvies! Ut inhorruit tota, ubi Luſitanis ratibus conſtratum mare longe lateque patuit, excidium clademque ultimam, modo inhibere voluiſſet, Graſſatorum gregi impuriſſimo minitantibus! Sed facta fuga, repente dilapſus eſt, toto Belli adparatu Tentoriis, Impedimentis, Munitionibus, Signis, rerumque copia ad obſidionem parata prope infinita, in Chriſtianorum po-

teſtatem redactis: ut quod olim Caeſar ſatis ſibi eſſe jactabat, in hoſtium venire conſpectum, ut vinceret, potiori jure de Te, Rex Potentissime, Tuiſque Claſſibus praedicari in Corcyrenſi Victoria poſſe omnibus videatur. Quamobrem immortales Tibi agere gratias Chriſtianus Orbis univerſus, atque etiam habere geſtiet memoria temporum ſempiterna; referre autem pro meritis nunquam poterit. Haec in Europa, atque in ipſis Italiae oculis geſta. Quae vero in Oriente, atque Aſiae finibus, quaeve in Braſilia, atque Africa omnium ſermonibus celebrantur, multo majora. Goam, Indiarum emporium opulentiſſimum, diuturna jam obſidione circumſeptam, ferme ab interitu vindicaſti: hoc eſt, Armamentarium Religionis, ac veluti ſtationem quamdam atque cuſtodiam, in qua Evangelii Praecones ad veritatis promulgationem, curamque excubant, ab unguibus Ipſe belluarum ſaeviſſimarum & faucibus eripuiſti; ita ſane, ut, disjectis caeſiſque Barbarorum turmis, ſeu potius gregibus, Urbem Tuae Ditionis ampliſſimam, atque Indicae Chriſtianitatis negocium pene ad incitas, premente bello, redactum, ſubmiſſa ope firmiſſima, ſoſpitaveris. Quid referam Braſilienſium, quid Tingitanae provinciae turbas, ut Chriſti jugum excuterent, concitatas? Debellatum ubique eſt feliciter; Tuaque virtute factum, ut & ſuus Deo cultus ac reverentia, & Tua Tibi dignitas ac poteſtas adſereretur.

Haec itaque ratio Bellorum Tuorum, nullo un-

quam

quam tempore a Religionis cauſſa & ratione ſejuncta, quum Tibi innumeras terra marique palmas meruerit, illud etiam effecit, ut futuris aetatibus Tua Geſta fortiter commemorare nemo poſſit, quin rei Chriſtianae incrementum, & bonum, & adceſſionem commemoret. Domuiſti Gentes immanitate barbaras, multitudine innumerabiles, locis infinitas; ſed tantae Victoriae merces domitarum Gentium utilitati ceſſit, non Tuae. Id enim Tibi propoſitum ſemper fuit, ut quas Armis Nationes, aut Regni poteſtatem, aut ſacrarum Legum jura ob ruditatem ferociamque animorum temere detrectantes, ſubigeres, Chriſtiana libertate donares; atque ita fieret, ut illae verius, invecta Cruce, ſub tutelam fidemque Tuam, quam ſub Imperium reciperentur.

Quod ſi haec inter Arma Religionis felicitas, ſi Tuorum Praeliorum exitus ad amplificandam Chriſtianae rei dignitatem continenter reſpexit: ſi in Acie praeſertim furoris plena & licentiae, anhelantibus iram cladem que animis, tantum potuit Pietas Tua, ut Triumphos non oſtentandae Victoriae cupiditas, quae natura inſolens & ſuperba eſt, non ambitio, non adrogantia, non amor laudis, & gloriae, ſed Dei honor, & Fidei veritas triumphaverit; in ſinu Pacis, hoſtibus victis, prolatis finibus, tranquillitate compoſita, quid tandem pro ipſo Deo, pro Eccleſia, pro ſacratiſſimis Legibus actum, geſtumve per Te, Rex Clarissime, praedicabimus?

 bimus?

bimus? Illud certe in primis, quod quum optime noveris Chriſtianae Reipublicae utilitati nihil magis conducere, quam omnigenam diſciplinarum eruditionem, cujus ope nimirum aut praecaventur errores, quos innumeros ſaepe obcaecata hominum inſania venditat, aut penitus, ſi jactis radicibus adoleverint, exſtirpantur, ſtatim proſpexit Pietas Tua, in bonis artibus ſcientiam rerum Divinarum ſitam eſſe, iiſque, veluti fontibus contineri. Hinc quemadmodum oſor ille immaniſſimus Chriſtiani nominis Julianus Caeſar, ad evertendam atque exturbandam funditus Eccleſiae ſtabilitatem, nihil tam valere putavit, quam ſi literarum ſtudiis Chriſtianis hominibus interdiceretur; Tua, Rex Magne, Divina prorſus cogitatio, nihil eſſe opportunius ad Religionem ſuſtentandam, tuendam, propagandamque intellexit, quam ſi optimarum artium notiones in Tuis late Regnis florerent quotidie magis, ac veluti arma firmiſſima, quibus inſenſos Chriſtianae doctrinae hoſtes retunderes, procuderentur. O illam Tuam ſane Divinam, & Chriſtiano Rege digniſſimam Providentiam, qua ſcilicet patefacta Gymnaſia, erecta a ſedibus Seminaria, excitatae ubique Ditionis Tuae Academiae florentiſſimae invictum adverſus Veteratorum amentiam praeſidium oppoſuerunt, totque eorum defectionibus, qui excurſum & licentiam ſuis cupiditatibus quaerunt, totamque ferme Europam, perfugium olim & propugnaculum veritatis, tabe teterrima, & contagione cor-

corrumpunt, validiſſimam munitionem, qua diffuſis peſtibus aditus intercluditur, objecerunt! Profecto non eſt modo, cur metuat ab hac furiarum conluvie Luſitania Tua: & licet fremat immanis hydra conſpirationis, viruſque evomat in Eccleſiam factioſorum hominum ope vulgatum, & funeſtiſſimum: pateant licet ubique ſcelera, & Circaeo tamquam poculo propinata deliria circumferantur; Imperii Tui tamen fines, non dicam adgredi aperto bello, ſed vel tacitis dolis excipere, atque adtentare deſperant. Ita per Te graviſſimis diſciplinis advectis, latiuſque mirifice propagatis, Lyceorum excubiae vigilant, ut puram putam Catholicam Veritatem a coeno & ſordibus Noricae contagionis praeſervent. In his veluti arcibus Sapientia, magnum illud humani generis bonum atque praeſidium, Mortalium doctiſſimis undique adcitis, tuaeque Gentis, & Popularium pluribus miſſis ad exteras Academias celebrandas, ut peregrina quaeque doctrinarum inventa potiora ac praeſtantiora mox reduces comportarent, non ſolum degit pro dignitate, ſed ſtipendiis ampliſſimis honeſtatur, atque reficitur. Quo ſane nullum conſilium aut gravius, aut magnificentius Summo Regi poteſt incidere, ad Populorum famam augendam, morumque confirmandam, quae a fonte, qui Chriſtus eſt, derivatur, veterem diſciplinam.

Quae Tua, Rex Magne, voluntas eximia, atque amor vere inexplebilis promovendae Sapientiae, ut ne cui-

cuipiam latere poſſet, erupit etiam ex Regni finibus, & Romae in luce omnium gentium, magnoque theatro ſpectabilis tum praecipue comparuit, quum vagantibus indecore ſine certa ſede, & domicilio Muſis receptum liberaliter & perfugium aperuiſti, nemuſque Parrhaſium, ubi omnigenae eruditionis ſpecimen, miro ingeniorum clariſſimorum concurſu atque aemulatione, exhibetur, complanato in primis aditu, circumducto murorum ambitu, refectis viarum tramitibus, areaque compoſita, ut perpetua viriditate floreret, Tuiſque laudibus ad aeternitatem duraturis honorifice perſonaret, annuo ſubinde reditu conſtituto, penſoque, Romanae Arcadiae Paſtoribus adtribuiſti. Quo factum eſt, ut ſemimortuas optimarum artium liberaliſſimas diſciplinas ab interitu ad vitam revocares, bonaeque ſpei, gratique animi quampleniſſimos Literarum cupidos atque amatores efficeres. Quare Tuo iſto tam excellenti beneficio, quo Romae Literae deſtinatis ſedibus quodammodo revixerunt, gaudere debes vehementer: id enim ibit in poſteros memoria temporum ſempiterna, & quamdiu haec ſtudia diſciplinarum exſtabunt, tamdiu Tua Liberalitas ſumma, Tua praeclara Beneficentia, Tuique inſigne, & glorioſum Benefacti monimentum celebrabitur. O Regem in paucis numerandum, cui Divina Lux, certe ac ſuperne dilapſa, Caelo directam viam & Regiam commonſtravit, ad veram Nominis aeternitatem comparandam! Quod ſi omnes, qui

Popu-

Populis dominantur, hanc eandem rationem inſiſterent, ſovendi literas, bonorumque ſtudiorum ſcientiae patrocinandi, O illos felices, qui imperant! O illos, qui parent, quam feliciſſimos! Imperium quippe non armis, & ſanguine, ſed aequitate, & conſilio conſiſteret; eorum vero, qui ſubjiciuntur fortunae, non humanis caſibus variis ac turbulentis objicerentur, ſed honeſtati, & Religioni, ac bonis Artibus velificarent.

Hanc eſſe vivam imaginem Regni Tui, quotuſquiſque eſt, qui non videat, Rex Sapientissime? Ardet Europa bello, cui par numquam aut ſimile, vel aeſtu animorum, vel excidio Regionum, vel immanitate Copiarum, ex veteri recentique memoria aut accepimus, aut audivimus, hactenus exarſiſſe. In luctu & ſqualore Provinciae non tam moerent Civium ſuorum, quos Militum furor exhauſit, quam nobiliſſimarum Urbium, atque Oppidorum excidium & ſolitudinem deplorandam. Incenſae Villae & direptae, Arva depopulata, everſae Arces, fracta perjurio Foedera, Fides violata, deturbati ſolio & avitis ſedibus Principes, deflorata Populorum libertas: nullus autem modus caedibus factus, perinde ac ſi internecino bello decertaretur. Maria, flumina, praerupta montium, ipſaeque Alpes inhoſpitae interemtorum ſanguine madefactae. Ubique ſunera & luctus: ubique Templorum incendia, ubique vaſtitas; & eo furoris inaudita barbaries iraeque percita, ut Tigres hercle, & ferarum quaeque immaniſſimae mi-

mitius, credo, agerent, ſi rite atque ordinatim ad dimicandum acie ſigniſque concurrerent. Atqui in hac tanta rerum jactatione & procella quid Tibi, Rex Inclyte, cogitationis praecipuae curaeque fuerit, nemo unus ignorat. Sine me nunc de Tuis rebus geſtis in ſumma Regni tranquillitate liberius dicere: neque enim pudori parcam, ubi Religio, & Pietas Tua ad Dei cultum amplificandum, nec ſumtibus, nec laboribus parcit. Itaque jacta validius diſciplinarum fundamenta per Te, ne quid erroris irreperet ab inſania perperam opinantium, neve in lubrico atque inſtabili locaretur moles, quam Ipſe ſuperſtruere cogitabas, conſequuta ſunt Opera Pietatis magna, & vix cum Maximis Caeſarum, ceterorumque Regum, & Principum, qui de Eccleſia meritiſſimi praedicantur, comparanda. Enimvero ut primum conſuleres Chriſtiani Gregis incolumitati, quem Imperii Tui finibus Deus late comprehendit, Paraenſem in Luſitania, Marjannenſem in Occidente Indiarum Tuarum Epiſcopatum conſtituis, & S.Pauli Cathedralem Eccleſiam, ex integro elatam, dignitatis ſplendore, juriſque adceſſione, ad mitigandum Gentium efferatarum ingenium, amplificas. Praeterea Lauriſalenſe Coenobium a ſedibus excitatum, quo ſacrae Virgines oblationem ſuam Deo acceptiſſimam circumſpicerent, auges munifice, cenſu magno, certoque reditu liberaliter adtributo. Mafrae Templum, juxtaque Aedes, & Domicilium, quo ſe ab humanis elapſa dolis, velut in portum

tum Innocentia reciperet, tantae molis exſtruis, tam regie, tamque magnifice a ſundamentis extollis, ut illud Artis miraculum, Tuae vero Magnitudinis, & Potentiae terminus videatur; ſi quidem aut animi Tui Magnitudo, aut latiſſimi Imperii Potentia definiri terminis & limitibus poſſet. Quid plura? Nullum ubique Ditionis Tuae recens vel ſacrum, vel prophanum Aedificium conſpicitur, quod non Ipſe condideris, nullum aetate conlapſum, aut dirutum, quod non refeceris, nullum denique integrum, & ſartum, quod ſupellectilis elegantia, numero, raritate non large ditaveris.

Quod ſi haec minime exſtarent, Romae res ipſa loquitur, ubi Sacellum magnificum, & pretioſe caelatum, omnium oculos admiratione percellit. Auri venas excuſſas, Amethyſtorum, Lazulorum, omniumque marmorum Numidicorum, Lunenſium, Laconicorum, Porphyritum, Onychitum, Luculleorum ſodinas exſcalptas mehercle credendum eſt, ut Operi, quod urgetur, praeſtantia, & decus adcedat, non tam ſtructurae mirabilitate & delectu, quam pretio & dignitate materiae. Lapicidarum, Argentariorum, Aurificum, Muſivorum, & Metallicorum greges innumeri magnis mercedibus conducuntur, ut elegantiora aemulentur; nullusque Artifex vitam Romae ſibi ex labore comparat, cui multo uberrimus quaeſtus Tuis ex ſtipendiis non redeat. Quamobrem menſura potius, quam numero Gemmas, Aurum, Aes, Argentum factum infectum pro-

digi per Te ſama praedicat, ubi Dei, & Religionis augendae atque honeſtandae negocium geritur.

Verum enimvero dum haec in magnis Tuis laudibus pono, aliud oculis obverſatur ſpectaculum, pompa mirabile, frequentia & nobilitate undequaque ſplendidum & praeclariſſimum: Supplicatio illa nempe Auguſtiſſima, qua Chriſti Domini Corpus ſtato ſolenni die magnifice circumfertur. O te beatam, Urbs tanti Regis domicilium, ac totius Orbis emporium, Luſitana Metropolis! Tibi uni ſcilicet datum eſt, Myſteriorum omnium maximum & ſanctiſſimum intueri, cunctarum Gentium, etiam barbararum, quotquot immenſi Maris ambitus tuis litoribus advehit, votis ſupplicibus adorandum. O ut paſceris inexplicabili Religionis Triumpho, cui nullibi citra, tranſve Oceanum vident Populi parem! Auguſtam Vindelicorum, memoria produnt, Carolo Quinto Caeſare facem ferente, olim vehementer obſtupuiſſe, ubi Germaniae Principes jam ad haereſim declinantes tam Magni Imperatoris authoritate compulſos, demiſſo vultu tacitos comitari Euchariſticum Sacramentum adſpexit, fuitque in Album relata Faſtorum, & Victoriarum illius ſummi Principis dies, qua viſa eſt Religio tam fortiter de ſuis hoſtibus triumphaſſe. Magnum id quidem, & Carolo Quinto Caeſare, itemque Hiſpaniarum Rege digniſſimum. Atqui vix ſuperſunt modo veſtigia inſtitutae a Carolo Supplicationis, ac tota illa pompa Sacrorum, licet penitus abrogata non fuerit;

de

de ſumma tamen, ſciſſis partibus, tantum decidit, ut ea nunc vix exſtare, aut olim exſtitiſſe videatur. At haec tua mirabilis Inſtitutio vigebit oppido memoria ſeculorum, Deoque auſpice, Tuis, Rex Magne, conſiliis certis & ſapientiſſimis Luſitaniae Fides & Religio inconcuſſa, quod eam, ne praejudicatis opinionibus pateat, ſcientia rerum Divinarum, & vigilantia Paſtorum munieris, ibit in aevum nunquam interitura. Eadem ſemper celebritas, eadem ſolennitatis, & triumphi magnificentia Catholicorum Symbolum, & Myſteriorum maximum divinitus revelatum obſtinatis tranſfugarum animis atque oculis inculcabit.

Quare nulla mehercle poſteritas de Tuis laudibus conticeſcet. Memorabit ea quidem per totius Regni amplitudinem intervalla Viarum ſtrata: verticoſum & praecipitem Tagum humiliori alveo receptum: novos Amnes reſidibus aquis conjunctos, longiſque Euripis ad Regiae Urbis intima derivatos: Aquaeductum maximum a continenti in arcus innumeros exporrectum, tanta amplitudine elatum, ut Navis Bellica factis velis majorem mirae altitudinis fornicem praetervehi poſſit: Specula deinde, & Vitrum fingendi artem invectam: adlatum opus fabricae Papyraceae, inſtitutamque Sericam textrinam: erectam Nitrati pulveris officinam: Compendiarium ligni, aëre impellente, interſecandi artificium inductum: Navale opportuniſſimum excitatum: Portus patefactos: itinera terris, litoribus mare, litora mari

 reddi-

reddita: elatas Speculas, ne quid Luſitanos vel in Caeleſti Orbe lateret. Haec, & alia plurima Geſtorum Tuorum fama literis, monimentiſque clariſſima memorabit, quibus Regni felicitati & commodo, Rex Magne, conſuluiſti.

At haec non ea ſunt tanti, licet magna, & futurae aetatis recordatione digniſſima, quae Tibi pariant immortalitatem. Arcus, Aedes, Aera, reconcinnata Aedificia, conſtructae Moles, comparatae Claſſes, coërcita ripis Flumina, munita Viarum ſpatia, augebunt ea quidem gloriam Nominis Tui, donec temporis inexplebilem voracitatem evaſerint; verumtamen aliquando ſeculorum lapſu, rerumque mutatis vicibus deterentur: naturam enim habent & conditionem, qua ſenſim praeterfluant, eumque ad finem ſerius, ociuſve decurrant, ad quem Humana ſingula manufacta properare neceſſe eſt. At Virtus animi, quae Religione potiſſimum continetur; unde honor Legibus auctus; quare & ſontibus poena conſtanter infligitur, & praemium benemerentibus deſignatur, & Tribunalia emendata Forenſium dolis & cavillationibus intercluduntur; unde obſtructae adulationibus aures, ubi Civibus Magiſtratus, vel Epiſcopis Sacerdotia ſint decernenda, nunquam melius patent, quam Veritati: quare nec ratio Generi habetur, nec gratia, aut precibus quidquam permittitur; ſed doctrinae tantum, & morum integritas penſitatur. Haec, inquam, Virtus animi tanta, Rex Praestantissime, ut Tuis

Tuis Te gratiſſimum & acceptiſſimum facit; ita Chriſtiani totius Orbis gentibus univerſis clientelam & fidem, ſummis vero Regibus Cognationem Tuam adpetendam ſuadet, profecto aere longius, & inſcriptis marmoribus perennabit, neque oblivione delebitur, neque annorum injuria concidet, neque in obſcuro jacebit unquam.

Itaque praedicabitur duratione temporum ſempiterna, JOHANNEM QUINTUM Eccleſiae Filium amantiſſimum exſtitiſſe, Populi Patrem: Eccleſiae Filium, qui eam ſemper coluerit, auxerit, ſuſtentaverit opibus, dignitate, ſplendore. Hujuſce autem amoris ſpecimen, praeter innumera, quae recenſuimus, illud omnium praecipuum Tua ſemper Metropolis oſtentabit, Uliſſyponenſe videlicet Sacerdotium ampliſſimis Pontificatus inſignibus decoratum, ut eadem ſit non modo Regum Potentiſſimorum, ſed Patriarcharum Sedes in aevum magnifice conſtituta: Populi Patrem, qui Tibi uni non ſolum gloriam & amplitudinem debet, ſed vitam & incolumitatem ſuam. Nunquam enim excidet egregium factum, quod perpetuitate perennis ſama commemorat, tum quum Ipſe ab inteſtina graſſante lue Uliſſyponis Emporium celebratiſſimum etiam cum Tuae ſalutis diſcrimine vindicaſti. Haec qui faciunt, non eos quidem maximis & laudatiſſimis Viris, ſed ipſi Deo quamſimillimos judicamus. Hinc Tua felicitas domi, foriſque parta, REX SAPIENTISSIME, a Pietate nimirum, & Scientia

re-

regnandi: utrumque enim Religione perficitur; nec quiſquam pius, & innocens, & religioſus dicitur Princeps, qui male Rempublicam adminiſtrat: nec bene & laudabiliter Rempublicam adminiſtrat, cui Religio facem, pedemque non praeferat. Tuam ergo Tibi dum gratulor felicitatem, eamdem Luſitaniae Tuae, Tuiſque Provinciis, & Populis gratulor, quorum commodo & dignitati & ſaluti Imperium geris. Quod ſi ego meis hiſce laboribus & vigiliis efficiam, ut Patrocinium, & Voluntatem erga me Tuam non immerito conlocatam probare poſſim; mihi quoque in clientelam, fidemque tam Magni Regis perhumaniter recepto eventum fortunae bonum, felicitatemque beatiſſimam gratulabor.

Deus Tibi Regnum diuturnum, Teque communi bono & Populorum, & Religionis incolumem ſervet.

Romae e Bibliotheca Apoſtolica Vaticana
VI. *Kalend. Februarias* MDCCXLVII.

AD-

ADPROBATIONES

Juſſu Reverendiſſimi Patris Nicolai Ridolfi Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtri, Latinam Codicum MSS. Chaldaicorum Nitrienſium Vaticanorum I. & II. qui Martyrum, ſaevientibus in Eccleſiam Sapore II. ac Vararane V. Perſarum Regibus, necnon variis Romanorum Imperatoribus, coronatorum, ſimulque S. Simeonis Stylitae Acta exhibent, Verſionem ab Illuſtriſſimo, ac Reverendiſſimo *Apamenſi Archiepiſcopo Stephano Evodio Aſſemano* elaboratam, & duobus comprehenſam voluminibus, maxima voluptate perlegi, & cum Textu Chaldaico quam potui adcuratiſſime contuli, neque in ea quidquam offendi, quod, vel ab Archetypo diſcrepet, vel Catholicae Doctrinae, aut Chriſtianae pietati adverſetur; imo vero ſummam totius Operis ſinceritatem, atque perſpicuitatem plane demiratus, Sacrae & Eccleſiaſticae eruditionis amatoribus ex animo ſum gratulatus, quod ardui adeo, impeditiſſimique laboris ſubeundi conſilium Authori, ut omnigena eruditione, ita Linguarum Orientalium peritia ſpectatiſſimo, inſederit. Enimvero quales & quantae vires divitiaeque Polemicae, Morali, & Poſitivae Theologiae, quanta Religioni dignitas, quantus ſplendor literis ex Chaldaicis illis vetuſtiſſimis Commentariis, fidei ſuae redditis, & majori, quae deſiderari poſſit, antiquiorum inveſtigatione, recentiorum vero adcurata critice Scriptorum illuſtratis adcedant, iis ſolis adſequi licet, qui ad fontem digitum intendentes, probe intelligunt, nihil eſſe verum, quin prius traditum. Quidquod Author noſter, operibus aere dignis jam celebratiſſimus, eo, quo nemini ſecundus, acumine hiſtoriarum nodos ſolvit: diſſidentes inter ſeſe Scriptores Orientales, & Latinos conciliat: utrorumque naevos eluit, plenoque pectore omnium diſciplinarum abdita ſapiens e ruderibus venerandae antiquitatis gazas exſuſcitat, ſibi uni non impervias. In iis autem promendis quantum judicium, in condendis quanta ſedulitas! Quam dives, & compta ſententiarum, verborumque copia, quanta Latinae linguae caſtimonia! Quamocius itaque Typis committi poſſe, ac debere, non modo cenſeo, ſed etiam atque etiam opto, Opus egregium, & utilitate aeque ac ſingularitate laboris noſtrae ac futuris aetatibus nunquam ſatis commendandum, *Acta* nempe *Martyrum Orientalium & Occidentalium*, quae tamdiu a doctis Viris expetita ſunt; quum nihil certe magis univerſam ornet, firmiuſque muniat Eccleſiam, nec quidquam heic exhibeatur, quod ex Orientalibus genuinis fontibus in Romanam ubertatem, atque facundiam feliciter, integreque non emanaverit. Dabam Romae v. Idus Januarii MDCCXLVII.

Andreas Scander Maronita Protonotarius Apoſtolicus, Orientalium Linguarum in Romano Archigymnaſio & Urbano de Propaganda Fide Collegio Profeſſor & Interpres.

OMNIGENA eruditione praeclarum Opus Viri ſummi, & a literis ſtudiorumque ſuorum vigiliis commendatiſſimi, *Stephani Evodii Aſſemani Archiepiſcopi Apamenſis*, quam diligenter & magna cum voluptate perlectum, obſequendi cupidus Reverendiſſimo P. Nicolao Ridolfi Sac. Pal. Apoſt. Magiſtro, id honoris & gratiae ad me liberaliter deferenti, Eccleſiae univerſae, atque Eccleſiaſticae hiſtoriae amatoribus gratulari magis debeo, quam probare. Judicium quippe non ea viden-

dentur poſtulare, quae naevo penitus carent. Quae autem in illo ſunt multa, atque haud neſcio, an multo plura, quam in quoquam alio, ita ſum demiratus, ut libere dicam, alium neminem id aetatis in hoc genere literarum tantum praeſtitiſſe ad Eccleſiae laudem propagandam quantum Author hic noſter egregie praeſtitit. De Saporicis perſequutionibus Martyrologi omnes eruditiores hiſtoriam tradere atque elucidare ſtuduerunt ſemper, excuſſerunt quotquot potuerunt latebras, inveſtigarunt vetuſtiſſima regionum Tabularia, ſexcenta volumina pervolutarunt ſemeſa blattis, & pulvere conſepulta; expiſcati ſunt nihil, aut parum. Noſter Author oblata divinitus occaſione MSS. Codicum Chaldaicorum Nitrienſium Vaticanorum I. & II. quibus Martyrum caedes, ſaeviente Sapore II. & Vararane V. Perſarum Regibus, necnon variis in Eccleſiam debacchantibus Romanorum Imperatoribus, factae, unaque ſimul Magni Simeonis Stylitarum parentis Geſta continentur, hanc ſpartam ornare adgreſſus, ut qui Orientalium Linguarum peritia praeſtat, Chaldaicum textum latinitate donavit, & duobus comprehenſam voluminibus hiſtoriam tamdiu expetitam, cum pluribus ad perfectionem operis additamentis, improbo labore perfecit. Ceterum quod me adtinet, verſionem cum textu diligenter contuli, nihilque plane deprehendi quod non ſumma cum fide & pari elegantia expreſſum ſit. In reliquis autem magna certe eſt dignitas, candor, varietas, ſermoniſque caſtitas; ut aegre ſtatuere ac judicare quiſquam poſſit, num adcurata Scriptorum critice ſit melius hiſtoriae conſultum, quam religioni. Nam, quod eſt difficillimum, hiſtoriae ſeriem & narrationem fidei ſuae, temporum vero chronologiam ſuis limitibus atque originibus reddit, vel conciliata penitus, vel exacta ſcribentium diſcordia: religionis autem veritas inconcuſſa ſic eminet ubique notarum, & perpetuorum, quos continenter interſerit, commentariorum omnigena tum Polemicae, tum Moralis, tum denique poſitivae Theologiae eruditione ſcatentium; ut locupletiſſima doctrinarum rerumque copia opus efficiat, Sacrorum Annalium ſtudioſis quam neceſſarium, ceteris vero in quovis genere diſciplinarum proficere laborantibus utiliſſimum. Haec, quin animi pendeam, de *Actis Martyrum Orientalium qui in Perſide, & Occidentalium, qui ſub variis Romanorum Imperatoribus paſſi ſunt*, uti & de *Actis S. Simeonis Stylitae* per Illuſtriſſimum & clariſſimum Virum *Stephanum Evodium Aſſemanum Archiepiſcopum Apamenſem* nunc primum in publicum exeuntibus ſentio. Dabam Romae e Pontificio Maronitarum Collegio XV. Kalend. Januar. MDCCXLVI.

Simon Verdi Soc. Jeſu.

IMPRIMATUR

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

F. *Maria de Rubeis Archiep. Tarſi Viceſg.*

IMPRIMATUR

Fr. Nicolaus Ridolfi Magiſter Sacri Palatii Apoſtolici Ordinis Praedicatorum.

STE-



STEPHANI EVODII ASSEMANI

ARCHIEPISCOPI APAMENSIS

PRAEFATIO GENERALIS

IN ACTA MARTYRUM.

Q*Uum primum ſtatui*, A*MICE* L*E*-C*TOR*, *ad hanc peramplam & ſumtuoſam* MSS. *Codicum Orientalium ſupellectilem*, *id quod pridem in Bibliothecae Medicceae Laurentianae & Palatinae Catalogo*, *novem ab hinc annis Florentiae jam typis edito*, *ac rurſus in Prolegomenis ad Tomum tertium Operum Sancti Ephraemi Syriaco-Latinum eram pollicitus*, *animum manumque meam adjicere*, *ne diutius omnigenus ſacrae eruditionis theſaurus lateret*, *utque fidem meam tandem liberarem* : *occurrit illico de tota re cogitanti*, *ſupervacaneum omnino eſſe*, *mercium ditiſſimarum gazam in medio ponere*, *niſi prius inde ipſarum pretium ac ſinceritas*, *unde omnis veritas rerum humanarum*, *praecipue quae ſcri-*

d pto,

Digitized by Google

pto, & traditione concluditur, emunctae naris hominibus probari poſſet. Quum enim tam multa, pleraque maxime peregrina, & procul advecta, fuco, fallaciis, & ſycophantiis circumlita palam in dies proferantur, quibus implicata ſtudiorum & literarum ratio tota videtur miſere involvi, ac veluti in eodem luto haeſitare, quid ego fruſtra contenderem, remotiſſimae aetatis hiſtoriam ex ſitu & pulvere exſuſcitare, cuja fides aut revocaretur in dubium, aut penitus intercideret? Ne cui igitur ſuſpicioni reliquus fiat locus, & jacto ſolo ut graphice atque adfabre ad veritatem ornata, quae ſuppetit, rerum moles ſuperſtruatur, ecce tibi, LECTOR BENEVOLE, *totius rei narrationem ingenuam, cujus adhuc teſtes ſuperſunt locupletiſſimi, Viri graves, & in Aula non tam explorata fide, quam authoritate, judicio, & doctrina praecipui.*

Clemens XI. de re Chriſtiana & Literis optime meritus,

C*LEMENS* A*LBANUS hoc nomine Undecimus, Chriſtianae Reipublicae, & Literarum bono divinitus datus, ut erat pietate, ac ſapientia Pontifex vere Maximus, in id potiſſimum ſemper incubuit; ut pro Apoſtolatus officio nihil eorum omitteret, quae Eccleſiam univerſam, ſibi concreditam, juvare poſſent. Hinc omnia ſedulo circumſpiciens, quae a Catholica communione Haereticorum, atque Schiſmaticorum calumniam depellerent, derivatam a Chriſto Domino, & a Patribus traditam diſciplinam, enixe ſtuduit, invictis rationum momentis & ſcriptorum ponderibus praecavere. Id quemadmodum adſequeretur, planiſſime intelligebat Vir omnigena eruditione, ac prudentia omnium aetatis ſuae hominum facile princeps. Nihil enim eſt ad Religionis integritatem, ubi verone a capite dimanaverit, diſceptatur, validius adſtruendam, ac vindicandam, quam retro acta ſecula veſtigare, & proximiora fontibus rerum initia repetere; eaque deinde cum ſequioribus morum, & doctrinarum derivationibus comparare. Quod ut fiat, ad vetera monimenta redauſpicanda, ſi qua exſtant, ubique locorum, & gentium germana, ac ſincera compellimur: quum ea ſcilicet & ſuſpicione omni careant, & ad ea partes, tamquam ad indicem*

auri

Digitized by Google

auri lapidem ſoleant provocare. Hujuſmodi conſilio Clemens *nihil habuit antiquius, quam ut huic comparando Eccleſiae ſubſidio operam ſuam omnem impenderet. Quare quum Anno a Partu Virginis* 1706. *a Cl. V. Gabriele Heva, Archiepiſcopo Nicoſienſi Maronita, S. Maurae in Monte Libano tum Coenobiarcha, audiſſet, in Aegypti Monaſteriis Chaldaicos, Syriacos, Arabicos, Copticos, Graecos* mss. *deliteſcere Codices, antiquitate ſcriptionis, & veritatis germanitate praeſtantiſſimos, e veſtigio coepit cogitare de Aegypti latebris perſcrutandis; ut inde, quovis id impendio fieret, manuſcriptorum Librorum acceſſione Apoſtolica Vaticana Bibliotheca locupletaretur.*

MSS. Codd. Orientalibus per Eliam, & Joſephum Authoris conſanguineos comparatis, Vaticanā Bibliothecam locupletat.

Commodum adcidit, ut Elias, Antiochenus Archipresbyter, conſanguineus meus, Vir in Orientalibus literis adprime verſatus, negociis, pro quibus Romam a Stephano Aldoënſi Maronitarum Patriarcha miſſus fuerat, prope ad exitum perductis, reditum in Syriam agitaret. Non fuit ergo diutius Pontifici deliberandum, cuinam impeditiſſimam ejuſmodi provinciam committeret. Hunc, quam citiſſime poſſet, in Aegyptum abire jubet, ut ſelectiora ſaltem Volumina quoquo pretio colligeret, eaque ad Urbem inde tranſmittenda curaret. At profectus in Aegyptum Elias, etſi diligentiſſime rem Cairi geſſiſſet, acceptis literis a Johanne, Alexandrino Coptitarum Patriarcha, ad Inferioris Aegypti Monachos commendatitiis; vix tamen obtinuit, ut ex innumeris fere Codicibus, qui illic adſervabantur, quadraginta tantum, eoſque magna etiam numerata pecunia redimeret.

Tantum vero abfuit, ut vel animadverſa rei difficultate, ab incoepto deſiſteret Pontifex; ut iis potius perpaucis Codicibus impetratis, vehementiori ſubinde adfectus plenioris copiae comparandae deſiderio, ſtimulos praecipue animumque addente Carolo Majello Vaticanae Bibliothecae Praefecto, de jubenda altera in Aegyptum excurſione deliberaverit: quumque non minus ipſe literas, quam literatos homines ea, quae tanto Principe digna erat, benevolentia complecteretur, & maximi propterea

 Joſe-

Joſephum Simonium Aſſemanum avunculum meum faceret, hunc prae ceteris nominavit, qui Roma ad Aegyptum recta contenderet, atque illinc ampliorem Codicum vim in Bibliothecam Vaticanam exportaret. Anno igitur 1715. *pridie Kalendas Julias ab Urbe egreſſus Aſſemanus, Alexandriam adpulit exeunte eodem menſe, ſecundiſſimis ventis uſus; mox Nilum ingreſſus, Canopum, & Bulacum ſuperans, ad Aegypti uſque Metropolim Cairum pervenit, quaeque Europaeis hominibus invia eſt, atque inhoſpita, ſanctiſſimorum olim Monachorum ſeceſſibus celebratiſſima, ſterili incultaque Nitriae ſolitudine religionis ergo adita, non ſine maximo valetudinis ſuae incommodo per arenoſam illam, & aeſtuoſiſſimam deſertorum locorum vaſtitatem ad Scetenſe, quod a S. Maria Syrorum vulgo dicitur, Monaſterium tandem pervaſit. Illic primum quidem facile impetravit, ut Bibliothecam univerſam (ſpelaeum diceres, Codicibus temere aggeſtis conſtipatiſque refertum) luſtrare pro arbitrio poſſet atque ſcrutari. Quamquam autem ex ducentis, qui proſtabant, vetuſtioribus Codicibus centum dumtaxat, quos pretioſiores ex certis ratiſque characterum, rerumque deſcriptarum, & eloquutionis notis cognoverat, quanticumque aeſtimarentur, coëmendos delegit; ubi tamen ad rem ventum eſt, nullo pretio, nullaque prece adſequi potuit, ut ſibi praeter paucos, eos quidem eximios, ſed pro voto ſuo haud ſatis multos (quorum praecipui ſunt, quos tum Latinitate, tum Admonitionibus noſtris, perpetuiſque Adnotationibus illuſtrandos in praeſentia adgredimur) ingenti perſoluto auri pondere, Codices permitterentur. Non ideo tamen tot exantlatis laboribus, Aſſemanus concidit animo: imo vero de negocio alibi fauſtius tranſigendo protinus agitavit. Ex Aegypto in Syriam divertit, eamque regionem omnem, Gentilium praecipuis deducentibus, perluſtravit. Quodque ipſe unice percupiebat, & Clemens XI. mandaverat, id potiſſimum Jacobi Petri Evodii, Antiocheni Maronitarum Patriarchae, patrui mei, conſilio atque opera eſt tandem feliciter adſequutus: ita ut & numero & rerum ſcriptarum*

Quorum præcipui Nitrienſes I. & II. unde Acta Martyrum depróta.

rum

rum praeſtantia ſpectabiliſſimos, quibus nempe Vaticana Bibliotheca nunc maxime gloriatur, quique omnem Aſſemano praeclari Operis condendi materiem: quod Opus propterea Bibliotheca Orientalis Clementino-Vaticana *inſcribitur: ſuffecerunt, Codices comparaverit; atque ita & Summi Pontificis, & Chriſtianae Reipublicae, & Eruditorum omnium exſpectationem, atque voluntatem impleverit.*

Eorum pretium & utilitas.

Et ſane quis hominum eſt Catholicarum rerum non plane rudis, qui ſingulari praeconio, ſi quidem magnum hujuſmodi benefactum ſecum reputet, ſanctiſſimum hoc Clementis XI. *conſilium non efferat, eumque exinde Nebemiae illi, in ſacris Literis celebratiſſimo, non comparet, in cujus laudibus ſummis illud eſt praecipuum, quod conſtruens Bibliothecam, diſperſos diſſipatoſque Prophetarum libros de regionibus gentium congregaverit? Ob immenſa, quae ex Orientalibus biſce manuſcriptis Voluminibus, magnis veluti ex fontibus in omnes Eccleſiae campos dimanat, viventium aquarum copia! O vere Divina, quae ſubinde ipſi, quae tota formoſa eſt, Chriſti Sponſae accedit ſpecies & pulchritudo! Ipſos etenim, qui procelloſis illis Eccleſiae temporibus interfuere, ſanctiſſimos Patres, qui jactatam in tenebricoſo euripo haereſum Petri Navem, a ſcopulis ſoſpitem in tuto conlocarunt; quorum tamen memoriam injuria aevi atque edacitas pene omnem deleverat: ipſos, inquam, in his Codicibus quaſi excitatos e tumulo reviviſcere, eaſdem, quas, dum viverent, emittere Religionis & Virtutum auras, eaſdem, quas olim in improbos, & truculentos homines enunciabant pro communi Eccleſiae cauſſa, nunc etiam dicere graviſſimas orationes & audimus, & ferme oculis cernimus. Propterea eximia ſtrenuorum Virorum geſta, invicta certamina, quae pro Fide tuenda ſervandaque obierunt, ſaeviſſima, quibus fortiter perfuncti ſunt, Martyriorum genera, quaeque ita hactenus delituerunt, ut funditus interiiſſe viderentur, ex praeclara hac Codicum Orientalium comparatione promerita immortalitate donantur. Quid plura?*

2. *Machab.* 2 13.

ra? Hinc Polemicae validiora ſubſidia; hinc morum diſciplinae geſtorum obſervatione, non doctrinarum humanarum lenocinio freta ratio ſuppetit; hinc ritus conſtantior; hinc quae obtinet in Eccleſia, ineluctabilis veritas traditio deprehenditur: quo fit, ut ſi qua in nocte videbantur verſari vel diſſidentium calumnia, vel ſcholarum conflictu, his praelucentibus monimentis in apertiſſima die conſtituantur. Quare praeclare nobiſcum agere, & de tota re Chriſtiana benemereri, cenſeo, Thomam Urſium ex Praedicatorum Familia, Virum ſacrae antiquitatis ſtudio, & ſumma eruditione celebratiſſimum, qui novam Eccleſiaſticae Hiſtoriae ſeriem concinnare adgreſſus, ad Catholicae vel revelatae, vel traditae veritatis propugnationem ex genuinis potiſſimum ac ſinceris Sanctorum Martyrum Actis arma conſulto deſumit. Quid enim certius aut fidei, aut diſciplinae argumentum, quam quod ab Eccleſiae incunabulis non ſolum docendo Majores noſtri retinuerunt, ſed vitae & ſanguinis profuſione obſignarunt?

Angeli Cardinal. Quirini juſſu Author opus adgreditur.

Itaque poſt egregiam, quam praeſtiterat Clemens XI. operam in hoc negocio, id tandem perficiendum ſupererat, ut quos ab ultimis terrarum partibus, hominumque barbarorum manu in ipſum Eccleſiae ſinum aſportari curaverat, praecipuos ſaltem Codices quiſpiam aliqua ſermonis dialecto, minime extranea atque exotica, ſed pleriſque omnibus vulgata donaret, quam Europa calleret, & Chriſtianae ubique gentium Academiae loquerentur. Quoniam vero qui id genus literas profitebantur, Viri in Orientalibus diſciplinis excellentiſſimi, Joſeph Simonius Aſſemanus, & Andreas Scander variis tum curis diſtinebantur: alter nimirum eximium Orientalis Bibliothecae opus adgreſſus, vix oneri tantae rei ſufficiebat: alter Linguarum Orientalium apud Sacram Congregationem de Propaganda Fide, & in Archigymnaſio Romano Interpres, & Profeſſor, in Aegyptum, Arabiam, & Meſopotamiam diverterat, ut idipſum opus inſiſteret colligendi Libros ad Vaticanam Bibliothecam locupletandam; conjecit Clemens oculos in Petrum Benedictum Societatis Jeſu Presbyterum Ma-

Maronitam, mei, dum viveret, amantiſſimum, Virum non minus pietate & religione, quam multijugi eruditione clariſſimum, primamque ei de vertendis Actis Martyrum Orientalium, quae in MSS. *Codicibus Chaldaicis Nitrienſibus* I. & II. *continentur, provinciam decrevit. At quum ex formis ſemeſis ac ſemilaceris, & characterum potiſſimum vetuſtate nova ſubinde ſcrupoſa & difficillima ſcriptionis loca egregium Interpretem obruerent, pluribuſque aliis curis, quas in Compendio ejus Vitae, tertio S. Ephraemi Syri Operum Tomo a nobis praefixo, memoravimus, Vir navus, & indefeſſus obſideretur; factum inde eſt, ut nonniſi aliquas Sanctorum Vitas, ex aliis recentioribus Vaticanis Codicibus erutas, quas Sociis Bollandianis poſtea donavit, exponeret; ex laudatis vero Codicibus Nitrienſibus novem folia vix adumbraret, in quibus prima tantum Actorum lineamenta duxit, quae Martyrum, ſaeviente Sapore* II. *Perſarum Rege, fortiter pro Fide geſta commemorant, quaeque idem Benedictus per Eminentiſſimum Cardinalem* QVIRINVM *S. R. E. Bibliothecarium, ut eamdem incudem tundere conaremur, nobis perhumaniter dedit. Ipſe vero,* CLEMENTE XI. *e vivis erepto, ad Latinam Sancti Ephraemi Operum e Syriaco editionem, eodem praeclariſſimo Cardinali* QVIRINO *ea, qua pollet, authoritate, & ſuaviloquentia monente, atque etiam hortante, manum convertit; quam tamen ad umbilicum perducere, fato cedens, minime potuit, nobiſque perficiendam reliquit. Propterea tertium, cujus medium vix adtigerat, Tomum ipſi nos ea, qua potuimus, adcuratiori diligentia proſequuti, poſteaquam & opera noſtra idem Benedictus in primi & ſecundi Tomi verſione perſaepe uſus fuerat, quemadmodum in ſua ad* II. *Tomum Praefatione fidem facere egregiam non dubitavit, ampliſſimum, quem vix ſperabamus, ab Eccleſiaſticae rei amatoribus laudis fructum accepimus; factumque eſt, ut tota nobis Martyrum Orientalium, & Occidentalium hiſtoria, in variis diverſiſque* MSS. *Codicibus Vaticanae Bibliothecae proſeminata, vertenda, atque illuſtranda demandaretur.*

Ab-

Abſterrebat quidem animum rei difficultas, atque improbus, qui in hoc negocio objiciebatur, labor; verumtamen & ſumma operis utilitas commovebat, & hominis rem Literariam diligentis eſſe intelligebamus, non tam pacato privatae vitae otio conſulere, quam publico Literarum bono: & perurgebat nunquam ſatis laudatus, noſtraeque aetatis, atque adeo Eccleſiae ornamentum maximum, Cardinalis QUIRINUS: *& quod caput eſt,* BENEDICTO XIV. *Pontificum ſapientiſſimo, atque in hoc genere praecipue ſtudiorum, quemadmodum univerſa ſua mente complectitur, verſatiſſimo, rem gratam fore perſpiciebamus, ſi hanc ſpartam ornandam adgrederemur. Magno idcirco, firmoque animo ad imperatum nobis ſummi momenti munus adceſſimus.*

Codicum antiquitas.

Id autem oneris ne inconſulto nobis, aut temere imponeremus, diu multumque deliberavimus, cuinam potiſſimum ex innumeris, qui offerebantur, Codicibus *operam impenderemus.* Re *mature perpenſa, duos tandem Nitrienſes* Codices, *inter Vaticanos Syriacos num.* I. & II. *notatos, Chaldaicis, ſeu Eſtranghelis, ut vocant, hoc eſt,* ϛρογγύλοις, *ſive rotundis, vetuſtiſſimiſque Syrorum characteribus exaratos, delegimus, qui & rerum deſcriptarum novitate utiliſſimi quum eſſent, narrationis etiam ipſius candore, & ingenuitate maximam fidem facere videbantur. Porro quod adtinet ad hiſtoriae germanitatem, quae duobus hiſce* Codicibus *continetur, unde materiam omnem ad* Volumina *haec inſtruenda depromſimus: neminem unum hanc ipſam verſionem noſtram viſurum putamus, quin protinus integerrimae, & caſtigatiſſimae narrationis colores omnes deprehendat; vetuſtatem vero* Codicum *inde arguat (etſi primus mutilus eſt, ratamque temporis notam deſiderat, quae in omnibus fere* MSS. Orientalibus Libris *ad calcem adjicitur) quod characteris forma, atque apices, & aliae, quae plurimae ſuppetunt, conjecturae ducentorum ſeptuaginta ſupra mille annorum aetatem manifeſtiſſime oleant. Id unum, quod heic percommode cadit, te monitum volumus, ipſam, quae in hoc* Codice *primo*

mo occurrit, admirabilem S. Simeonis Stylitae Vitam, anno Antiochenorum quingenteſimo vigeſimo primo, die decima ſeptima Aprilis, feria quarta exaratam, legi in Epigraphe ad ejus calcem eadem manu adjecta, quam integram ſuo loco dabimus. Atqui Epocham Antiochenam quadraginta ſeptem annis vulgarem Chriſti Aeram, qua nunc utimur, antevertere, res eſt omnibus patentiſſima; nemo propterea inficias ibit, Codicem, de quo agimus, anno a Partu Virginis 474. *a Simeonis vero Stylitae obitu* 7. *fuiſſe conſcriptum, eo nempe anno, quo plane cum decimo ſeptimo Aprilis die feriam quartam congruere debuiſſe ex tabulis Paſchalibus ſuademur. Atque haec quidem primi Codicis antiquitatem certiſſimam probant. Alterum vero Codicem, ubi praeter Acta Martyrum in priori deſcripta, aliae Sanctorum Vitae inſeruntur, quique plura inſuper additamenta continet, genuinis Martyrum Actis ab amanuenſi facta, ut legenti conſtabit, quamquam non adeo longaevum ac pervetuſtum eſſe, facile intelligamus; trecentis tamen admodum annis priori poſteriorem eſſe, characteres ipſi apertiſſime commonent.*

Jam vero ut totius Operis ratio prima hac ipſa in fronte aperiatur, tria heic a nobis praeſtari oportere maxime animadvertimus. Primo ponenda eſt ob oculos horum Codicum materies, & qua ipſam ſedulitate, curaque exornare atque illuſtrare conati ſimus. Deinde ipſorum Codicum Author majori, qua per rei difficultatem licet, claritate, & certitudine indigitandus. Tertio demum illud enitemur, ut Perſequutionis Saporicae, cujus hiſtoriam in priori hujus Operis Parte exhibemus, graviſſimis rationum momentis, & conjecturis contra varias Martyrologorum ſententias ſtabiliatur. Totius Operis Ordo & Proſpectus.

Age nunc, & novam Codicum materiem, AMICE LECTOR, *adverte. Ea percommode in quinque Partes dividi poteſt. Prima S. Simeonis Stylitae Vitam, a Coſma ejuſdem familiari ſcriptam, complectitur. Altera Martyrum Acta, qui ſub Sapore* II. *Perſarum Rege, cognomento Longaevo, paſſi coronam meruerunt (Haec autem*

immanis atroxque in Chriſtianos tempeſtas ab anno ejuſdem ſaeviſſimi Regis aetatis, atque imperii 31. *ad annum uſque* 70. *in quo deceſſit, per integros ſcilicet quadraginta annos efferbuit) Tertia Pars illorum Martyrum Acta exhibet, qui, furente eodem Rege anno aetatis ſuae atque imperii* 18. & 30. *interemti ſunt. Quarta vero duo tantum Martyria nobis ſuppeditat in Perſequutione Iſdegerdico-Vararanica conſummata. Quintae demum propoſitum illud eſt, ut multorum Martyrum Occidentalium Acta, qui ſub variis Romanorum Imperatoribus ad Superos evolarunt, recenſeat. Verum quia Secundae, & Quintae Partis materies patet magis, magiſque porrigitur, ne continens Epocharum ſeries intervertatur, hoc, quod primum damus, Opus ad duas tantummodo redigimus Partes. In priori quidem Perſequutionis Saporicae, quadraginta continenter annos perductae, hiſtoriam exhibemus una cum Adpendice, in quam, Codicis ſecundi diſpoſitioni atque ordini inhaerentes, Acta Martyrum, tum decimo octavo, & trigeſimo ejuſdem Saporis anno, tum in Perſequutione Iſdegerdico-Vararanica caeſorum, referemus. In altera vero Parte Acta dumtaxat quatuordecim priora edemus Martyrum Occidentalium, reliqua ad volumen aliud amandantes, quod meditamur; ubi & aliorum Martyrum Acta, Sanctorumque Vitas, ex variis Orientalibus Vaticanae Bibliothecae* MSS. *Codicibus erutas, vulgabimus. Poſtremo apicem imponet operi hujus ſecundae Partis Vita S. Simeonis Stylitae, quam ſupra laudavimus.*

Series Actorum, quae in prima Parte exhibentur.

Itaque ut a priori Parte exordiamur: nam de altera in ejuſdem Praefatione, & praeviis ad ſingula Acta Admonitionibus opportune ſuo loco & tempore ſermo erit, ea quidem hunc praefert titulum: Acta Martyrum Orientalium, qui in Perſide paſſi ſunt. *Quae autem deſcribuntur, Martyria haec numerantur. I. Acta SS.* Simeonis Bar-ſaboë *Seleuciae & Cteſiphontis Epiſcopi, Sociorumque ejus* Abdhaiclae, & Hananiae *Presbyterorum, aliorumque Centum diverſi Ordinis Virorum; necnon* Guhſciatazadis *Eunuchi*, Phuſikii *Karugabari*, *ejuſ-*

ejuſque Filiae Virginis. II. Plurimorum Martyrum, & Azadis *Eunuchi. III.* Tharbae *Virginis, ejuſque Sororis, & Ancillae item Virginis. IV.* Milis *Suſae Epiſcopi,* Abroſimi *Presbyteri,* & Sinae *Diaconi. V.* Sciahduſtis *Seleuciae & Cteſiphontis Epiſcopi, & centum viginti Sociorum. VI.* Barſabiae *Coenobiarchae, & decem ejus Sociorum; necnon cujuſdam Magi. VII.* Narſetis *Epiſcopi,* & Joſephi *ejuſdem diſcipuli; necnon aliorum viginti Martyrum. VIII.* Danielis *Presbyteri,* & Vardae *Virginis. IX.* Centum viginti Martyrum, *inter quos novem Virgines, reliqui Sacerdotes, Diaconi, & diverſorum Ordinum Clerici. X.* Barbaſcemini *Seleuciae & Cteſiphontis Epiſcopi, & ſexdecim Sociorum. XI.* Martyrum, *qui variis in locis a Praefectis interemti ſunt, praeter eos, qui in Regis foro occubuere. XII.* Jacobi *Presbyteri,* & Mariae *ejuſdem Sororis Virginis. XIII.* Theclae, Mariae, Marthae, Mariae, & Amae *Virginum. XIV.* Barhadbeſciabae *Diaconi. XV.* Martyrum Captivorum. *XVI. Quadraginta Martyrum,* Abdae *nimirum,* & Ebedjeſu *Epiſcoporum:* Abdallahae, Simeonis, Abrahami, Abae, Ajabelis, Joſephi, Hani, Ebedjeſu, Abdallahae, Johannis, Ebedjeſu, Maris, Barhadbeſciabae, Rozichaei, Abdallahae, & Ebedjeſu *Presbyterorum:* Eliabi, Ebedjeſu, Hani, Marjabi, Maris, Abdiae, Barhadbeſciabae, Simeonis, & Maris, *Diaconorum:* Papae, Evoleſi, Ebedjeſu, Phachidi, Samuelis, & Ebedjeſu *Monachorum:* Mariae, Tathae, Emae, Adranes, Mamae, Mariae, & Marachae *Virginum Deo ſacrarum. XVII.* Bademi *Coenobiarchae. XVIII.* Acepſimae *Epiſcopi,* Joſephi *Presbyteri,* & Aithilahae *Diaconi. XIX.* Jonae, Brichjeſu, Zebinae, Lazari, Maruthae, Narſetis, Eliae, Maharis, Habibi, Sabae, & Scembaitae. *XX.* Saporis, & Iſaacii *Epiſcoporum; necnon* Mahanis, Abrahami, & Simeonis. *XXI.* Maharſaporis. *XXII.* Jacobi Interciſi. *Haec de ipſorum Actorum, quae in prima Parte, ejuſque Adpendice proferuntur, numero, atque ordine dicta ſint ſatis.*

Nunc vero quam pertinacem, diligentemque in biſce Actis vertendis, adornandis, atque illuſtrandis operam curamque impenderimus, videamus.

Authoris in Actis vertendis illuſtrandiſque ſtudium, & methodus.

Quiſquis eſt, qui antiquioris aevi Scriptores Chaldaicos, ſeu Syriacos quoquomodo adtigerit, is plane novit, quae apud ipſos obtinuit, vetuſtiſſimam conſuetudinem vocales notas ſupprimendi, atque inanimes, pene dixerim, loquutiones ſubrogandi: quo factum eſt, ut obſcuriſſimam intellectu, eamque captu difficillimam, ſcriptionem poſteritati tranſmiſerint. Dici vix ergo poteſt, quantum moleſtiae, & laboris exorbeat, qui in hoc inſipido ingratoque ſtudio conteritur; ut ſcilicet in integrum compendioſam veterum ſcriptionem reſtituat, literiſque vocalibus animet, atque exſuſcitet: quod quidem effecimus adcurate in deſcriptione ac imagine hujus Operis, quamvis immenſa ne ipſius moles evaderet, non omnes vocales notas adponere licuit; erant enim triplo linearum tractus multiplicandi, ut vocalibus ipſis fieret locus, quae non Europaearum linguarum more dictionibus interſeruntur, ſed infra ſupraque dictionibus ipſis adpingere Orientales conſueverunt. Neque heic tamen depactus curarum noſtrarum terminus. Illud praeterea ſtuduimus, ut ſingulis Actis Admonitiones praefigerentur: facem huic methodo Bollandiani, & Ruinartus praetulerunt. Sic quippe ex Authoribus Latinis, atque Orientalibus quidquid ad rem facit praemonentes, & quidquid cenſura dignum ponderoſis obſervationibus configentes, Actorum ſingulorum tum epocham, tum germanam ſinceritatem ſtatuimus: ſi qua deinde in iiſdem Actis animadverſione digniora occurrunt, opportunis Adnotationibus illuſtramus: ſi qua obſcuriora, arceſſita ex aliis fontibus claritate donamus: ſi qua tandem mutila atque luxata, ex probatis Scriptoribus Latinis, & Graecis, praecipue vero ex Orientalibus MSS. Vaticanae Bibliothecae Codicibus ſupplemus, atque emendamus. Paucis verbis, ad hujus Operis pretium, ad hiſtoriae utilitatem, ad fidei certitudinem, ad pleniorem uberioremque rerum geſtarum lucem quidquid conferre poſſe, ac debere exi-

exiſtimavimus, ſumma, qua potuimus, diligentia curaque, nulla graviſſimi & indefeſſi laboris ratione habita, perficere conati ſumus. Tum quoniam plurima ex hiſce Actis nedum antiquis, verum etiam recentioribus Latinis Martyrologis proferuntur prorſus ignota, in id omnes diligentiae noſtrae nervos contulimus; ea ut perſpicua redderentur, fidemque indubiam apud omnes promererent. Quam eandem viam inſtitimus in altera hujus Operis Parte, & in ejuſdem Adpendice, quae Acta S. Simeonis Stylitae complectitur. Quare operae pretium duximus, peregregiam Caroli Majelli, Archiepiſcopi Emiſſeni, Diſſertationem de Euſebiana Actorum Martyrum collectione, itemque de Stylitarum Origine atque Inſtituto, quam ex fragmentis collegimus interpolatis ac mutilis, quae nobis ejuſdem praeclariſſimi Praeſulis ex fratre filius, Dominicus perhumaniter dedit, adjicere, quaeque nos ipſi, lacunis expletis, lociſque hiantibus verborum & ſententiarum conſenſione ſuffectis, ut in ſecundae Partis Praefatione admonebimus, inſtauranda, atque in integrum reſtituenda, ſtudioſe diligenterque curavimus; & ne quid deſit aut operi, in quo verſamur, aut gratiae, quam Caroli Majelli meritis debemus maximam: ille etenim apud Pontificem author exſtitit, quare Aſſemanus in Aegyptum perrexerit, indeque binos Nitrienſes Codices, unde praeſentem huic Operi materiem hauſimus, aſportaverit; hiſtoriam ejus Vitae, certe cum magnis morum exemplis ad imitandum connumerandae, breviter ſummatimque deſcribemus; ut quemadmodum priſca aetas, debacchante ſaevitia, fortiſſimis praeſertim Martyribus praedicatur: ita haec noſtra in ſumma Eccleſiae luce, honore, opibus, dignitate, Viris ſapientibus, ſeveris, & in Aula, uſuque hominum probatiſſimis, ac modeſtiſſimis ad poſteros gloriari poſſit.

Atque haec quidem de hujuſce Editionis methodo, atque ornamentis praemonenda fuere. Ad illud modo veniamus, ſecundo loco propoſitum; quinam ſcilicet prioris iſtorum Codicum Partis, ſive Actorum Martyrum Orienta-

talium Author potiſſimum haberi debeat: cetera, quae ad alteram reſpiciunt, in ejuſdem Praefatione, & Admonitionibus ſingulis Actis praefigendis proſequemur.

Quis Actorum Martyrũ Orientalium Scriptor?

Hiſtoria Martyrum, ſive Collectio Martyriorum Orientalium (Orientales vocitamus Populos ultra Meſopotamiam; Occidentales citra Chaldaeam incolentes) duplex eſt apud Syros: altera eorum, qui ſub Iſdegerde, & Vararane Perſarum Tyrannis lauream adepti ſunt, Honorio, Arcadio, & Theodoſio Juniore imperantibus, ex qua duorum dumtaxat Martyrum Acta nobis ſervavit Codex II. Mabarſaporis nempe, & Jacobi Intercíſi, anno Vararanis ſecundo coronatorum, quae in priori Adpendice exponemus. Reliqua in Aegypti fortaſſe, aut Syriae angulis adhuc deliteſcunt, monente Aſſemano atque adfirmante, vidiſſe ſeſe in Scetenſi Syrorum Monaſterio, quum Nitrienſem ſolitudinem perluſtraret, Abdae Epiſcopi & Martyris Acta, qui Iſdegerdico-Vararanicae Perſequutioni cauſſam fecit, eaque regeſta in unum Codicem Syriacum praeſtantiſſimum, ubi ſexaginta etiam Martyrum tum Orientalium, tum Occidentalium Paſſiones deſcribuntur. Author hujuſce Collectionis nos adhuc latet; nec omnino placet quod Bibliothecae Orientalis Scriptor clariſſimus opinatur, qui S. Maruthae Epiſcopo Tagritenſi totum id opus adtribuit: quum, vel penes ipſum, S. Maruthae longaevitas ad Imperium uſque Vararanis V. ſub quo praeter duos illos ſupra laudatos, alii etiam Martyres innumeri caeſi ſunt, prorogari minime queat. De alia autem Martyrum Orientalium, qui, furente Sapore II. occubuerunt, hiſtoria, quam integram in hanc Partem ex praedictis Nitrienſibus Vaticanis Codicibus I. & II. retulimus, haec monemus: non heic quaeri a nobis de Scriptore Actorum SS. Jonae, Brichjeſu, & Sociorum, decimo octavo Saporis anno enectorum; exſtat in fronte nomen Authoris, Eſaiae nempe, Adabi Arzunitae filii, Equitis Regii, qui ea coaevus ac teſtis oculatus memoriae tradidit. Ceterorum ergo Authorem certum venamur.

Ea haſtenus ab Eruditis deſiderata.

Nemo autem unus neſcit tum Latinos, tum Graecos Scri-

Scriptores Martyrum Orientalium memorias per eam aetatem caeſorum literis conſignaſſe. Sozomenus & Hieronymus omnium primi Graeca, Latinaque lingua ex Syrorum Chaldaeorumque monimentis excerpta earum rerum commentaria donarunt, & ad poſteros tranſmiſerunt. Complures ſcilicet fuiſſe illius aevi Scriptores Syros atque Chaldaeos, qui glorioſam eorum Martyrum pro Chriſto confeſſionem ſermone vernaculo divulgarunt, teſtatur ipſe Sozomenus lib. 2. Hiſtor. Eccleſ. cap. 14. prope finem; ubi poſteaquam nobiliſſimum S. Simeonis Bar-ſaboe ſociorumque ejus Martyrium meliori, quo potuit, ſtylo proſequutus eſt, in haec verba concludit: Ὡς ἐνὶ δὲ συλλήβδην εἰπεῖν. λέγεται τῶν τότε Μαρτύρων τοὺς ὀνομαστὶ φερομένους ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, εἶναι εἰς μυρίους ἑξακισχιλίους τὴν δὲ ἐκτὸς τούτων πληθὺν κρείττω ἀριθμοῦ, καὶ διατοῦτο ἐργῶδες φανῆναι τὰς αὐτῶν προσηγορίας ἀπαριθμήσασθαι, Πέρσαις τε καὶ Σύροις, καὶ τοῖς ἀνὰ τὴν Ἔδεσσαν οἰκοῦσιν, οἳ πολλὴν τούτου ἐπιμέλειαν ἐποιήσαντο. Verum ut ſummatim dicam cunctos ejus temporis Martyres tam viros, quam mulieres, quorum nomina recoluntur, ſedecies mille numero fuiſſe perhibent; reliquae vero multitudinis ne numerum quidem iniri poſſe. Atque idcirco difficile admodum viſum eſt Perſis, Syris, atque Edeſſenis, qui hac in re plurimum ſtudii, atque operae poſuerunt, horum nomina percenſere. *Ceteri, qui deinceps conſequuti ſunt, Graeci, Latinique Eccleſiaſticarum rerum Scriptores, Theophanes nempe in Chronographia ad annum Mundi 5817. Cedrenus ad annum 6. Conſtantii Auguſti, Nicephorus lib. 8. cap. 56. Caſſiodorus lib. 3. cap. 2. ſexcentique alii, quos heic recenſere non vacat, nec neceſſe eſt omnino, in eam omnes conſenſere operam; ut ex Sozomeno potiſſimum, ac Hieronymo totam narrationis materiam tranſcriberent. At, pace id dixerim praeſtantiſſimorum ceteroquin Virorum, ex imperitia Syriaci, ſeu Chaldaici ſermonis, quo jam inde ab initio laudatorum Martyrum Acta fuerunt exarata, factum eſt, ut & pugnantes, ac minime congruentes temporum rationes ſtabilirent, & multa ſcitu digniſſima, imo*

vero

vero & non pauca Martyrum Acta praetermitterent, & ipſa non ſemel etiam, quae prodiderunt, variarent, atque corrumperent, & vocum notas, rerumque nomenclationes inverterent, ac mutilarent. Propterea ad hiſtoriae peniculum, fucumque diſflandum, illud erat omnium votum, ut quiſpiam adpareret ſermonis utriuſque linguae, Syriacae ſcilicet ſeu Chaldaicae, & Latinae doctus, qui ex integerrimi alicujus Syri Scriptoris Autographo totam illorum Martyrum hiſtoriam, collectionemque recuderet, & publica Romana luce donaret. Id praeter multos Ruinartus ac Tillemontius, ne quid ipſorum Operibus reliquum fieret, ſummopere ſtuduerunt. Quare Euſebius Renaudotius ſeſe illis obtulit, Colbertinam Bibliothecam ad Caelum ferens, ubi Codicem Orientalem ſe vidiſſe adfirmabat, in quo praelaudata Collectio; hoc eſt, Theſaurus omnium maximus adſervaretur, quem poſtridie ſe proditurum pollicebatur. Lyrae merae & gerrae. Quod ſi tamen promiſſis haud ſtetit, gratulandum nobis potius, quam illi ſuccenſendum putamus; quippe qui non alium Codicis ſui Authorem venditabat, quam Neſtorianum quemdam, nomine Amrum Matthaei filium, circa annum Chriſti 1340. *clarum, qui Simeonis Bar-ſaboë ejuſque ſociorum hiſtoriam obiter perſtringebat, ut ſuam Eccleſiam a fidelium communione reſciſſam & multis Martyribus illuſtratam, & ab Orthodoxis Epiſcopis perpetua ſucceſſione habitam, inſtitutamque oſcitantibus demonſtraret. Ceterum ita ex ipſo Renaudotio ſcribit Ruinartus in admonitione praevia ad Martyrium ejuſdem Sancti Simeonis Epiſcopi & ſociorum: Quae de Perſis Martyribus commemorat ille Author conſentanea ſunt iis, quae a Sozomeno, aliiſque Scriptoribus Eccleſiaſticis referuntur, paucis exceptis, quae pro verſionum diverſitate variant.*

Renaudotii fallax fides.

Verum quod tamdiu exoptatum ab eruditis Viris, quod CLEMENS XI. *perfici quammaxime percupiebat, quod a multis promiſſum, a nemine tamen hactenus praeſtitum, obtigit nobis, ſub Auſpiciis Potentiſſimi ac Munificentiſſimi* JOHANNIS QUINTI, *Luſitaniae Regis, ad*

umbi-

umbilicum deducere, atque ad rei Chriſtianae publicam utilitatem & commodum evulgare. Neque ſane ea in re ipſorum votis, quod aliquos mediocris notae Codices ſelegerimus, impares omnino erimus; quandoquidem quanti valeant Codices, quos prae manibus habemus, tum demum in medio erit, quum certum ratumque eorumdem Authoris nomen exſtabit.

Heic autem primo eorum occurrit convellenda prorſus opinio (praetermittimus nomina, ut rationem & illorum famae, & honeſtatis noſtrae habeamus) qui ſtatim atque intellexerunt, hoſce Codices in Vaticanam Bibliothecam fuiſſe ex tranſmarina peregrinatione, CLEMENTIS *XI. cura juſſuque, delatos, ex tripode, quemadmodum ſolent hujuſmodi ingenii homines, ſemidocti, & judicio praecipites, adſeruerunt, eos eſſe Collectionem illam Actorum veterum Martyrum ab Euſebio Caeſarienſi editam, quam vel ſitu obſitam, aliove infortunio, caſuque ſubtractam dolebant. In quo quam ſtupide & oſcitanter erraverint, inde oppido liquet, quod, Euſebium Caeſarienſem, praeter inſignem Librum de Martyribus Paleſtinae ſua aetate coronatis, nullum de antiquis Martyribus conſcripſiſſe, ex aurea Diſſertatione Caroli Majelli Archiepiſcopi Emiſſeni, quam dabimus Actis praefixam ſecundae Partis, planiſſime ſuademur. Ibi decem dumtaxat Martyrum Palaeſtinorum Acta, per eumdem Euſebium exarata, ex Codice Nitrienſi Vaticano I. proferemus, quorum hactenus nonniſi compendium, Libro VIII. Eccleſiaſticae Euſebianae hiſtoriae inſertum, ad nos pervenit. Praeterea ex adcuratiori temporum obſervatione, eaque, quam mox rationum momentis certiſſimis ſtatuemus, Saporicae Perſequutionis Epocha hoc eorum ſomnium facili negocio exſufflatur. Qui enim potuit Euſebius, cujus vita, ex Tillemontii calculo ad annum* 338. *ex Floraeo ad* 340. *porrecta eſt, Acta praeſertim Sanctorum Barbadbeſciabae Diaconi, Martyrum Captivorum, Bademi Coenobiarchae, Acepſimae, & ſociorum deſcribere, quos autographi Codices noſtri multo poſt Martyrio fuiſ-*

f *ſe*

ſe perfunctos teſtantur: *Barbadbeſciabam nimirum anno Peſequutionis* 15. *Captivos Martyres anno* 23. *Bademum anno* 36. *Acepſimam denique*, & *ſocios anno Perſequutionis* 40. *quo Sapor ipſe*, *juxta vulgatam ſcribentium opinionem*, *finem caedibus & vitae fecit*, *ideſt*, *anno Chriſti* 380. *Quin etiam pari convincuntur mendacio obnoxii*, *qui ſuſpicantur*, *hanc Martyriorum Collectionem per Euſebium incoeptam*, & *ab alio quopiam poſt ejus obitum fuiſſe continuatam*. *Nam praeterquamquod an. Chriſti* 340. *quam Epocham communi Chronologorum calculo invictiſſime ſtatuemus*, *nondum S. Simeon Bar-ſaboë*, *Martyrum in Saporica quadraginta annorum Perſequutione caeſorum anteſignanus*, *paſſus fuerat*, *multa occurrunt in prioribus Actis ejus Collectionis tum locorum tum temporum notae*, *quae Euſebio ſcribenti*, *ut volunt*, *minime congruere*, & *quadrare poßunt*. *Cujuſmodi eſt*, *ut cetera omittam*, *quod in Prooemio Actorum S. Simeonis adſeritur*, *a Juliano Apoſtata factam fuiſſe Judaeis poteſtatem Solymae templum inſtaurandi ac reficiendi*, *ex quo mira portenta Divinae ultionis in Judaeos ſubſequuta*. *Illud etiam incongruum ſubjicitur in Actis S. Barbaſcemini Epiſcopi*; *quod ipſe nimirum Seleucienſem Pontificatum*, *a Sciabduſtis S. Simeonis Barſaboë ſucceſſoris Martyrio viginti circiter annos continenter vacantem*, *inierit*. *Quae quidem ſingula diu poſt Euſebii obitum contigiſſe*, *vel lippis*, & *tonſoribus patet*.

Acta Martyrũ in Saporica 40. Annorum perſequutione caeſorum S. Maruthæ Tagritenſi Epiſcopo adjudicanda.

Equidem ſi quid ſentio, *liberius dicam*: *poſt rem totam ſerio diligenterque diſcuſſam*, *poſt adcuratam Epocharum conlationem*, *poſt animadverſas eloquentiſſimas ſtyli notas*, *nullus dubito*, *quin S. Marutham Tagriti*, *ſeu Maipheracti*, *quae* & *Martyropolis*, *in Meſopotamia Epiſcopum*, *hujuſce hiſtoriae*, *ſive Actorum Martyrum Orientalium*, *qui in Perſide paſſi ſunt*, *Collectionis authorem cum Aſſemano meo*, *qui ejuſdem ſeriem*, *atque epitomen primo Orientalis Bibliothecae Volumini inſeruit*, *firmiſſime ſtatuam*, *planeque adſeverem*. *Id autem ſuadent*, *primo*, *Scriptorum omnium Orientalium in ejuſmodi diſce-*

diſceptatione conſenſus; quos inter Ebedjeſus Sobenſis Metropolita, qui vitam poſuit an. 1318. *in Syrorum Scriptorum Catalogo, quem Latio donatum, notiſque illuſtratum, ſemel atque iterum ediderunt formis Sac. Congreg. de Propaganda Fide Viri clariſſimi, & de literis Orientalibus optime meriti, Abraham Ecchellenſis, & Joſeph Simonius Aſſemanus meus, haec ſcribit.* ܡܪܘܬܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܡܝܦܪܩܛ ܘܐܣܝܐ ܡܗܝܪܐ: ܣܡ ܟܬܒܐ ܕܣܗܕܘܬܐ: ܘܥܢܝ̈ܢܐ ܘܩܠ̈ܐ ܥܠ ܣܗ̈ܕܐ:

Maruthas Epiſcopus Maiphercat, & Medicus peritiſſimus, compoſuit Librum Martyriorum, & Odas atque Hymnos in Martyres. *Horum Fragmentum exſtat hac epigraphe inſcriptum*: Sermo in Laudes Martyrum: *ſub initium Codicis II. Nitrienſis; corumque magna pars Officiis Syrorum, Maronitarum videlicet, Jacobitarum, & Neſtorianorum inſerta eſt, atque Hymnis Ephraemi, Jacobi, aliorumque ita permiſta, ut nullo fere indicio a reliquis diſcerni poſſint: nam nullum adhuc Codicem nacti ſumus, in quo unius Maruthae Odae digeſtae ſint. Amrus item Matthaei filius Cod. Arab. Vatic.* XLI. *ita habet.* وجمع ماروتا من عظام الشهدا الدين اشتشهدوا بالمشرق شيئا كثيرا . ونسخ كل كتاب وجده لهم . وحمل دلك معه . فجعل بميفرقين في كرسيه بعضه . ودلك معروف هناك الى هدا الوقت يتبارك به . ومضى بالباقي الى المغرب . وفرقت في البيع .

Porro Maruthas Martyrum, qui in Oriente paſſi fuerant, Lipſana quamplurima collegit, & Acta literis olim conſignata deſcripſit; factique hujus memoria hactenus ſupereſt, confluentibus ad recipiendam ab iis benedictionem populis: reliquas in varias Occidentis Eccleſias diſtribuit. *Quod totum probe cum hujuſce Collectionis epilogo ad calcem Actorum S. Acepſimae & Sociorum convenit. Ibi*: ܘܟܠ ܩܘܪܒܢ ܡܣܘ̈ܦܐ ܐܢܫ̈ܐ ܕܫܡܠܝܘ ܟܠܗܘܢ ܡܣܘܦ̈ܘܬܗܘܢ

ܣܗ̈ܕܘܬܗܘܢ ܘܡܘܬܗܘܢ ܘܕܝܢ̈ܗܘܢ. ܡܢܗܘܢ
ܕܒܙܒܢܢ ܐܣܬܗܕܘ. ܘܚܙܝܢ ܐܢܘܢ: ܘܐܝܠܝܢ
ܕܩܕܡܝܢ ܗܘܘ. ܟܬܒܢ ܠܗ ܡܢ ܒܝܨܝܦܘܬܐ
ܕܣܒ̈ܐ ܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ ܘܩܫܝ̈ܫܐ ܫܪܝܪ̈ܐ
ܘܡܗ̈ܝܡܢܐ ܕܟܠܗܝܢ ܕܗܘܝ̈ ܒܙܒܢܗܘܢ:

Quod ad iſtos poſtremos Martyres adtinet, quorum Martyrium, & Acta judicialia copioſe retulimus, quidam nobis coaetanei fuerunt, noſtriſque temporibus Martyrium ſubjerunt, nobiſque illos videre licuit. Qui vero antiquiores fuerunt, eorum nos Geſta diligenter conſcripſimus, ſecundum notitiam nobis traditam a ſenioribus Epiſcopis, ac Presbyteris, teſtibus fide digniſſimis, qui res ſuam ſub aetatem, atque ſub oculos ſuos geſtas narrabant. *Et paullo ſuperius*:

ܐܫܬܟܚ ܐܦ ܠܐܝܕܝܢ ܚܕ ܟܬܒܐ ܕܬܫܥܝܬܐ ܗܘܬ
ܠܗܘܢ ܘܟܠ ܕܣ̈ܗܕܐ. ܘܦܫܝܛ ܕܡܠܬܐ ܗܘ ܐܠܐ
ܕܒܠܝܠܗܘܢ ܐܫܟܚܢ ܬܦܢܟܐ ܡܢܗ ܠܕܡܘܬܐ
ܘܚܝ̈ܠܐ ܕܥܘܒܕ̈ܐ ܘܡܫܪ̈ܐ ܫܒܝܚܐ ܕܐܬܠܘܬܗܘܢ:
ܦܠܚܢ ܕܒܡܐܡܪܢ ܩܕܡܝܐ ܐܝܟ ܕܐܦܩܢ:

Incidit quoque in manus noſtras ejuſdem Martyrum hiſtoriae Volumen, ſimplici quidem, ſed confuſa oratione exaratum, ex quo eorumdem Martyrum praeſtantiſſimam effigiem expreſſimus, & fortia atque illuſtra Geſta, quae in priori Sermone noſtro (*quem ſcilicet Sobenſis Hymnos & Odas inſcribit*) ſumus complexi, adcurate depromſimus. *Quis autem hujuſce hiſtoriae, & voluminis, quod heic laudat Maruthas, author fuerit, nec ipſe exprimit, nec nobis aliunde liquet.*

Ceterum quum acerbiſſima illa Saporis Perſequutio an. Chriſti 340. *incoeperit, & per annos* 40. *continenter perſeveraverit, ideſt, uſque ad annum* 380. *potuit certe Maruthas ejuſdem Perſequutionis ſaltem exitum intueri, quum ea aetate jam clareret, &, Baronio teſte, Antioche-*

-tiocheno Concilio contra Meſſalianos habito unus ex Patribus interfuerit. Praeterea Maruthae ipſius Vitam, pietatem, indolem, geſtaque omnia contemplanti, facile ſuadetur mihi Authorum opinio, hanc Actorum Collectionem Maruthae adſcribentium ex tanti ponderis conjecturis; quaproter eadem Acta nunc primum heic vulgaturus, ut & probitate Authoris fides hiſtoriae augeatur, operae pretium eſſe arbitror, ipſius Maruthae Vitam, reſque praeclare geſtas ab initio repetere atque exordiri. Ejus geſta.

B. *Marutham Epiſcopum, circa ſeculi quarti finem doctrina, & miraculis in Meſopotamia claruiſſe, communis omnium illius temporis Scriptorum vox eſt: cujus autem Urbis Epiſcopatum geſſerit, Graeci, Latinique nuſquam indicant. Syri tamen eum Tagritenſi Eccleſiae praefuiſſe diſerte ſcribunt; ut legere eſt in eorum Chronicis, & in Codicibus Liturgicis paſſim: quam quidem Urbem variis nominibus adpellant* ܬܓܪܝܬ Tagrit, ܡܝܦܪܩܝܢ Maipherkin, ܡܝܦܪܩܛ Maiphercat, ܡܝܦܪܩܛܐ Maipheracta, & ܡܕܝܢܬ ܣܗܕܐ Medinat-Sohde, *hoc eſt, Martyropolis, ſeu Martyrum Civitas. Situm ejuſdem Procopius lib.* I. *de Bello Perſico deſignat, his verbis*: Perſae ſub Cabade Martyropolim obſident, quae in Regione, quae Sophoſene dicta eſt, ab Amida ducentis & quadraginta ſtadiis diſtans ad Boream ventum, prope Nymphium fluvium, qui Perſas a Romaeis diſterminat. *Marutham idcirco Photius Cod.* 52. *vocat* Sopharenorum Epiſcopum, *ideſt, Sophoſenorum, nempe Urbis Martyropolis, quae regionis Sophoſenes Metropolis eſt. Baudrandius in novo Lexico Geograph. pro* 240. *ſtadiis, quibus Martyropolim ab Amida diſtare, ex Procopio modo dicebam, perperam numerat ſtadia octoginta. Eam inſuper Epiſcopalem facit ſub Amideno Archiepiſcopo: quod tamen verum fuit uſque ad Saracenici Imperii initia dumtaxat; nam poſt occupatam a Saracenis Meſopotamiam, alia prorſus fuit cum Provinciarum, tum Epiſcopatuum diviſio, ut Scriptores Syri, Arabeſque demonſtrant. Et Martyropolis quidem ad eam amplitudinem atque magnifi-*

gnificentiam ſub Imperio Abbaſidarum evaſit, ut Jacobitae primum poſt Patriarcham ſectae ſuae Epiſcopum, quem Catholicum *Graeca voce dicunt, Syriace vero* Maphrianum, *in eadem Urbe ſedem habere voluerint. Propterea S. Marutham Syri recentiores* ܩܬܘܠܝܩܐ ܕܬܓܪܝܬ Catholicum Tagrit, & ܡܦܪܝܢܐ ܕܡܕܢܚܐ Maphrianum Orientis *nuncupare ſolent; eo videlicet ipſum nomine decorantes, quod poſtremis niſi temporibus ejus ſucceſſores Epiſcopi non obtinuerunt.*

Concilio Conſtantinopolitano intereſt.

Mares, & Amrus, Neſtoriani Scriptores, in Vita Cajumae XIV. Chaldaeorum Patriarchae, necnon Barebraeus in Chronico Syriaco Par. 3. in Vita Iſaacii apud Aſſemanum Biblioth. Orient. tom. 2. & 3. Marutham interfuiſſe perhibent Concilio Conſtantinopolitano I. adverſus Macedonium A. C. 380. coacto, licet in ſubſcriptionibus Patrum Maruthae nomen nuſquam adpareat. Quod vero ſcribit Renaudotius tom. 2. Liturg. Orient. pag. 271. Fortaſſe, ſcilicet, pro Mareas Amidenus, *quod nomen legitur in Latinis illius Concilii ſubſcriptionibus,* Maruthas *reponendum: id profecto ſtare nequit, quin Amida cum Martyropoli confundatur, quas inter Urbes complurium ſtadiorum diſtantiam intercedere, nemo in dubium vocavit; quemadmodum & Renaudotius ipſe loc. cit. Martyropolim confundit cum* ܒܝܬ ܓܪܡܝ Beth-garmai, *ſeu, ut idem legit,* Beit-garme, *quam vocem* Oſſuarium *interpretatur, ſive* Coemeterium, *quaſi vero inde Beitgarme dicta ſit, quod Martyrum Oſſa ad eam a Marutha noſtro translata fuerint. Nibil vero propius dici potuit; verum tamen non eſt. Nam* Beth-garme *non urbs quaedam erat, ſed regio Perſis ſubjecta, etiam Maruthae temporibus, ut nos docet Simeon Betharſamenſis Epiſcopus, ſeculo Chriſti ſexto ineunte clarus, in Epiſt. de Barſauma Niſibeno, & Neſtorianis, Cod. Syr. Vatic. XI. ubi duas ad regionem Beth-garmeam refert urbes, nempe* ܒܝܬ ܨܘܪܝܢ Beth-ſori, & ܠܫܘܡ Loſcium, *ſive* Laſciumam; *Martyropolis vero Romanae ditionis Civitas fuit uſque ad tempora Juſtiniani, teſte Procopio loc. cit. Idque luculenter*

Renaudotius Martyropolim cũ Beth-Garme confundit.

lenter confirmant cum Acta Martyrum Orientalium a nobis mox proferenda, tum Agathias Scholaſticus lib. 4. pag. 136. ubi Vararanem Perſarum Regem, Saporis filium, & Iſdegerdis deceſſorem nuncupatum fuiße adſerit Cerma ſaa, *hoc eſt*, Regem Cermae, *ſeu Garmeae regionis, quam debellaverat, quaeque jam in Perſarum ditionem tranſierat, quum & adhuc Martyropolis Romanorum Imperatoribus pareret.*

Meſſalianos damnat in Concilio Antiocheno.

Synodo praeterea Antiochenae anno Chriſti 383. ut opinatur Baronius, vel 390. ut mavult Tillemontius, adverſus Meſſalianos habitae, unum ex Patribus interfuiße Marutham, tradit Photius in Biblioth. Codice 52. Διόπερ ἢ αὐτὸς συναθροίζαι σύνοδον κατὰ τῶν αὐτῶν αἱρετικῶν, συμπαρόντων μὲν αὐτῷ Ἐπισκόπων τριῶν βίζου τοῦ Σελευκείας, καὶ Μαρουθᾶ τοῦ Σουφαρηνῶν ἔθνους, καὶ Σάμου: Πρεσβύτεροι δὲ, καὶ Διάκονοι συμπαρῆσαν μέχρι τριάκοντα. Quapropter, *inquit*, etiam ipſe (*Flavianus Patriarcha Antiochiae, ad quem Synodus Sydae in Pamphilia congregata epiſtolam contra Meſſalianos ſcripſerat.*) Synodum indixit adverſus eoſdem illos haereticos, adcedentibus tribus Epiſcopis Biza (*ſeu Baſilio*) Seleuciae, & MARUTHA gentis Supharinorum, & Sami, ad quos ſe cum Presbyteri, tum Diaconi ad triginta conjunxerunt.

Proficiſcitur Conſtantinopolim ſub Arcadio, Eccleſiae Perſicae opem imploraturus.

Poſteaquam vero alteri Concilio Seleucienſi ſub Cajuma, cui Epiſcopatum abdicanti Iſaacius ſubrogatus fuit, anno Chriſti quadringenteſimo celebratae praeſens adfuerit, de quo videſis Amrum apud Aßem. tom. 3. pag. 363. Divino Chriſtianae in Perſide rei confirmandae ſtudio impulſus: non enim adhuc Saporis Longaevi in Eccleſiam Edicta penitus reſciſſa fuerant, atque deferbuerant, Conſtantinopolim A. C. 403. proficiſcitur, Arcadium Imperatorem rogaturus, ut Iſdegerdem, qui duobus ante annis Perſicum Imperium inierat, pacatiorem in Chriſtianos humanioremque reddere ſatageret, non vero ut illum a ſaeviſſima eorum Perſequutione deſiſtere curaret, ut autumat cl. Orientalis Bibliothecae Author; quippe quae ab Iſdegerde nonniſi circa finem regni ſui, anno ſcilicet 418. excita-

excitata eſt, occaſione Abdae Epiſcopi, cujus opera Maruthan noſtrum in altera ac poſtrema ad eundem Iſdegerdem legatione uſum fuiße, patet ex inſigni Socratis loco, a nobis mox citando, quique, teſte Theodoreto lib. 5. cap. 39. immoderato zelo pulſus πυρεῖον, *hoc eſt, Templum igni Perſarum Deo conſecratum deſtruxerat, quod quum inſtaurare abnuiſſet Abdas, Iſdegerdes occiſo Abda, everſiſque Eccleſiis, quas Maruthas una cum ipſo Abda reparaverat*, graviſſimos ac ſaeviſſimos fluctus adverſus alumnos pietatis excitavit, *&c. Qua de Perſequutione fuſius quidem in Admonitionibus noſtris praeviis ad Acta SS. Martyrum Mabarſaporis, & Jacobi Interciſi edifferemus.*

S Joh. Chryſoſtomo cariſſimus.

At quum interea Theophilus Alexandrinus, ut Eudoxiae Auguſtae morem gereret, plures Epiſcopos adverſus S. Johannem Chryſoſtomum Chalcedone congregaßet, eos inde Conſtantinopolim, quo ab Arcadio Imperatore adcitus fuerat, tranſmiſſurus; ejuſmodique adeo curis Arcadium ipſum magnopere implicitum Maruthas intelligeret, atque nullum in tanta temporum perturbatione locum ſibi fore de Perſicae Eccleſiae rebus agendi exiſtimaret, improbata Epiſcoporum Syrorum, quos memorat Chryſoſtomus in Epiſt. ad Innocentium Papam, in eam Synodum conveniendi deliberatione, e veſtigio in Meſopotamiam remeavit. Chalcedone autem quum eßet, Deo Juſtitiae vindici, inſcius licet, deſervit; Cyrinum quippe Nicomedienſem Epiſcopum, Joh. Chryſoſtomo inimiciſſimum, ejus pedem forte imprudens proculcans, vehementi adeo poena adfecit, ut is ab itinere, quod Conſtantinopolim una cum reliquis Epiſcopis cogitaverat, fuerit retardatus, & eo ex vulnere haud multo poſt interierit. Rem ita Socrates Libro 6. cap. 15. enarrat: Μαρυτᾶς δὲ Μεσοποταμίας Ἐπίσκοπος ἄκων τὸν πόδα τῦ Κυρίνυ ἐπάτησεν. ὁ δὲ ὀδυνηρῶς ἐκ τύτυ διατεθεὶς συνδιαβῆναι τοῖς Ἐπισκόποις ἐπὶ τὴν Κωνσαντίνυπόλιν ὐ δεδύνηται. ἀλλὰ μθύοι μθὺ αὐτὸς ἐν τῇ Χαλκηδόνι. οἱ δὲ ἄλλοι διεπεραιώθησαν. Sed Maruthas Epiſcopus Meſopotamiae forte imprudens Cyrini pedem calcavit: ille

Deo Juſtitiae vindici inſcius licet deſervit.

ille eo vulnere graviter adfectus, Conſtantinopolim una cum reliquis Epiſcopis transfretare non potuit; ſed ipſe quidem manſit Chalcedone, reliqui vero Conſtantinopolim trajecerunt. *Sozomenus autem lib.* 8. *cap.* 16. Συνελθόντων δὲ πάντων εἰς ταυτὸν ἐνθάδε, καὶ βουλευομένων ὅπως αὐτοῖς κατὰ γνώμην προβαίη ἡ κατὰ Ἰωάννου ἐπιχείρησις· Κυρῖνος, ὃς ἡγεῖτο τότε τῆς ἐν Χαλκηδόνι Ἐκκλησίας, καὶ κατὰ τὸ συγγενὲς ἴσως Θεοφίλῳ χαριζόμενος· ἦν γὰρ Αἰγύπτιος, καὶ ἄλλως διάφορος Ἰωάννῃ τυγχάνων, πλεῖστα αὐτὸν ἐλοιδόρει. Ταχεῖα δὲ τούτων τῶν ὕβρεων ἔδοξεν αὐτὸν μετιέναι δίκη. Μαρουθᾶς γὰρ ὁ ἐκ Μεσοποταμίας συνὼν τοῖς Ἐπισκόποις, ἄκων αὐτοῦ θάτερον τοῖν ποδοῖν ἐπάτησεν. ὀδυνηθεὶς δὲ, οὐκέτι σὺν τοῖς ἄλλοις ἱερεῦσιν εἰς Κωνσταντινούπολιν ἐπεραιώθη. καίπερ ἀναγκαῖος εἶναι δοκῶν πρὸς τὰς κατὰ Ἰωάννου ἐπιβουλάς. Μετὰ ταῦτα δὲ κακῶς διατεθεὶς πολλάκις ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ἀπεπρίσθη τὸ σκέλος. ἐπιγενομένη γὰρ σηπεδὼν τὸ πᾶν ἐπενέμετο σῶμα, ὥστε καὶ τὸν ἕτερον πόδα ταυτὸν ὑπομεῖναι, τῇ μεταδόσει τοῦ πάθους. ἀλλ' ὁ μὲν οὐ πολλῷ ὕστερον ἐν ταῖς ὀδύναις ἐτελεύτα τὸν βίον. Quumque univerſi ſimul Epiſcopi illuc (*Chalcedonem*) conveniſſent, atque inter ſe conſultarent, qua ratione conatus ipſis adverſus Johannem ex voto ſuccederet, Cyrinus, qui tunc Nicomedienſem regebat Eccleſiam, Theophilo fortaſſis gratificans ob generis conjunctionem: erat enim Aegyptius, & alioqui a Johanne diſſidebat: multis eum probris, & conviciis oneravit. Verum Divina juſtitia contumeliarum iſtarum brevi ab illo poenas exegit. Maruthas enim ortus ex Meſopotamia, qui una cum Epiſcopis illic aderat, forte alterum ejus pedem calcavit. Unde adfectus dolore, una cum reliquis Epiſcopis Conſtantinopolim trajicere non potuit, licet ad ſtruendas Johanni inſidias admodum neceſſarius videretur. Poſtea vero quum ex vulnere male haberet, crus ei non ſemel a medicis diſſectum eſt. Superveniens enim putredo totum corpus depaſcebatur: adeo ut alter quoque pes idem paſſus ſit ex mutua doloris communicatione. Et Cyrinus quidem haud multo poſt in doloribus exſpiravit.

Digitized by Google

Conſtantinopolim revertitur..

Exſaturatam, expletamque in S. Johannem Chryſoſtomum, poſt ejus ab Urbe Conſtantinopoli exſilium bacchantem improborum hominum feritatem ratus Maruthas, illuc revertitur A. C. 404. *ut & intermiſſam Eccleſiae Perſicae rem apud Imperatorem reſumeret, & quantacumque poſſet opera Chryſoſtomi partes tutaretur. Chryſoſtomus autem, cognito Maruthae Conſtantinopolim reditu, binas ad ipſum dedit Epiſtolas, quae, proh dolor! interierunt. Quumque nihil interim haberet Maruthas niſi moleſtiſſimum quod reſcriberet, in eam Chryſoſtomus ſuſpicionem venit, ne Maruthas vel ſui ergo in carcere detineretur, ut autumat* Baronius, *vel* Theophili *ejuſque fautorum fraude impulſus, partes ſui deſeruiſſet, ut ſcribit* Tillemontius. *Tertiam idcirco Olimpiadi conſcripſit Epiſtolam, in qua ſic de Marutha honorifice loquitur:*

Epiſt. 14. ad Olimp.

Μαρουτᾶν τὸν Ἐπίσκοπον μὴ διαλείπῃς, τόγε εἰς σε ἧκον. θεραπεύουσα, ὥστε ἀνιμήσασθαι τοῦ βαράθρου. μάλιστα γὰρ αὐτοῦ δέομαι διὰ τὰ ἐν Περσίδι. καὶ μάθε παρ' αὐτοῦ ἂν δυνατόν σοι γένηται, τίτε κατωρθῶται ἐκεῖσε δι' αὐτοῦ, καὶ τίνος ἕνεκεν παραγέγονε· καὶ δήλωσον ἡμῖν, εἰ τὰ δύο ἐπιστολὰς, ἃς ἔπεμψα αὐτῷ, ἀπέδωκας. Κἂν μὲν βουληθείη ἡμῖν ἐπιστεῖλαι, πάλιν ἐπιστελοῦμεν αὐτῷ. ἂν δὲ μὴ βουληθείη κἂν τῇ εὐλαβείᾳ σου δηλώσῃ εἴ τι γέγονεν αὐτοτι πλέον, καὶ εἰ μέλλοι τι κατορθοῦν πάλιν κατιών. Ἐγὼ γὰρ διὰ τοῦτο καὶ ἐσπούδαζον αὐτῷ συγγενέσθαι. πλὴν πάντα τὰ παρὰ σοῦ γενέσθω, κἂν πάντες κατακέφαλα φέρωνται, τὰ σαυτῆς πλήρου. ὁ γὰρ μισθός σου ἔσται ἀπηρτισμένος. πάνυ οὖν αὐτὸν οἰκείωσαι, καὶ ὡς ἐχωρεῖ. Marutam Epiſcopum quantum in te fuerit, omnibus officiis complecti, ne deſinas, ut eum barathro extrahas. Nam ejus opera ob Perſidis negocia magnopere egeo: atque ita, ſi fieri poteſt, ex eo intellige, quidnam illic ipſius ſtudio, atque opera perfectum ſit, & cur iſtuc profectus ſit; & num ei duas Epiſtolas, quas ad eum miſi, reddideris. Si ad me ſcribere velit, rurſum ſcribam, ſin reſcribere gravetur, ſaltem quid illic profectum ſit, tibi exponat, & num quid rurſus eodem proficiſcens praeſtiturus ſit. Nam ego hac de cauſſa ipſum convenire ſtudebam.

bam. Utcumque ſit, quidquid tuarum partium eſt, praeſta, munuſque tuum exple, etiamſi omnes prono capite in praeceps ferantur: merces enim tua numeris omnibus abſoluta erit. Eum igitur quam maxime poteris, demereare. *Haec Chryſoſtomus de Marutha; quibus intelligas per eum Chriſtianae fidei in Perſide propagationem ipſum Chryſoſtomum jam urgere coepiſſe.*

Quanta vero in exiſtimatione eſſet apud Theodoſium Juniorem, qui, exſtincto paullo poſt patre Arcadio, Imperium ſuſceperat, vel exinde facile conjici poteſt, quod is Marutham in Perſidem ſemel atque iterum legatum prae ceteris deſtinaverit, ut Iſdegerdem Regem, ad foedus cum Romanis faciendum, hortaretur; atque ita integrae Chriſtianorum ipſe Perſarum libertati, & incremento proſpiceret. Quid autem iſtis in legationibus praeſtiterit Maruthas, audiamus Socratem Hiſt. Eccleſiaſt. lib. 7. cap. 8. Χρεία δὴ οὖν ἣ τότε ἤγαγεν, ὥστε Μαρουθᾶν τὸν Μεσοποταμίας Ἐπίσκοπον, οὗ μικρὸν ἔμπροσθεν μνήμην πεποιήμεθα, πεμφθῆναι παρὰ τοῦ Βασιλέως Ῥωμαίων πρὸς τὸν Βασιλέα Περσῶν. ὁ δὲ Βασιλεὺς τῶν Περσῶν πολλὴν εὐλάβειαν παρὰ τῷ ἀνδρὶ εὑρηκὼς, διὰ τιμῆς ἦγεν αὐτὸν, καὶ ὡς ὄντως Θεοφιλεῖ προσεῖχεν. τοῦτο γινόμενον ὑπέκνιζε τοὺς Μάγους, οἳ πολλοὶ παρὰ τῷ Περσῶν Βασιλεῖ ἰσχύουσιν. ἐδεδοίκεισαν γὰρ, μὴ τὸν Βασιλέα Χριστιανίζειν πείσῃ. καὶ γὰρ κεφαλαλγίαν αὐτοῦ χρονίαν, ἣν οἱ Μάγοι θεραπεῦσαι μὴ δεδύνηνται, ταύτην ὁ Μαρουθᾶς εὐχαῖς ἐθεράπευσε. βουλεύονται οὖν ἀπάτην οἱ Μάγοι. καὶ ἐπειδὴ οἱ Πέρσαι τὸ πῦρ σέβουσιν, εἰώθει δὲ ὁ Βασιλεὺς ἐν οἴκῳ τινὶ τὸ διηνεκῶς καιόμενον πῦρ προσκυνεῖν, ὑπὸ γῆν κατακρύψαντες ἄνθρωπον, καθ' ὃν εἰώθει καιρὸν ὁ Βασιλεὺς εὔχεσθαι. παρεσκεύασαν ἀναφθέγγεσθαι, ἔξω βάλλεσθαι δεῖν τὸν Βασιλέα· ἠσεβηκέναι γὰρ, ὅτι τὸν τῶν Χριστιανῶν ἱερέα νομίζῃ θεοφιλῆ. ταῦτα ἀκούσας ὁ Ἰσδιγέρδης, τοῦτο γὰρ ὄνομα τῷ Περσῶν Βασιλεῖ, αἰδούμενος μὲν ἀπο πέμπεσθαι δ' οὖν ὅμως τὸν Μαρουθᾶν ἐβούλετο. Μαρουθᾶς δὲ ἀληθῶς Θεοφιλὴς ἄνθρωπος, εὐχαῖς προσέκειτο, δι' ὧν εὑρίσκει τὸν παρὰ τῶν Μάγων γενόμενον δόλον. τῷ οὖν Βασιλεῖ, μὴ παίζου, ἔφη, Βασιλεῦ. ἀλλ' εἰσελθὼν ὅτε τῆς φωνῆς ἀκούσεις, ὀρύξας τὸν δόλον εὑρήσεις. οὐ γὰρ τὸ πῦρ φθέγγεται, ἀλλὰ ἀνθρώπων κατασκευὴ τοῦτο ποιεῖ. πείθεται τῷ Μαρουθᾷ ὁ Περσῶν Βασιλεὺς, καὶ αὖθις εἰσῄει εἰς τὸν οἰκίσκον, ὅπου ἦν τὸ ἄσβεστον πῦρ. ἐπειδὴ δὲ αὖθις ἀκούει τῆς αὐτῆς φωνῆς, ὀρύττεσθαι τὸν τόπον ἐκέλευσε. καὶ ὁ προ-

A Theodoſio Imp. ad Iſdegerdem Perſarum Regem adlegatur.

πέμπων τὴν νομισθεῖσαν Θεοῦ φωνὴν, ἐξηλέγχετο. περιοργὴς οὖν γενόμενος ὁ βασιλεὺς, τὸ τῶν Μάγων γένος ἀπεδεκάτωσε. τούτου γενομένου, εἶπεν τῷ Μαρουθᾷ, ἔνθα ἂν βούλοιτο, κτίζειν Ἐκκλησίας. ἐκ τούτου παρὰ Πέρσαις ὁ Χριστιανισμὸς ἐπλατύνετο.

Τότε μὲν οὖν Μαρουθᾶς ἀποχωρήσας τῶν Περσῶν, αὖθις ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐπανέρχεται. οὐκ εἰς μακρὰν δὲ πάλιν πρεσβείας ἕνεκεν ἀντεπέμπετο. αὖθις τε οἱ Μάγοι σκευωρίας ἐπενοοῦντο, ὅπως ἂν μηδαμῶς τὸν ἄνδρα προσδέχοιτο ὁ βασιλεύς. ἐπενόησάν τε δυσωδίαν τινὰ κατασκευάσαι, ὅθεν ὁ Βασιλεὺς εἰώθει προσέρχεσθαι· διαβολῇ τε ἐχρῶντο ὡς ἄρα ταύτην οἱ τῷ Χριστιανισμῷ συνόντες εἰργάσαντο. ὡς δὲ ὁ Βασιλεὺς ἤδη πρότερον ὑπόπτους ἔχων τοὺς Μάγους, σπουδαιότερον ἀνεζήτει τοὺς δράσαντας, αὖθις ἐξ αὐτῶν ἀνηυρίσκοντο οἱ τῆς κακῆς ὀδμῆς ποιηταί. διὸ καὶ αὖθις πολλοὺς αὐτῶν ἐτιμωρήσατο· Μαρουθᾶν δὲ διὰ πλείονος ἦγε τιμῆς. καὶ ἠγάπα μὲν Ῥωμαίους, καὶ τὴν πρὸς αὐτοὺς φιλίαν ἠσπάζετο. μικρὸν δὲ ἐδέησε καὶ Χριστιανίσαι αὐτὸν, πεῖραν δεδωκότος ἑτέραν τοῦ Μαρουθᾶ, σὺν Ἀβδᾷ τῷ Ἐπισκόπῳ Περσίδος. ἄμφω γὰρ τὸν ὀχλοῦντα δαίμονα τῷ υἱῷ Βασιλέως ἀπήλασαν, νηστείαις καὶ προσευχαῖς σχολάσαντος.

Forte igitur, *inquit*, negocii cujuſdam neceſſitas tunc exegit, ut Maruthas Epiſcopus Meſopotamiae, cujus paullo ante mentionem fecimus, ab Imperatore Romano (*Theodoſio Juniore*) ad Regem Perſarum (*Iſdegerdem*) deſtinaretur. Rex autem Perſarum quum eum virum eximia pietate praeditum eſſe deprehendiſſet, magnum illi honorem exhibuit, & tamquam Dei vere amicum auſcultavit. Ea res offendit animos Magorum, qui apud Regem Perſarum plurimum valent. Verebantur enim, ne is perſuaderet Regi, ut Chriſtianam Religionem amplecteretur. Etenim diuturnum capitis dolorem, quo Magi eum liberare non potuerant, Maruthas precibus ſuis curaverat. Fraudem ergo comminiſcuntur Magi: & quoniam Perſae ignem colunt, ſolebatque Rex ignem perpetuo ardentem in aede quadam adorare, hominem quemdam terra occultantes, eo tempore, quo Rex adorare conſueverat, exclamare juſſerunt: Foras exturbandum eſſe Regem, impie enim illum egiſſe, qui Sacerdotem Chriſtianorum Deo carum eſſe exiſtimet. His auditis, Iſdegerdes (hoc enim nomine vocabatur Rex Per-

Quem diuturno capitis dolore liberat.

Magorum fraudem detegit.

Perſarum,) licet Marutham reverentia proſequeretur, dimittere tamen in animo habebat. At Maruthas vere Deo acceptus, Orationibus vacabat, quarum ſubſidio fraudem Magorum detexit. Itaque Regem adiens: Noli inquit, o Rex, amplius deludi; ſed ingreſſus, poſtquam vocem audieris, effoſſa humo, fraudem deprehendes. Non enim loquitur ignis, ſed hominum fraus, & machinatio iſtud facit. Rex Maruthae morem gerens, denuo in aediculam ingreſſus eſt, in qua ignis perpetuus ardens ſervabatur. Quumque eandem vocem iterum audiſſet, locum effodi juſſit. Tum is, qui vocem illam emittebat, quae Dei eſſe putabatur, deprehenſus eſt. Itaque Rex ira inflammatus, gentem Magorum decimationis ſupplicio addixit. Quo facto Maruthae permiſit, ut, ubicumque vellet, Eccleſias aedificaret. Exinde apud Perſas Chriſtiana Religio latius propagata eſt.

Iterum in Perſidem mittitur.

Maruthas vero, *pergit idem Socrates*, tunc quidem e Perſide diſcedens, Conſtantinopolim reverſus eſt. Sed non longo poſt tempore legatus iterum miſſus eſt ad Perſas. Atque iterum Magi fraudes ac dolos excogitarunt, ne Rex ullo pacto eum admitteret. Tetrum enim foetorem machinatione quadam excitarunt eo loci, quo Rex procedere ſolitus erat, eumque a Chriſtianis excitatum eſſe calumniati ſunt. Sed quum Rex, utpote qui ſuſpectos jam dudum habebat Magos, foetoris hujus authores diligentius inveſtigaret, rurſus deprehenſum eſt, peſtiferi illius odoris artifices Magos eſſe. Rurſus ergo multos ex illis ſupplicio affecit; Marutham vero majori adhuc in honore habuit. Et Romanos quidem deinceps dilexit, eorumque amicitiam amplexus eſt. Parum autem abfuit, quin ipſe Chriſtianus fieret, quum Maruthas una cum Abda Perſidis Epiſcopo alterum etiam Miraculum edidiſſet. Ambo ſiquidem Daemonem, quo Regis filius vexabatur,

Una cum Abda Epiſcopo filium Regis energumenum liberat.

tur, depulerunt, quum prius jejuniis ac precibus incubuiſſent, &c. *Hactenus Socrates. Et ſane Iſdegerdis Regis favore atque indulgentia uſi Maruthas, & Abdas nihil, quod ad Chriſtianam rem conducibile videretur, omiſerunt. Conlapſas repararunt Eccleſias, novas in tota late Perſide conſtruxerunt. Utque Eccleſiaſticam diſciplinam, poſtremae potiſſimum Saporicae Perſequutionis immanitate atque diuturnitate labefactatam, in priſtinum Maruthas reſtitueret, duas Cteſiphonte celebravit Synodos: alteram in prima ſua legatione, cujus meminit Renaudotius tom. 2. Liturg. Orient. p. 272. alteram in ſecunda; de qua haec Dionyſius Patriarcha in Chron. ad An. Graecorum 725. Chriſti 414.* ܫܢܬ ܫܒܥܡܐܐ

Rem Chriſtianam in Perſide inſtaurat & propagat.

Duas Synodos celebrat in urbe Cteſiphonte.

ܘܥܣܪ̈ܝܢ ܘܚܡܫ ܕܝܘ̈ܢܝܐ ܩܕܝܫܐ ܡܪܘܬܐ
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܡܝܦܪܩܛ ܐܬܝܕܥ. ܗܢܐ
ܐܫܬܠܚ ܓܝܪ ܡܢ ܡܠܟܐ ܬܐܘܕܘܣܝܘܣ ܠܘܬ
ܐܝܙܕܓܪܕ ܡܠܟܐ ܕܦܪ̈ܣܝܐ. ܘܥܒܕ ܫܝܢܐ
ܒܝܢܬܗܘܢ: ܘܒܗ ܒܗܘ ܙܒܢܐ ܐܬܟܢܫܬ
ܣܘܢܗܕܘܣ ܦܪ̈ܣܝܬܐ ܘܫܪܪܬ ܠܗܝܡܢܘܬܐ
ܕܢܝܩܝܐ. ܪܫܝܢ ܗܘܘ ܕܝܢ ܐܠܗܘܢ ܟܢܘܫܬܐ
ܕܡܝܦܪܩܛ. ܘܝܒܠܠܗܐ ܩܬܘܠܝܩܐ
ܕܩܛܝܣܦܘܢ. ܐܬܥܒܕܬ ܕܝܢ ܒܗ̇ ܒܩܛܝܣܦܘܢ:

Anno Graecorum 725. claruit S. Maruthas Epiſcopus Maipheractae. Hic ab Imperatore Theodoſio ad Iſdegerdem Perſarum Regem miſſus, pacem inter utrumque conciliavit. Eodem autem tempore celebrata fuit Synodus Perſica, quae fidem Nicaenam conroboravit. Praefuerunt illi Synodo Maruthas Maipheractenſis, & Jaballahas Catholicus Cteſiphontis. Habita vero fuit in ipſa urbe Cteſiphonte. *Reliquias praeterea Martyrum, qui in ſuperioribus Eccleſiae Perſicae Perſequutionibus paſſi fuerant, ab Iſdegerde ſibi conceſſas, redux inde in Meſopotamiam tranſtulit, & in urbe ſua Tagrito, quae idcirco Martyropolis dicta*

Reliquias Martyrum Perſarum Tagritum transfert.

dicta eſt, pleraſque depoſuit; ubi & ipſius Maruthae, aliquandiu poſt morte ſua defuncti, Corpus conditum fuit: quod tamen poſt frequentes quam Perſae, Arabeſque in Meſopotamiam facere coeperunt excurſiones, in Aegyptum inde delatum fuiſſe, atque in Scetenſi Deiparae Syrorum Monaſterio etiamnum adſervari, teſtantur ejus loci Coenobitae, qui & illius tumulum Aſſemano meo, Nitrienſem ſolitudinem annis ab hinc triginta obeunti commonſtrabant. Sanctiſſimi autem Maruthae, uti & Translationis Reliquiarum Martyrum Perſarum, ab eo factae, memoriam colunt Coptitae die 22. Emſciri, ſeu 19. Februarii, Syri & Melchitae 16. ejuſdem menſis, Graeci vero in Menaeis, Latinique 4. Decembris.

Corpus ejus in Scetenſi cœnobio: & memoria in Martyrologiis.

Porro ex hactenus dictis caſtigandi ſunt. Primo, Orientales nonnulli, qui S. Marutham noſtrum Concilio Nicaeno interfuiſſe fabulantur, eo quod Decreta illius Synodi in Perſide obſervanda curaverit. Nam praeterquam quod Maruthas niſi nonaginta circiter poſt habitam Nicaenam Synodum annis id non praeſtitit, ipſe quidem vivebat ſub Theodoſio Imperatore, & Iſdegerde Perſarum Rege circa A. C. 410. ut ſupra oſtendimus; Nicaena vero Synodus coacta fuerat ſub Conſtantino M. & Sapore Rege ante annos 85. hoc eſt, A. C. 325. Praeterea idem Maruthas noſter in Hiſtoria hujus Concilii, ab Ebedjeſu Sobenſi in Epitome Canonum Synod. cap. 3. laudata, alterum Marutham Maipheractenſem, unum ex Patribus Nicaenis, tamquam a ſe omnino diverſum commemorat. Secundo, Martyrologium Romanum, quod in Elogio S. Maruthae ad praeſignatum diem 4. Decembris, collapſas in Perſide ob Perſequutionem Iſdegerdis *Chriſtianorum Eccleſias Marutham reparaſſe tradit; quum Perſequutio Iſdegerdica, ut ſuperius diximus, nonniſi aliquot annis poſteaquam Maruthas legationibus ſuis ad ipſum Iſdegerdem functus, unacum S. Abda Eccleſias Perſicas reparaverat, occaſione ipſius Abdae excitata fuerit. Tertio demum; in viam reducendi Coptitae, qui inepte quidem nugantur, dum in Synaxario ſuo ad praeſignatum*

Perperam a nonnullis cum altero Marutha confunditur

Martyrologii Romani lapſus.

Fabulae Coptitarum de S. Marutha.

tum diem 22. Emſciri de Marutha haec legunt : فى هــدا
اليوم تذكار ماروبا الاسقف ونقل اعضا القديسين المستشهديــن بمدينــة
ميافرقين على ايام ديقلاتيانوس . فلما ماروتا الاسقــف فلكثــرة فضلــه
وفضيلته ارسله ثاودوسيوس الملك الكبير ابو ارغاديوس وانوريوس الى مــلك
الفرس رسولاً للمدينة التى كانت بينهم . فاكرمه سابور ملك الفرس ونزلــه
فى قصر من قصور المملكه . فبلغه ان الملك له ابنة مجنونه . فاستدعاهــا .
فلما حضرت بين يديه فصّلى عليها فبريت لوقتها ففرح سابور الملك بذلــك
وزاد فى كرامته . فطلب منه اجساد القديسين الذين استشهــدوا فى بلـــد
فارس . فدفعهم له . فبنا عليهم كنيسه . وبنا حول الكنيسه حصنًا كبيــرًا .
وبنيس داخل الحصن مدينة . فاسموها باسم مشتق من اسم القديسين وهــو
ماروتا . ثم بعد ان عاد الى الملك واقام فى بلاد الروم سنينًا تنيّح فى مثــل
ذلك اليوم الذى كرّز فيه الكنيسه . فصار يعيد لــه ولتكريــز الكنيســه .

Hoc die Commemoratio Marunae Epiſcopi , & Translationis Reliquiarum Martyrum , qui ſub Diocletiano in urbe Miapherkin paſſi ſunt. Et Marunas quidem Epiſcopus ob eximiam probitatem , & virtutem a Theodoſio Magno Imperatore , Arcadii & Honorii patre , ad Perſarum Regem legatus fuit in urbem , intra utriuſque Imperii fines poſitam. Sapor vero Perſarum Rex Marunam perhonorifice exceptum , in Regio Palatio diverſari juſſit. Quumque is filiam Regis a Daemone vexari intellexiſſet, eandem ſibi ſiſti voluit , fuſiſque ad Deum precibus , confeſtim liberavit . Quo beneficio Sapor ingenti laetitia adfectus, majori adhuc in honore Marunam habuit. At ille Sanctorum Corpora , qui in Perſide Martyrio coronati fuerant , a Rege poſtulavit : quibus impetratis , in Eccleſia , quam aedificavit, ea recondidit. Circa Eccleſiam vero ampliſſimam Arcem excitavit , & intra Arcem Urbem , cui nomen Sanctorum , ideſt, Marunae fuit inditum. Mox ad Imperatorem reverſus, annos aliquot in terris Romanae ditionis vixit : migravitque ad Dominum, recurrente die , quo Eccleſiam illam dedicaverat . Quamobrem ipſius Feſtum unacum Eccleſiae Dedicatio-

catione peragitur. *Hucuſque Coptitarum Synaxarium, vera falſis permiſcens. In primis* Marunas *perperam pro Marutha ponitur: idque non ob defectum unius puncti, ex amanuenſis incuria natum, quod literae* ن Nun *adpoſitum ex* مارونا Maruna ماروثا Marutham *faceret; ſed certo Coptitarum conſilio, qui in Eccleſia diſerte* Marunam *legunt. Deinde Marutham adlegatum fuiße, fingit, a Theodoſio Magno ad Saporem; quum id ſub Theodoſio Juniore, & Iſdegerde contigerit. Tertio filiam Regis Perſarum ſpiritu malo liberaſſe, quum Iſdegerdes filium Energumenum, non vero filiam habuerit. Quarto Martyres in Perſide paſſos dicit ſub Diocletiano, qui tamen coronam adepti ſunt ſaeviente Sapore Longaevo, ſub Conſtantio, Juliano, Joviniano, Valente, ac Theodoſio M. Romanis Imperatoribus. Horum enim corpora poſtulavit Maruthas, & partim Martyropoli repoſuit, partim Conſtantinopolim, aliaſque ad Urbes Romani Imperii tranſmiſit. Denique quum Michaël Meligenſis Epiſcopus, Synaxarii Coptici author, cauſſam ignoraret, cur Urbs Tagrit, ſeu Miapherkin Martyropolis adpellata fuiſſet, novam comminiſcitur Urbem: nam Tagrit quidem condita jam fuerat, anteaquam Maruthas naſceretur;* Martyrum *vero* Urbs *idcirco nuncupata eſt, quod illuc multa Sanctorum Martyrum corpora ex Perſide, Maruthae ipſius opera, inlata fuiſſent.*

Quid de eodem Graeci, Maronitae, Jacobitae, Neſtoriani, Armeni & Mahometani.

Eadem fere de Marutha noſtro tradunt Graeci in Menologio Baſiliano & in Menaeis die 4. Decembris, uti & Maronitae atque Melchitae in Synaxariis die 16. Februarii. Nec abſimilia habent Jacobitae, Armeni & Neſtoriani: quorum propterea de eodem Marutha commenta ſingula heic percenſere ſupervacaneum omnino ducimus. Quin & Zacharias Kazuinenſis, Scriptor Mahometanus, in Opere Tripartito, quod de mirabilibus Creaturarum, & Regionum inſcripſit, Cod. Arab. Mediceo CVII. ad ſupra memoratos Coptitarum errores, alterum, eumque immaniſſimum de ſuo adjecit, Marutham ſcilicet ſub Conſtantino Magno claruiße.

Ejus Scripta. *Ceterum praeter Collectionem, ſive hiſtoriam Martyrum Orientalium, ſaeviente Sapore Longaevo interfectorum, de qua diſſerimus, & Odas, ſeu Sermonem in eorumdem laudes, quem Ecchellenſis ex Ebedjeſu Sobenſi Encomium vertit, & cujus fragmentum initio Cod. II. Nitrienſis praefixum eſt, ſcripſit Maruthas noſter* Anaphoram, *ſeu Liturgiam, quae exſtat in* MSS. *fere omnibus Liturgicis Syrorum Codicibus, prodiitque Syriace in Miſſali Maronitarum Romae anno* 1594. *Latine vero per Renaudotium tom.* 2. *Liturg. Orient. pag.* 261. Commentaria in Evangelium; *ex quibus plura nobis ſuppeditat loca Codex Syriac. Vatic.* III. *quae veram ac realem Corporis Chriſti in Euchariſtia praeſentiam luculenter confirmant; ut legere eſt apud Aſſem. Bibl. Orient. tom.* 1. *p.* 179. Canones XXVI. *quos Maruthas ipſe in Concilio Seleuciae & Cteſiphontis una cum Iſaacio illius Urbis Archiepiſcopo condidit, quoſque Renaudotius loc. cit. p.* 272. *ſe vidiſſe teſtatur in* MS. *Syriaco Mediceo, ſub hoc titulo:* Canones, & Regulae conſtitutae a Synodo Epiſcoporum Perſarum, habita in civitatibus Seleuciae & Cteſiphontis, civitatum Regni Perſidis, in Legatione D. Maruthae Epiſcopi Miapharechin ad Iſdegerdem Regem filium Saporis anno undecimo regni ejus. *Sed, proh dolor! impius neſcio quis, exceptis prioribus foliis, quae Indicem Generalem complectuntur, reliqua omnia, atque adeo praefatos Maruthae Canones ab ipſo Codice avulſit, & in aliquam Bibliothecam, ni fallor, tranſalpinam remotis arbitris exportavit; quemadmodum in Catalogo noſtro Mediceo p.* 93. *jam admonuimus. Iidem praeterea Canones laudantur in Epiſtola Simeonis Epiſcopi Betharſamenſis; ubi de Marutha ſic:*

ܘܡܠܟܘܗ ܕܟܠܢ ܕܡܪܘܬܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܦ ܗܘ
ܕܐܫܬܕܪ ܗܘܐ ܒܫܠܝܚܘܬܐ ܡܢ ܩܣܪ
ܡܠܟܐ ܕܪ̈ܗܘܡܝܐ ܠܘܬ ܝܙܕܓܪܕ ܡܠܟܐ ܕܡܠܟܐ
ܒܫܝܢܐ ܕܡܫܝ̈ܚܝܐ ܕܒܡܠܟܘܬܗ ܟܕ ܐܬܟܢ̈ܫܝܢ
ܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ

ܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ ܕܬܚܝܬ ܫܘܠܛܢܐ ܕܦܪ̈ܣܝܐ܀

Quam etiam (*Fidem*) amplexi ſunt ſub Marutha Epiſcopo, qui a Caeſare Romaeorum Imperatore ad Iſdegerdem Regem Regum anno regni ejus undecimo adlegatus fuit, confirmaruntque quadraginta Epiſcopi ditionis Perſarum. *Omnes circa Eccleſiaſticam diſciplinam verſantur, eodem Renaudotio teſte, praeter ſecundum, qui expoſitionem Fidei continet: iiſque praemittitur* Epiſtola Maruthae, *quae ſcripta dicitur in Concilio quadraginta Epiſcoporum, praeſente Iſaacio Catholico, ſeu Primate illarum Urbium, ipſius Maruthae fratre*. Hiſtoriam Concilii Nicaeni, *adjectis* Canonibus ejuſdem, *quos in Syrorum ſermonem tranſtulit: de quibus Ebedjeſus pag.* 50. ܗܘ ܥܒܕ ܐܦ ܩܢܘܢܐ. ܕܬܠܬ̈ܡܐܐ ܘܬܡܢܬܥܣܪ ܐܒܗ̈ܬܐ: ܘܐܦ ܟܬܒ ܟܠܗ ܬܫܥܝܬܐ ܕܗܘ ܣܘܢܗܕܘܣ ܩܕܝܫܬܐ܀

Idem (*Maruthas*) vertit Canones Patrum trecentorum decem & octo, ſcripſitque totam hiſtoriam illius Sanctae Synodi. *Opus vere aureum; ſed, proh dolor! necdum inventum. Idem Ebedjeſus in Epitome Canonum Synodalium cap.* 3. *ex Nicaena Maruthae hiſtoria nonnihil delibavit, hoc praefixo titulo:* ܬܫܥܝܬܐ ܕܟܢܘܫܬܐ ܬܒܝܠܝܬܐ ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܟܬܒ ܡܪܘܬܐ ܕܡܝܦܪܩܛ. ܕܐܬܒܥܝ ܡܢ ܐܝܣܚܩ ܩܬܘܠܝܩܐ܀

Hiſtoria Concilii Oecumenici ex iis, quae Maruthas Maipheractenſis rogatus ab Iſaac Catholico ſcripſit. *Canones autem, quos tranſtulit Maruthas, tres ſunt ſupra ſeptuaginta, de quibus Ebedjeſus loc. cit.* ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܩܢ̈ܘܢܐ ܥܒܝܕܝܢ ܘܬܠܬܐ ܫܒܥܝܢ ܕܐܦܩ ܡܢܗܘܢ ܡܪܘܬܐ. ܘܩܢܘܢܐ ܬܘܒ ܐܚܪ̈ܢܐ ܠܫܡ̈ܫܐ ܕܥܕܬܐ ܡܢܗܘܢ ܡܠܠ

ܡܛܠ ܕܓܡܘ. ܠܝܬ ܗܢ ܡܕܡ ܐܣܛܘܪܝܐ:

Verum apud nos nihil aliud exſtat, praeter ſeptuaginta & tres Canones, quos Maruthas tranſtulit, & praeter alios viginti, qui nuper editi fuerunt. *Sed de his vide quae in Catalogo noſtro Mediceo Cod. CVIII. fuerunt a nobis obſervata.*

Haec Maruthae Geſta, Scriptaque ex hucuſque laudatis Authoribus, quos Aſſemanus in epitomen redegit, hauſimus. Cetera vero plurima, quae fortaſſe una cum aliis Eccleſiaſticae hiſtoriae Monimentis in aliquo Aegypti, aut Syriae angulo tineas paſcunt, ſanctiſſimi hujus Epiſcopi praeclara facinora conjectura quidem adſequi poſſumus, ſed certo ac ſpeciatim noſſe nobis haud licuit. Haec una ſpes ſupereſt, ſi quidem Syriacum Codicem, quem a Scetenſibus Nitriae Coenobitis nullo pretio extorquere potuit Aſſemanus, & quo in Codice ejuſdem S. Maruthae Acta abunde copioſeque enarrari perviderat, ulla unquam aetas ſit ad nos delatura, tum denique, quae ille geſſit ſcripſitque, nos ſingula perſpecturos.

Age vero ex his quae hactenus dicta ſunt, validiſſima, ut vides, ſuppetunt nobis argumenta, quae Marutham ipſum hujus Actorum Martyrum Orientalium Collectionis authorem demonſtrant. Quidni ita vero? quum ne dicta ſuperius heic refricare videamur, ſit omnino incredibile, S. Marutham, qui pro tot conlatis in Iſdegerdem beneficiis nil aliud ab eo petiit, quam facultatem Corpora SS. Martyrum, quorum paſſio poſtremas Eccleſiae Perſicae clades conſequuta fuerat, redimendi, eaque deinde in Romani Imperii ſinum convehendi; laudatas quidem Reliquias ſecum detuliſſe, & partim Martyropoli ſua in Civitate repoſuiſſe, partim Conſtantinopolim, aliaſque ad Romani Imperii Urbes tranſmiſiſſe; de illorum vero Nominibus deſcribendis, Actiſque colligendis nihil prorſus fuiſſe ſolicitum.

Sentio quidem quid contra adferri poſſit; nempe ſimile Actorum Opus & ab Achaeo Seleuciae & Cteſiphontis

tis Epiſcopo, Maruthae aequali, & ab Epiſcopo Adanenſi, aliiſque pluribus eodem tempore fuiſſe adornatum: quod nos minime inficias imus, quum id Amrus apud Aſſemanum Bibl. Orient. tom. 3. pag. 368. teſtetur, & longe ante Amri aetatem Sozomenus lib. 2. cap. 14. nos docuerit, Geſta eorum Martyrum a Perſis, Syris atque Edeſſenis fuiſſe conſcripta. At quod evidentiſſimae plane demonſtrationis noſtrae negocium conficit, illud heic ſuccurrit argumentum, quod & robuſtiſſimum apud Criticos omnes exiſtimatur, & nobis certe ſuppetit luculentiſſimum. Ea enim Criticorum lex eſt, communi firmata conſenſu, ut, ſi anonymum ſcriptum temporis, loci, atque orationis nota cum Authoris cujuſdam inſtituto, aetate, loco, eloquutione conſentire deprehendatur, ipſi potiſſimum ſcriptum illud adjudicandum ſit. Nos autem praeter ea, quae hactenus recenſuimus, & temporum, & locorum indicia, quaeque omnia Marutham ſignificare, ac plane indigitare jam vidimus, quid tandem habemus deſiderandum, ſi quidem & hoc ipſum adcedat quamſimillimae hujus Orientalium Martyrum hiſtoriae cum aliis Maruthae Scriptis, quae ſuperſunt, orationis argumentum? Adſint profecto nobiſcum quotquot hominum ſunt, qui Chaldaicum ſeu Syriacum idioma penitius calleant, rem mecum viſuri adſint, ac plane intuituri; videant, ut haec hiſtoria, aliaque, quae certiſſima ſunt Maruthae, ſcripta eadem ſcateant eloquentia, eodem conſonent vocum atque verborum circuitu, eadem polleant dictionum caſtitate, iiſdem elegantiis, iiſdem phraſibus, iiſdem ſenſuum intervallis luculentiſſime interniteſcant. Quare quoniam hominibus iis, qui non ex arbitrio, ſed ex propoſitis argumentis de rebus judicare conſueverunt, quod ad Marutham pertinebat, in authorem hujuſce Actorum Martyrum Collectionis adſerendum, ſatis nos jam feciſſe videmur, nunc denique ad tertium atque poſtremum de Saporicae quadraginta annorum Perſequutionis Epocha, certe magis ſalebroſum controverſiae caput dirimendum veniamus. Anteaquam vero ad ſaeviſſima Perſequutionis tempora deſcendamus, id non

mo-

moleſtum fore confidimus, ſi primum Chriſtianae Fidei in Perſide ortum, atque incrementa paucis ab origine repetamus.

Chriſtianae Fidei in Perſide initia & incrementum.

Et primo quidem Chriſtianam Fidem in Orientem, atque adeo in Perſidem invexiſſe Magos, qui gentium primi Chriſtum Dominum adorarunt, ex Evangelica hiſtoria plane diſcimus; quum in Orientem, unde adceſſerant, rediiſſe dicantur. Dein vero ex XII. Apoſtolis Matthaeum Aethiopibus primum, tum Parthis, Perſis, Medisque Evangelium praedicaſſe, adfirmant S. Ambroſius Pſ. 45. Paulinus Carm. 26. & Menaea Graecorum die 16. Novembris. Bartholomaeum quoque in India, ſeu Arabia Felice, necnon in Perſide fidem Chriſti nunciaſſe, ex Euſebio, Theodoro Studita, Niceta, Nicephoro, Graecorumque item Menaeis oſtendit Tillemontius Tom. 1. Par. 3. ubi & ex Fortunato, Nicephoro, pſeudo-Abdia, & Beda ſcribit, Judam Jacobi, ſeu Labaeum, alias Thaddaeum, ab Adaeo quidem, ſeu Thaddaeo Diſcipulo diverſum, Arabiae, Syriae, Meſopotamiaeque populos docuiſſe, deinde in Perſidem perrexiſſe, ibique cum Simeone Cananaeo Martyrii lauream fuiſſe conſequutum. Quin & Johannem Apoſtolum inibi Evangelium diſſeminaſſe, liquet ex ejus Epiſtola, quae olim Parthis inſcribebatur. Prae ceteris tamen ex XII. Thomam, ex LXX. vero Adaeum, ſeu Thaddaeum, ejuſque Diſcipulos Marim, & Aghaeum Chaldaei, & Perſae conlaudant, quos & Orientis Apoſtolos per excellentiam dicunt, & quibus non modo Chriſtianam fidem acceptam referunt, ſed inſtitutam etiam Epiſcopalem, quae poſtea in Archiepiſcopalem, & Patriarchalem aucta eſt, Seleuciae & Cteſiphontis Sedem adtribuunt; ut videre eſt apud Aſſemanum Biblioth. Orient. tom 3. par. 2. a pag. 4. ubi hujuſce traditionis originem & fundamenta congerit. Quare neutiquam adſentimur Herміae Sozomeno, qui Eccleſiaſticae Hiſtoriae libro 4. cap. 8. Perſas tradit, non ab Apoſtolis, ſed ab Oſdroënis, & Armenis, qui per S. Gregorium Illuminatorem ad Chriſti fidem adducti ſunt, ſero tandem, & non niſi poſt ſeculum

lum tertium Chriſtiana Fide fuiſſe informatos. Etſi enim anno 312. *altas adeo in Armenia radices egerat Chriſtiana Religio, ut plurimorum SS. Martyrum fuſo ſanguine contra Galerium Maximinum magno fortique animo fuerit vindicata; perperam tamen inde quis conjiceret, eam ex Armenia in Perſidem commigraſſe, quum ex Perſis jam plures ſuperioribus annis, ac praecipue anno* 250. *ſub Decio Imperatore, certum ſit atque exploratum, Martyres occubuiſſe. Quin Bardeſanes, ſeculi ſecundi ſcriptor, apud Euſebium lib.* 6. *de Praeparatione Evangelica cap.* 8. *refert, ſua aetate non paucos apud Perſas Chriſtianos inveniri. Quidquod longe etiam pietate, quam numero prae-* Monachorū in Eccleſiā Perſicam promerita.
ſtantiorem fuiſſe Eccleſiam Perſicam, ineunte ſeculo quarto, manifeſtum eſt, nedum ex Virginibus Deo ſacris, quae & longe ante id temporis frequentes in Oriente exſtitiſſe perhibentur, verum etiam ex Monaſtico inſtituto, quod priuſquam Europaeis hominibus innoteſceret, in Meſopotamiam, Aſſyriam, & Perſidem ab Eugenio Antonii, Magni Diſcipulo, quem Orientales ܐܒܘܢ Abun, *ſeu, ut Chaldaei pronunciant,* Avun, *hoc eſt,* Patrem noſtrum, *per excellentiam adpellant, invectum, quam maxime florebat, teſte Sozomeno lib.* 6. *c.* 33. *ubi Eugenius ex Chaldaica voce Avun* Aones *audit. Quantum vero ad diſſeminandam iis in regionibus Orthodoxam fidem ejuſmodi profeſſionis homines contulerint, Eccleſiaſtica nos docet hiſtoria; non enim ſibi tantum vacabant, ſed & quum res poſtularet, Eccleſiae curam gerentes, eam qua miraculis, qua ſermonibus, fuſo etiam ſanguine illuſtrabant. Sic Jacobus ille Magnus, Aonis Diſcipulus, ex altiſſimorum Meſopotamiae Montium verticibus, ubi ſolitariam & quietam vitam agebat,* in Perſidem ſe contulit, viſurus plantas verae religionis, & congruentem eis curam exhibiturus; *ut inquit Theodoretus Hiſt. Relig. cap.* 1. *Sic reliqui Aonis diſcipuli, & imitatores, a Sozomeno commendati, (quibus adcenſendi ſunt SS. Barſabias, Bademus, aliique Monachi Perſae, saeviente poſtea Sapore, Martyres, quorum Acta infra proferemus)* Syros fere omnes,

omnes, *ut ſcribit idem Sozomenus cap.* 34. & ex Perſis, ac Saracenis quamplurimos ad religionem ſuam traduxerunt, & a ſuperſtitioſo daemonum cultu abſtraxerunt. *Quocirca Conſtantinus Magnus quum, teſte Euſebio in ejus vita lib.* 4. *cap.* 8. Πυθόμενος γέ τοι παρὰ τῷ Περσῶν γένει πληθύειν τὰς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας, λαούς τε μυριάνδρους ταῖς Χριστοῦ ποίμναις ἐναγελάζεσθαι, χαίρων ἐπὶ τῇ τούτων ἀκοῇ, οἷά τις κοινὸς τῶν ἁπανταχοῦ κηδεμών, πάλιν κἀνταῦθα τὴν ὑπὲρ τῶν ἁπάντων εἰσῆγε πρόνοιαν. apud Perſas crebras eſſe Eccleſias Dei accepiſſet (*fortaſſe ab Johanne Epiſcopo, qui Perſarum Eccleſiae nomine Nicaenae Synodo Generali adfuerat, aut a Magno Jacobo, Niſibis in Meſopotamia Epiſcopo, quem de Regno Perſarum, & de Perſequutione Chriſtianorum, ſcripſiſſe adfirmat Gennadius in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum cap.* 1.) & numeroſam populorum multitudinem intra Chriſti ovilia congregari; hoc nuncio magnopere delectatus, utpote communis quidam omnium ubique gentium hominum tutor & curator, ad illa etiam loca providentiam ſuam pro cunctorum commodis laborantem extendit: *miſſiſque ad Saporem Perſarum Regem, qui ſecum foedus inire avebat, muneribus ampliſſimis, inſignem adjecit Epiſtolam, quam integram refert idem Euſebius loc. cit. cap.* 9. *& ſeqq. ſic in ejus extremo Saporem adloquitur*: Τούτου τοῦ καταλόγου τῶν ἀνθρώπων, λέγω δὴ τῶν Χριστιανῶν, ὧν ὑπὲρ τούτων ὁ πᾶς μοι λόγος, πῶς οἴει με ἥδεσθαι ἀκούοντα, ὅτι καὶ τῆς Περσίδος τὰ κράτιστα ἐπιπλεῖστον, ὥσπερ ἐστί μοι βουλομένῳ, κεκόσμηται. σοί τ' οὖν ὡς ὅτι κάλλιστα, ἐκείνοις ὡσαύτως ὑπάρξει τὰ κάλλιστα, ὅ, τι σοὶ, κἀκείνῳ. οὕτω γὰρ ἕξεις τὸν τῶν ὅλων δεσπότην πατέρα θεὸν ἵλεω, καὶ εὐμενῆ. Τούτους τοιγαροῦν ἐπειδὴ τοσοῦτος εἶ. σοι παρατίθεμαι. τοὺς αὐτοὺς τούτους, ὅτι καὶ εὐσεβείᾳ ἐπίσημος εἶ, ἐγχειρίζω. Τούτους ἀγάπα ἁρμοδίως τῆς σεαυτοῦ φιλανθρωπίας. αὐτῷ τε γὰρ, καὶ ἡμῖν ἀπερίγραπτον δώσεις διὰ τῆς πίστεως τὴν χάριν. Quanta porro voluptate me adfici cenſes, quum audio id, quod mihi maxime in votis eſt, horum hominum multitudine, Chriſtianorum ſcilicet (de his enim in praeſentia loquor)

quor) nobiliſſima quaeque Perſidis loca longe lateque eſſe decorata. Opto igitur, ut & tuae res quam florentiſſimae, & illorum perinde ſint florentiſſimae: hoc eſt, ut tuae, ſic illorum. Hoc enim modo ſummum omnium Dominum ac parentem Deum, propitium ac placatum habiturus es. Hos itaque quandoquidem pietate excellis, tibi in manus trado. Hos pro humanitate tua complectere. Sic enim & tibi ipſi, & nobis hac tua fide immenſum beneficium praeſtabis. *Hactenus Conſtantinus.*

At laus potiſſima Eccleſiae Perſicae ex invicto animo, quo ſaeviſſimas tum quarto, tum quinto ſeculo, nimirum ſub Sapore, Iſdegerde, & Vararane Perſiae Tyrannis, pertulit perſequutiones, utique repetenda eſt. Porro Saporis II. Perſarum e Saxanitis Regis Noni, cognomento Longaevi, prioris Perſquutionis, cujus hiſtoriam prae manibus habemus, authoris, ortum & inaugurationem ita exponit Agathias Scholaſticus, quem Graeci, Latinique ſequioris aevi hiſtorici exſcripſere: Poſt Hormiſdatem, *inquit lib. 4. de Imperio & rebus geſtis Juſtiniani pag. 135.* Saporis Regis ortus, inauguratio & indoles.

Ἀλλὰ Σαβὼρ μετὰ τούτους ἐπὶ πλεῖστον ὅσον καὶ μήκιστον χρόνον ἀπώνατο τῆς Βασιλείας, τοσούτοις ἔτεσι κρατήσας, ὁπόσοις καὶ διεβίω. ἔτι γὰρ αὐτὸν κυούσης τῆς μητρὸς, ἡ μὲν τοῦ Βασιλέως γένους διαδοχὴ ἐκάλει πρὸς τὴν ἀρχὴν τὸν τεχθησόμενον, ἦν δὲ τὰ τῶν ὠδίνων ἀμφίβολα ἐς ὁποίαν γονὴν ἂν ἀποβαίεν. Τοι γάρ τοι ἅπαντες οἱ ἐν τέλει ἆθλα προὐτίθεσαν καὶ γέρα τοῖς Μάγοις ἐπὶ τῇ προαγορεύσει τῶν ἐσομένων. καὶ τοίνυν ἦγον ἐς μέσον κύουσαν ἵππον, καὶ ὡς πλησιαίτατα προελθοῦσαν τοῦ τόκου, ἐκέλευόν τε αὐτοὺς ἐπ' αὐτῇ πρώτῃ μαντεύεσθαι, ἅπερ ᾤοντο ξυνενεχθῆναι. Οὕτω γὰρ ὀλίγαις ὕστερον ἡμέραις γνώσεσθαι ἡγοῦντο τὴν πρόρρησιν ἐς ὅτι χορήσει. ταύτῃ τε εἰκάζειν παραπλησίως ἐκβήσεσθαι καὶ ὁπόσα σφίσιν ἐπὶ τῷ ἀνθρώπῳ προαγορευθείη. ἃ μὲν οὖν αὐτοῖς ἐπὶ τῷ ἵππῳ μεμάντευται, οὐκ ἔχω σαφῶς ἀποφήνασθαι. οὐ γὰρ μοι τὸ ἀκριβὲς τούτου γε πέρι ἀπήγγελται. πλὴν ἀλλ' οὕτω ἕκαστα προὔβη, ὅπως ἐκείνοις ἐτύγχανεν εἰρημένα. γνόντες δὲ ἐνθένδε οἱ ἄλλοι, ὡς ἄγαν τοῖς Μάγοις διηκρίβωται τὰ τῆς τέχνης, προὔτρεπον καὶ ἐπὶ τῇ γυναικὶ ἅττα ἔσεσθαι γνοῖεν διεξιέναι. τῶν δὲ φησάντων ἄρρενα παῖδα τεχθήσεσθαι οὐκ ἔτι ἐμέλλησαν, ἀλλὰ τῇ

γαστρὶ περιθέντες τὴν κίδαριν, ἀνεῖπον βασιλέα τὸ ἔμβρυον. ὀνόματί τε ἀπέκριναν, τὸ ἄρτι ἐκτυπωθὲν καὶ διωργανουμένον, ἐς ὅσον οἶμαι διάττειν ἔνδον ἠρέμα καὶ ὑποπάλλεσθαι. οὕτω δὲ τὸ ἀφανὲς τῇ φύσει καὶ ἄδηλον, ἐς τὸ βέβαιόν τε καὶ ἀνωμολογημένον τῇ δοκήσει μεταλαβόντες, ὅμως οὐ διήμαρτον τῆς ἐλπίδος, ἀλλὰ καὶ λίαν ἔτυχον τοῦ σκοποῦ πολλῷ πλέον τῶν δοκηθέντων. Τίκτεται γὰρ οὐκ ἐς μακρὰν ὁ Σαβόρης σὺν τῇ Βασιλείᾳ, εἰνεάζει τε αὐτῇ καὶ ἐγγηράσκει εἰς ἑβδομήκοντα αὐτῷ ἔτη διαφυλαχθέντος τοῦ βίου.

Sapor filius plurimo, longiſſimoque tempore Regno potitus eſt, quippe qui tot annis regnavit, quot & vixit. Matre enim adhuc ipſum utero geſtante, Regii generis ſucceſſio vocabat ad Regnum eum, quem ipſa eſſet paritura. Dubitabatur vero, maſculum, an femellam partu eſſet editura. Primores igitur Regni praemia ac dona propoſuerunt Magis, ut de futuris praedicerent. Equam itaque gravidam in medium adducunt jam partui proximam, juſſeruntque, ut Magi de hac prius ratiocinarentur quod futurum cenſebant. Ita enim paucis poſt diebus cognituros ſe credebant, quo illorum divinatio evaderet, atque hinc collecturos ſimilem eventum habitura etiam quae de homine praedicerentur. Porro quid de equa divinarint, nihil liquido poſſim adfirmare; neque enim mihi certi quicquam ea de re eſt renunciatum. Ceterum alia ita ſingula evenerunt, ut illi praedixerant. Quum itaque etiam alii ſcirent, Magos vaticinandi artem optime callere, provocarunt, rogaveruntque eos, ut etiam de muliere quae futura noſſent, explicarent. Qui quum reſponderent, maſculam prolem parituram, nihil ultra morati ſunt, ſed Cidari utero impoſita, embryum Regem pronunciarunt, nomineque inſignierunt foetum recenter efformatum, atque ita animatum, arbitror, ut intus paullulum moveretur, & ſubpalpitaret. Ita verum, quod natura obſcurum incertumque erat, pro certo indubitatoque opinione, exiſtimationeque adprehendentes, non fruſtrati ſunt tamen ſua ſpe; ſed & amplius quam opinati

nati erant, ſunt conſequuti. Naſcitur enim non multo poſt Sapor cum Regno, inque eo & adoleſcit, & ſeneſcit, perducta ad annos uſque ſeptuaginta vita. *Haec Agathias*.

Quam adroganti vero acerbaque fuerit indole Sapor, ex ungue agnoſce leonem. Dei, hominumque contemtor ſacerrumus ad Conſtantium Romanorum Imperatorem ſcribens, in haec, teſte Ammiano Marcellino lib. 17. *cap.* 5. *irridenda verius, quam referenda, erumpit verba*: Rex Regum Sapor, particeps Siderum, frater Solis & Lunae . . . Quia veritatis oratio debet eſſe libera, & celſiores fortuna idem loqui decet, ac ſentire, propoſitum in pauca conferam. Ad uſque Macedonicos fines tenuiſſe Majores meos, antiquitates etiam veſtrae teſtantur. Haec me convenit flagitare (ne ſit adrogans quod adfirmo) ſplendore virtutum inſignium vetuſtis Regibus anteſtantem . . . Contemne partem exiguam, ſemper luctificam & cruentam, ut cetera regas ſecurius. Reputa medelarum quoque artifices urere nonnumquam & ſecare, ut reliquis uti liceat integris, *&c. Vide heic Tyranni beneficentiam, qui dum plurima vi auferre vult, quae non auferat, ſe condonare glorietur*.

Perſequutiones ab eo excitatae.

Ceterum ut ad rem tandem veniamus noſtram, ter Sapor in Chriſtianos, quamvis non pari ſemper immanitate, aut temporis diturnitate ſaeviit. Et primo quidem anno aetatis ſimul ac regni ſui 18. *quo Martyres occubuere* Jonas, Brichjeſus, Zebinas, Lazarus, Maruthas, Narſes, Elias, Mahares, Habibus, Sabas, & Scembaitas, *quorum Acta ab Eſaia Arzunita, Adabi filio, authore probatiſſimo, utpote earum, quas ſcripſit, rerum teſte oculato, exarata, in Adpendice ad priorem hanc Partem ex Codice Nitrienſi II. vulgabimus. Deinde vero anno regni ſui* 30. *ut liquet ex Actis SS.* Saporis, *&* Iſaacii *Epiſcoporum, necnon* Mahanis, Abrahami, *&* Simeonis *Martyrum, eo ipſo anno interfectorum, quae ordini atque diſpoſitioni a Calligrapho ejuſdem Codicis*

dicis Nitrienſis II. unde ea depromſimus, ſervatae inhaerentes, laudato SS. Jonae, Brichjeſu, & Sociorum Martyrio ſubjiciemus; ubi & fuſius de utraque hac Perſequutione ediſſeremus. Anno demum aetatis ac regni ſui 31.

Quarum poſtrema omnium immaniſſima.

Magorum potiſſimum, atque Judaeorum inſtigatione tam immanem adverſus Eccleſiam Perſequutionem concitavit, ut nulla fere umquam ſaevior fuerit, ſive diuturnitatem temporis, quadraginta nempe annorum, quibus ea perſtitit, ſpectes, ſive tormentorum acerbitatem, quibus Fideles adficiebantur, ſive denique eorum multitudinem, qui per eam occaſionem Martyrium glorioſo exitu conſummarunt, quique ab Epiſcopo Adanenſi apud Ruinartum ex Renaudotio, uti & ab Amro, ac Jeſujabo apud Aſſemanum, centum nonaginta millia numerantur, a Sozomeno vero, qui Maruthae noſtro ſuccinit, innumeri quidem fuiſſe perhibentur. Ut ſummatim dicam cunctos ejus temporis Martyres, *inquit lib.* 2. *cap.* 15. tam Viros, quam Mulieres, quorum nomina recoluntur, ſedecies mille numero fuiſſe perhibent: reliquae vero multidinis ne numerum quidem iniri poſſe.

Ejus Epocha ſtatuitur.

De immaniſſimae autem hujus Perſequutionis Epocha, a quonam ſcilicet vulgari Chriſti anno ejus exordium ſit arceſſendum, quove ſub Romanorum Imperatore id contigerit, in varias hucuſque abierunt ſententias cum Latini, tum Graeci, Syrique ipſi Scriptores, quos videſis apud Bollandianos, Ruinartum, & Aſſemanum: quamquam in hoc, & recte quidem, una omnium vox eſt, S. Simeonem Bar-ſaboë Seleuciae & Cteſiphontis Epiſcopum, Martyrum ea occaſione caeſorum Anteſignanum, una cum Sociis paſſum fuiſſe ſub Sapore Rege, feria VI. *hebdomadae Sanctae in Paraſceve, excepto Guhſciatazade, ſeu Uſthazade ipſius Saporis Nutricio, qui pridie, hoc eſt, feria quinta in Coena Domini coronatus fuerat.*

At jam ex genuina hujus Perſequutionis hiſtoria, a S. Marutha conſcripta, Latinam cujus verſionem ad fidem vetuſtiſſimi aeque ac probatiſſimi Caldaici Codicis Nitrienſis Vaticani I. exegimus, compertum eſt, ipſius Perſequutionis

tionis

tionis initium anno Regni Saporis 31. *Perſarum vero* 117. *contigiſſe. Sic enim legitur in prooemio Actorum S.Simeonis, & Sociorum pag.* 15. ܒܫܢܬ ܡܐܐ ܘܫܒܥܣܪ̈ܐ ܠܡܠܟܘܬܐ ܕܦܪ̈ܣܝܐ ܗܝ ܕܗܝ ܫܢܬ ܬܠܬܝܢ ܘܚܕܐ ܕܫܒܘܪ ܡܠܟ ܡܠܟ̈ܐ ܗܘܐ ܫܘܓܫܐ ܗܘܐ ܠܟܠܢ. ܘܒܗܘܢ ܙܒܢ̈ܐ ܫܡܥܘܢ ܗܘܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܣܠܝܩ ܘܩܛܝܣܦܘܢ ܕܡܬܝܕܥܐ. ܘܡܬܩܪܐ ܗܘܐ ܒܪ ܨܒ̈ܥܐ.

Anno centeſimo decimo ſeptimo Regni Perſarum, qui fuit trigeſimus primus Saporis Regis Regum, ea populum noſtrum calamitas pervaſit: quum hac ipſa tempeſtate Seleuciae & Cteſiphontis Epiſcopatum gereret Simeon, cognomento Bar-ſaboë, *&c. Et infra in epilogo Actorum S. Acepſimae & Sociorum pag.* 201. ܘܐܚܪ̈ܝܐ ܒܟܠ ܚܫ̈ܐ ܕܦܓܪܗܘܢ ܐܬܓܒܪܘ. ܡܫܟܚܐ ܗܘܐ ܠܒܗܘܢ ܘܚܪ̈ܝܦܘ ܕܐܬܪ̈ܥܝܢ ܥܠܝ ܒܫܢܐ ܘܒܙܒܢܐ ܕܪ̈ܕܘܦܝܐ ܐܬܦ̈ܪܣܘ ܒܡܘܬ̈ܢܐ ܒܟܘ̈ܬܐ ܐܬܢܣܒܘ ܘܒܣܦ̈ܪܝܢܐ ܕܡܫ̈ܝܚܝܐ ܐܬܦ̈ܬܟܪܘ... ܒܫܢܬ ܬܠܬܝܢ ܘܚܕܐ ܫܪܝ ܠܪ̈ܕܘܦܝܐ ܘܒܫܢܬ ܫܒܥܝܢ ܫܠܡ:

Iſti vero poſtremi, *Acepſimas*, *& Socii*, acerbiſſimis cruciatibus divexati, invictam animi ſui praeſtantiam comprobarunt in ea temporum acerbitate, quae per quadraginta annos efferbuit, quibus Tyranni gladius caedibus Chriſtianorum & ſanguine heluabatur, atque Electorum corporum ſtrage ſeſe oblectabat, & formoſis artibus ſaginabatur... Anno autem trigeſimo primo Sapor Perſequutionem inchoavit, & ſeptuageſimo ipſe vivere deſiit. *Praeterea annorum quadraginta, quibus haec Perſequutio duravit, ſeries, ducto ab anno Saporis* 31. *exordio, cum annis Regni ejuſdem Saporis paſſim in Actis Martyrum, quae heic exhibentur, conjuncta occurrit: idque non alphabe-*

phabeticis literis, aut numeralibus notis, quibus facile mendum obrepere poſſit, ſed verbis integris atque diſertis. Ut tempus igitur praefiniatur, quo haec omnium ſaeviſſima Perſequutio coepit, ſatis ſuperque erit ſcire, ac ſtatuere, cui potiſſimum anno Aerae Chriſtianae Saporis annus 31. *quo Perſequutionem inchoatam fuiſſe ſcribit Maruthas, reſpondeat; Maruthae etenim hujuſce hiſtoriae ſcriptoris & ingenuitate ac virtutibus circumſpectis, & vetuſtate Codicis, qui eam continet, ponderata, ſi quis in dubium Epocham ab eo deſignatam auſit revocare, impudentiſſimae temeritatis notam minime effugiat neceſſe eſt.*

Quot annos Sapor regnavit & vixit

Equidem Sapor II. *cognomento Longaevus, hujus Perſequutionis author, Magorum opera in ſinu matris Rex agnitus, imo vero jam in utero matris quatuor circiter menſibus, anteaquam in lucem prodiret, corona ventri gravidae Reginae impoſita, inauguratus, obiit A.* C. 380. *quum tot annos regnaſſet, quot vixerat, ſeptuaginta nempe; ut ex Agathia Scholaſtico, quem ſupra laudavimus, aliiſque rerum Perſicarum Scriptoribus tradunt Sethus Calviſius in Chronico pag.* 531. *Petavius Ration. temp. Par.* 3. *ceterique Chronologi omnes, ſi Clariſſimum Bibliothecae Orientalis Authorem excipias, qui tom.* 1. & 3. *par.* 2. *interitum Saporis, cui & ipſe actatis ſimul ac Imperii annos ſeptuaginta tribuit, ante annos decem, hoc eſt A.* C. 370. *contigiſſe adfirmat, nulla alia, quam Antonii Pagii, ni fallor, authoritate ductus, qui in Critica Baronii ad Annum* C. 301. Miſdatem, *ſeu Hormiſdatem*, a Sapore filio exceptum eſſe, ſcribit. *Verum, dixerim id bona ſcientiſſimi hominis venia, non advertit Clariſſimus Author, Pagium in hoc vel ſibi non conſtare, vel errorem ſuum poſtea depoſuiſſe; quum ad A.* 380. *Saporem anno aetatis & regni* 70. *occubuiſſe diſerte perhibeat, in haec verba*: Sapores Perſarum Rex, qui tot annis imperavit quot vixit, ſeptuaginta nempe, hoc circiter anno (380.) mortuus eſt.

His

His extra omnem dubitationis aleam conſtitutis, ſequitur, Perſequutionis, de qua agimus, initium ad A. C. 340. revocari omnino debere. Nam ſi Sapor tot annos regnavit, quot vixit, ſeptuaginta nempe, & niſi A. C. 380. mortem non oppetiit, clarius hac luce patet, ipſius ortum A. C. 310. contigiſſe, Imperium vero anno praecedenti, hoc eſt 309. auſpicatum, quum ſcilicet aliquot menſibus anteaquam naſceretur, in matris utero Rex agnitus eſt, & coronatus; ut adfirmant Calviſius loc. cit. Herbelotius Bibl. Orient. pag. 764. aliique Chronologi, quos ſuperius laudavimus. Si itaque ad annum Chriſti 309. quo Sapor Rex inauguratus eſt, annos adjicias ejuſdem Regni 31. in hiſce Actis expreſſe notatos, annum habebis Chriſti 340. ad quem proinde revocandum eſt hujus Perſequutionis exordium. Neque eſt quod nobis ex Sozomeno dicas, Simeonem Bar-ſaboë una cum ſociis interemtum fuiſſe initio Perſequutionis, feria ſexta Hebdomadae Majoris, quae eo anno incidit, juxta S. Marutham, in Lunam 14. Aprilis: qui Chronologici characteres, nonniſi cum A. C. 341. componi poſſunt; quum, ut manifeſtum eſt ex tabulis Paſchalibus apud Pagium, alioſque Chronologos, hoc eodem anno Luna XIV. Aprilis, & feria ſexta Hebdomadae Majoris concurrerint in 17. ejuſdem menſis diem, quo proinde S. Simeonis Sociorumque ejus Feſtum recolit Orientalis Eccleſia, ſi Coptitae, & Syri excipiantur, qui Lunares dies, quibus Maruthas mortem Sanctorum Martyrum, juxta Perſarum ſupputandi rationem, paſſim conſignat, cum Solaribus confundentes, ejuſdem S. Simeonis memoriam ad Aprilis diem 14. revocarunt. Non enim inficior S. Simeonem una cum Sociis initio Perſequutionis comprehenſum fuiſſe, & ad Saporem deductum. At Martyrium non conſummavit, niſi altero Peſequutionis anno ineunte; ut in Certamine Plurimorum Martyrum, quod Actis, S. Simeonis ex Marutha adnectemus, manifeſtum eſt. Ibi namque Lunae 14. Aprilis, & feriae 6. in Paraſceve, quibus Sanctiſſimus Simeon Bar-ſaboë caeſus eſt, quibuſque immane in Chri-

Cui Chriſtianae aerae anno reſpondet annus Regni Perſarum 117. Saporis vero 31.

S. Simeonis Barſaboë Martyrii tempus.

Chriſtianos editum promulgatum, praeſigitur Saporis annus 32. cui idcirco reſpondere debet alter Perſequutionis annus, quum, ut jam monuimus, annorum 40. quibus Perſequutio perſeveravit, ſeries, ducto ab anno Saporis 31. exordio, cum annis Imperii ejuſdem Saporis conjuncta paſſim in noſtris Actis habeatur. Unde magis confirmatur ſententia noſtra: ſi etenim Simeon interfectus eſt feria ſexta in Paraſceve, Luna 14. Aprilis, anno Saporis 32. Perſequutionis 2. in quem, ut diximus, competit A. C. 341. quo Paſcha celebratum fuit Luna 16. Aprilis, quae eo anno in 19. Solarem ejuſdem menſis diem competit, manifeſtiſſime ſequitur, primum Perſequutionis annum, quo videlicet immodicis vectigalibus Chriſtiani preſſi fuerunt, quoque Simeon a Magis apud Saporem adcuſatus eſt, & inde comprehenſus, non niſi in A. C. 340. cui & Saporis annum 31. reſpondere oſtendimus, incidiſſe.

Epocha Dynaſtiae Saxanitarum.

Hinc plane eruitur Epochae Regni Perſarum mediae aetatis, ſeu Quartae Dynaſtiae, quam Saxanitarum *dicunt, initium, de quo mira eſt Graecorum, Latinorumque ſequioris aevi Scriptorum diſſenſio. Nam ſi ab anno Chriſti 340. ſubtrahas annos Regni Perſarum 117. quos cum praefato Saporis anno 31. Acta noſtra componunt, habebis Annum Chriſti 223. quo quidem exeunte, Artaxerſes Perſa Dynaſtiae Saxaniticae author, ſuperatis Parthis Artabanum Regem interfecit, Perſarumque Regno potitus eſt. Id autem adcidit, juxta Abulpharagium Hiſt. Dynaſt. Part. 7. tertio Imperii Alexandri Severi Mammeae filii anno; qui tamen perperam ab eodem Abulpharagio cum Graecorum anno 542. conjungitur:* وفى السنه الثالثه من ملك هذا الاسكندروس قيصر وهى سنه خمسمايه واثنين واربعين لاسكندر. ابتدات مملكة الفرس الاخيره ببيت ساسان . ودامت اربعمايه وثمانى عشرة سنه . اعنى الى ظهور الاسلام وملكهم .

Anno, *inquit*, hujus Alexandri Caeſaris tertio: qui annus fuit Alexandri Graecorum 542. incoepit Dynaſtia Perſarum ultima, quae Saxanitarum audit, dura-

duravitque quadringentos & octodecim annos, nimirum uſque ad ortum & regnum Moſlemanorum. *Alexander enim Severus Mammeae filius, teſte Pagio, non niſi intra A.C. 223. & 224. ac proinde circa annum Graecorum 534. non vero 542. qui reſpondet A. C. 231. tertium Imperii ſui annum inivit.*

Agathiae Scholaſtici de ea lapſus.

Sed longe pejus Abulpharagio fallitur Agathias Scholaſticus, qui practerquamquod hujus Dynaſtiae epocham protrahit ad annum Alexandri Macedonis 538. quem & perperam cum Alexandri Severi Mammeae filii anno quarto componit, tres Imperii annos Saxanitis ſurripit; quum in eorumdem Regum ſerie, quam lib. 4. cap. 11. edidit, ab Artaxerſe ad annum Saporis Longaevi 31. nonniſi anni 114. incompleti colligantur. Contra vero S. Maruthas horum Actorum Scriptor, omni quidem exceptione major, utpote ſeculo IV. clarus, rerumque Perſicarum, nec non Linguarum Orientalium peritiſſimus, annos numerat 117. Quem etiam calculum in Chronologica corumdem Regum ſerie praefert pervetuſtus Codex MS. Arabicus Vaticanus IV. apud Aſſem. tom. 1. Bibl. Orient. pag. 8. Nec mirum ſane, Agathiam, duobus ferme ſeculis Marutha poſteriorem, hac in re turpiter adeo claudicaſſe; quum enim Perſicarum rerum aeque ac Linguarum Orientalium, quibus, eodem teſte, exarata erant Perſarum Regum monimenta, ignarus omnino eſſet, Sergium quemdam in deſcribenda eorum ſerie interpretem adhibuit, qui Agathiae quam leve quidem commodum praeſtiterit, planiſſime dignoſcitur ex inſigni commento, quod eidem dictavit circa Artaxerſem Saporis Longaevi ſucceſſorem, quem ſcilicet ipſius Saporis germanum fratrem fuiſſe ſcribit. Poſt Saporem, *inquit*, Artaxerrus germanus frater quatuor annis regnavit: *quod & alibi paſſim inculcat.* At quis hinc, *ut Schichardi verbis utar, qui primus cenſoria virgula hunc Agathiae locum notavit*, cum Agathia divortium non ſanxerit? Enimvero non attendo, quam rarum ſit, ut ſeptuaginta major Regno aptum ſuperſtitem relinquat fratrem; ſed hoc ur-

 geo,

geo, naturae viribus non eſſe conceſſum, ut ille, qui ſimul & primogenitus, & poſthumus fuit, ullum habeat fratrem germanum, niſi mater fortaſſe uno partu geminos enixa eſſe probetur: quod hîc nemo tradidit. Nam ſi fratrem habuit Sapor, natu ſe majorem, cur, vacante Regno, coronam impoſuerunt huic embryoni? Non minus incertae nativitatis, quam expectationis tardae ſucceſſor erat. Sin habuit natu minorem, quomodo eum pater poſt fata demum genuit? *Quidquod in ipſo etiam Sapore ex Sergii interpretis oſcitantia peccavit Agathias, quum diceret pag.* 135. *Niſibim Urbem, vigeſimo quarto ejuſdem Saporis anno a Joviniano Imperatore Perſis fuiſse traditam. Atqui Jovinianus poſt Juliani Apoſtatae interitum imperare coepit v. Kal. Julias A. C.* 363. *quo anno Niſibim, & maximam Meſopotamiae partem Sapori ceſſit; ut tradit Idatius, & fatentur omnes. Sapor igitur, qui, juxta Agathiam, in ipſo matris utero regnare coepit, in regno natus eſt, inque eo adolevit, & ſenuit, annum etiam tunc aetatis ageret neceſſe eſt vigeſimum quartum: atque adeo ſequitur, ipſum in lucem prodiiſſe A. C.* 339. *Nam ſi ab anno* 363. *ſubtrahantur anni* 24. *erit omnino reliquus annus Chriſti* 339. *Sed Perſequutio in Chriſtianos ab eodem Sapore mota eſt, teſte Marutha, A. C.* 340. *vel ad ſummum, juxta Hieronymum, Cedrenum, Baronium, Pagium, alioſque, anno* 343. *Eam itaque excitatam fuiſſe oportet, anno aetatis Saporis primo, vel quarto: quod quis ſanae mentis dixerit? Praeſertim quum tot interrogationes, & reſponſiones, quas Saporem habuiſſe ad Simeonem, ſocioſque, in eorum Actis legitur, ad puerum unius, quatuorve annorum referri penitus nequeant. His accedit, quod bellum a Sapore adverſus Romanos indictum, & Niſibis prima obſidio accidit, ex omnium ſententia, ſtatim poſt Conſtantini M. obitum, hoc eſt, Anno Chriſti* 338. *ineunte. Si igitur Sapor, juxta Agathiam, natus eſt Anno C.* 339. *eum decertaſſe contra Romanos uno anno, anteaquam naſceretur, liquido conſequi-*

ſequitur. Demum Agathiam annum Alexandri Macedonis 538. *cum Alexandri Mammeae filii* 4. *ad Saxanitarum epocham de ſuo adjeciſſe, vel ex eo perſpicuum eſt, quod Perſae in ſuis faſtis nunquam Graecorum, aut Romanorum, ſed Dynaſtiarum dumtaxat, & Regum ſibi imperantium annos numerare conſueverunt.*

Ex hactenus dictis, quae & in Admonitionibus noſtris, quas ſingulis SS. Martyrum Actis praefigemus, luculentius confirmabimus, primo quidem corrigendi ſunt Codices Vaticani, Nitrienſis II. & Amidenſis I. in quorum priori, quem ab amanuenſi compluribus Adnotationibus recens adauctum fuiſſe, jam praemonuimus, praeter annos Regni Perſarum 117. *& Saporis* 31. *quibus Perſequutionis, de qua agimus, initium conſignat Maruthas, notatur quoque tempus Imperatoris Romanorum, necnon ejuſdem Peſequutionis occaſio, & ipſa Regni Perſarum Epocha exponitur, in haec verba:* ܒܫܢܬ Emendantur Codices Nitrienſis II & Amidenſis I.

ܫܬܡܐܐ ܘܚܡܫܝܢ ܘܚܡܫ ܕܡܠܟܘܬܗ
ܕܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܕܗܝ ܫܢܬ ܬܠܬܡܐܐ
ܘܬܫܥܝܢ ܘܫܒܥ ܕܡܢ ܒܬܪ ܙܩܝܦܘܬܗ
ܕܡܪܢ . ܕܐܝܬܝܗ ܫܢܬ ܡܠܟܐ ܘܫܒܥܣܪ̈ܐ
ܫܢ̈ܝܢ ܠܡܠܟܘܬܐ ܕܦܪ̈ܣܝܐ ܕܗܘ ܗܘ ܫܢܬ
ܬܠܬܝܢ ܘܚܕܐ ܕܫܒܘܪ ܡܠܟܐ ܒܪܗ
ܕܗܘܪܡܝܙܕ : ܗܢ ܒܫܢܬ ܕܗܘܬ ܪܕܘܦܝܐ
ܘܩܘܣܛܢܛܝܢܘܣ ܡܠܟܐ ܕܪ̈ܗܘܡܝܐ . ܘܐܝܟܢܐ
ܕܗ ܐܬܬܐ ܥܒܘܪ ܕܐܬܓܪܐ ܥܠ ܒܢ̈ܘܗܝ
ܗܠܝܢ ܕܐܠܨܘ ܗܘܘ . ܘܐܬܪܢܝܬ ܒܡܫ̈ܝܚܝܐ
ܟܠ ܐܬܪ̈ܘܬܐ ܕܪ̈ܗܘܡܝܐ ܫܠܡܐ ܗܘܐ . ܗܢ
ܗܘܐ [illegible]
ܐܬܓܠܝ ܒܫܢܐ ܐܬܐ ܠܡܘܒܠ ܠܥ̈ܠܡܝܐ
ܪ̈ܝܫܝܬܐ ܗܘܐ ܕܐܬܪܫܡܬ ܕܪܕܘܦܝܐ .

Hoc eſt: Anno Regni Alexandri 655. qui eſt a Paſ-

 ſione

ſione Domini noſtri 297. Regni vero Perſarum 117. Saporis autem Regis Hormiſdae filii 31. poſteaquam Beatus Conſtantinus Romanorum Imperator deceſſit, quaerens Sapor occaſionem belli adverſus ejuſdem filios, qui adoleſcentiam nondum exceſſerant, adſiduas incurſiones in ditionem Romanorum faciebat. Quamobrem in Dei famulos, qui ſubditas ſibi terras incolebant, graviori in dies odio ferebatur &c. *Eadem quoad annum Graecorum 655. leguntur in altero Codice Amidenſi fol. 437. ubi redditur cauſſa, cur S. Simeonis Bar-ſaboë commemorationem a feria* VI. *Paſſionis Domini in ſextam feriam Hebdomadae ſextae aeſtatis Neſtoriani tranſtulerint, & annus obitus ejuſdem Sanctiſſimi Martyris adſignatur, verbis iſtis* : ܒܗ ܕܝܢ

ܒܥܪܘܒܬܐ ܕܫܬ ܕܩܝܛܐ ܗܘܐ ܕܘܟܪܢܐ
ܠܡܪܝ ܫܡܥܘܢ ܒܪ ܨܒܥܐ ܩܬܘܠܝܩܐ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܬܠܡܝܕܗ ܕܡܪܝ ܦܐܦܐ
ܩܬܘܠܝܩܐ ܘܕܐܒܗܬܐ ܕܐܬܟܢܫܘ ܒܢܝܩܝܐ.
ܘܩܛܠܘ ܒܥܪܘܒܬܐ ܕܚܫܐ ܕܐܬܩܛܠܘ ܒܫܢܬ
ܫܬܡܐܐ ܘܚܡܫܝܢ ܘܚܡܫ ܕܝܘܢܝܐ ܒܫܒܥܐ
ܕܐܝܪ ܒܫܢܬܐ ܕܦܪܣܝܐ . ܒܫܘܒܥܐ ܫܒܥܐ :
ܘܐܫܬܡܠܝܘ ܕܡܒܪܢܘܬܗ ܒܪܡܫܐ ܠܡܥܒܪܢܘܬܐ
ܕܡܫܝܚܐ ܕܐܝܬܝܗ ܒܝܘܡܐ ܠܟܠܗܘܢ
ܡܣܩܬܐ . ܒܪܝܟ ܩܕܝܫܐ ܒܥܪܘܒܬܐ ܕܡܒܪܟܬܐ
ܟܠܝܠ ܕܒܩ ܐܬܦܪܫ ܕܡܕܒܪܢܐ ܕܥܕܬܐ
ܫܒܥܐ ܕܪܒܘܬܐ ܒܫܒܥܐ ܒܝܘܡܐ ܕܠܗ :
ܐܬܡܠܝ ܫܒܥܐ ܒܫܢܬ ܫܬܐ
ܕܒܟܠܗܘܢ ܕܡܬܢܒܝܐ ܠܐܦܘܪܐ ܫܡܫܐ :

Id eſt: Eadem feria VI. Hebdomadae ſextae aeſtatis (*hoc eſt, tertiae decimae poſt Pentecoſten*) fit commemoratio S. Simeonis Bar-ſaboë Catholici Patriarchae, diſcipuli Mar Papae Catholici, & Patrum, qui

qui una cum ipſo coronati ſunt. Hi quidem lauream adepti fuere feria VI. Paſſionis, anno Graecorum 655. in urbe Ledan regionis Huzitarum, ſub Sapore. At commemoratio eorumdem ad ſextam Feriam Confeſſorum, quae Martyrum omnium communis eſt, translata fuit. Porro haec Feria VI. ideo nomini eorum nuncupatur, quia in ea Altare S. Simeonis in Urbe Ledan conſecratum eſt. Sepultus autem fuit S. Simeon Suſan Ilamitarum in civitate, quam Arabes Sus adpellant. *Quî etenim ad epocham Regni Perſarum & Saporis adjecti ab Anonimis horum duorum Codicum Scriptoribus anni, Graecorum nempe 655. quem Orientales nonniſi pro eo, quem Seleucidarum vocant, uſurpare conſueverunt, quique juxta exactiorem Syrorum ſupputationem, vulgarem Chriſti aeram annis trecentis & undecim praecedit, conciliari poſſit cum anno a Paſſione Domini 296. quem Nativitate ejuſdem quatuor & triginta annis poſteriorem eſſe, fatentur omnes: & quî hic annus a Paſſione Domini 296. cum filiorum Conſtantini M. anno a Partu Virginis 337. defuncti, Conſtantis nempe, & Conſtantii Imperio; quove demum pacto uterque annus, Graecorum videlicet 655. & Paſſionis 296. componi queant cum praefatis annis Regni Perſarum 117. & Saporis 31. nec Clariſſimo Orientalis Bibliothecae Authori, qui Perſequutionis hujus initium ab anno Chriſti 330. arceſſit, nec mihi, ab eo tamen diſſentienti, liquet; quum apertiſſimum heic contra rationem temporum errorem, & Epocharum inter ſe pugnantiam nemo non videat. Caſtigandus itaque eſt uterque Codex, utque laudatae Perſarum, & Saporis regni Epochae, in ſinceris Actis a Marutha expreſſae, recte & adamuſſim reſpondeant, annus quidem Alexandri 655. ad 651. annus vero a Paſſione Domini 296. ad 306. ſive ad annum ab ejuſdem Nativitate 340. revocari debent.*

Deinde rejicienda eſt Cl. Orientalis Bibliothecae Authoris nova opinatio, qui Sozomeni ac Theodoreti, Epiſtolam Conſtantini M. ad Saporem Perſarum Regem, quam Refellitur opinio Cl. Orien. Biblioth. Authoris, uti & Sozomeni, ac Theodoreti.

quam ſupra ex Euſebio laudavimus, hac perperam de cauſſa proferentium, authoritate fultus, Perſequutionis hujus initium, uti & S. Simeonis Bar-ſaboë, ac Sociorum mortem nedum cum Petavio, aliiſque, quos tom. 1. pag. 4. citat, ad Conſtantini M. tempora revocat, ſed & annum Chriſti, quo id contigerit, nullum alium deſignari commode poſſe adfirmat, quam trecenteſimum trigeſimum: quia nimirum, inquit, eo anno Feria VI. Paſſionis, qua Simeon Martyrio adfectus eſt, incidit in Lunam XIV. Aprilis, quae idcirco in Chaldaicis ejus Actis cum eadem Feria VI. a S. Marutha conjungitur. Verum praeterquam quod praeſignatus Chriſti Annus 330. nullo prorſus pacto congruere poteſt cum anno Saporis 31. quo ejuſdem Perſequutionis Epocham conſignat Maruthas, cujus authoritatem ac fidem jure meritoque prae ceteris laudat Aſſemanus, nego, & quidem firmiter, Lunam XIV. Aprilis A. C. 330. in Feriam VI. Hebdomadae Majoris concurriſſe; nam, ut liquet ex tabulis Paſchalibus apud omnes Chronologos, annus ille Cyclum Solis 3. Lunae 8. Literam vero Dominicalem D. exhibet, ac propterea Luna XIV. non in Feriam VI. Paſſionis, ut contendit eruditiſſimus Author, ſed pridie, hoc eſt, in Feriam V. in Coena Domini 16. Aprilis inciderit neceſſe eſt. Nec nobis quidquam negocii faceſſit Sozomeni, aliorumve, Perſequutionem hanc ſub Conſtantino M. inchoatam opinantium, authoritas. Etſi enim quae ad ipſam Perſequutionem adtinent, adcuratius, quam Graecorum, Latinorumque Scriptores reliqui, proſequutus fuiße videatur Sozomenus; falſus eſt tamen in multis; ut plane intelliget quiſquis ejus de hac ipſa Perſequutione narrationem cum autographis hiſce, & genuinis Martyrum Actis contulerit: praecipue vero, uti & Ruinartus, ac Bollandiani advertunt, in adſignando tempore, quo eadem Perſequutio in Perſide ſaeviit, quam ſcilicet ad Conſtantini M. tempora incaute revocavit, ſubjungendo ipſius Conſtantini Epiſtolam jam laudatam, quaſi vero eam Imperator ad Saporem conſcripſiſſet, ejus efferati in Chriſtianos

nos animi mitigandi cauſſa. Verum tunc temporis Saporem nondum in Chriſtianos ſaeviiſſe, vel generali ſaltem edicto eos proſcripſiſſe, ex ipſamet Conſtantini Epiſtola patet, qui Regis hujus pietatem & humanitatem pleniſſime laudat, his verbis: Hos itaque, ſcilicet Chriſtianos, quandoquidem talis tantuſque es, tibi commendo. Hos quandoquidem pietate excellis, tibi in manus trado. Hos pro tua humanitate complectere. *Pacem etiam inter utrumque Imperium tunc viguiſſe, ipſo Euſebio teſte, certum eſt ex cap.* 8. *ubi Sapor Conſtantini* notitiam *ambiens, dona ad eum* pacis & amicitiae ſigna *tranſmiſiſſe dicitur. At Simeon Barſaboë ſub ipſum Perſequutionis initium, a Magis atque Judaeis apud Saporem adcuſatur, eodem Sozomeno teſte lib.* 2. *cap.* 8. ut qui amicus eſſet Imperatori Romanorum, eique res Perſarum indicaret.

Sed etiamſi laudato Orientalis Bibliothecae Authori clariſſimo conniveamus, in eaque ſententia ſimus: Conſtantinum nempe ad Saporem dediſſe epiſtolam ea dumtaxat de cauſſa, ut mitiorem humanioremque erga Chriſtianos ille ſe gereret, & a tanta ſanguinis effuſione, quantam ſcribentes referunt, abſtineret, quid dein? Nunquam ſane Author egregius Saporicam 40. *annorum perſequutionem, de qua diſſeritur, ad Conſtantini M. aevum poterat revocare, ejuſque epocham ab anno Chriſti* 330. *conſequenter repetere. Ex ipſius enim alibi adſertis, non ſemel ante hanc noviſſimam, immaniſſimamque perſequutionem Sapor, etſi lenius & brevius, in Chriſtianos ſaevierat, anno praecipue regni & aetatis ſuae* 18. *cui Chriſti annus* 327. *competit: quo quidem tempore Conſtantinus imperabat, poteratque ad Saporem eam Epiſtolam dediſſe; modo haec interpretationem admitteret, quae eidem Authori clariſſimo adridet, Tillemontio praeſertim adfirmante, eamdem Epiſtolam ad Saporem datam A. C.* 333. *ideſt, quinque annis poſt excitatam eam perſequutionem a Sapore anno ſui regni* 18. *de qua re fuſius in Admonitione noſtra ad Acta Sanctorum Jonae, Brichjeſu, &*

So-

Sociorum, qui in eadem paſſi, Martyrii lauream obtinuerunt.

Item D. Hieronymi, Baronii, aliorſique recentiorum.

Tertio demum refellendi ſunt D. Hieronymus, Baronius, Bollandus, Godefridus Harmantus, Antonius Pagius, Henricus Valeſius, aliique Viri cetera doctiſſimi, qui licet perſequutionis hujus initium poſt Conſtantini M. obitum recte conſtituant; adlucinantur tamen in eo ad ſextum, vel ſeptimum Conſtantii Imperatoris annum, hoc eſt, C. 343. *differendo, tum quia annus ille nec cum anno Saporis* 31. *quo inchoatam fuiſſe perſequutionem ex Marutha oſtendimus, concordat; tum quia nec Feria VI. Hebdomadae Majoris, qua coronatus eſt Simeon, eo, aut ſequenti anno cum Luna XIV. Aprilis, a laudato Marutha in ejus Actis expreſſe notata, componitur; ut ex tabulis Paſchalibus conſtat. Neque heic audiendus eſt Pagius, qui in Critica Baronii ad annum* 343. *ex Henſchenio in Vita Sanctorum die* 21. *Apr. opinatur:* Anno quidem Chriſti 343. Perſequutionem in Perſide adverſus Chriſtianos a Sapore Perſarum Rege excitari coeptam, ſed Martyrium Simeonis, & Sociorum niſi Anno Chriſti 349. non contigiſſe. *Nam & Maruthas in noſtris antiquiſſimis Codicibus, & plerique omnes Scriptores teſtantur, eodem, quo Perſequutio moveri coepit, anno S. Simeonem cum Sociis comprehenſum fuiſſe, paucis vero poſt menſibus, incunte ſcilicet* 32. *Saporis anno, Feria ſexta in Paraſceve gladio percuſſum. Tota autem Henſchenii, & Pagii conjectura ex Sozomeno, & Martyrologio Romano petitur. In Martyrologio, inquiunt, S. Simeonis & Sociorum Martyrium die* 21. *Aprilis laudatur; Sozomenus vero eorum mortem ad Feriam ſextam Hebdomadae in Paraſceve refert. Atqui, ſubjungunt, Feria ſexta Hebdomadae Majoris non niſi anno Chriſti* 349. *in diem* 21. *Aprilis competit. Nam eo anno Paſcha celebratum eſt die* 23. *Aprilis. Paſſus eſt igitur Simeon cum Sociis anno* 349. *die* 21. *Aprilis, Feria VI. Hebdomadae Sanctae. Sed a Clariſſimis Viris edoceri vellem, unde habeant Feriam VI. qua Simeon Mar-*

Henſchenii & Pagii ſubleſtae conjecturae.

Martyrium conſummavit, in 21. Aprilis diem incidiſſe. An quia in Martyrologio Romano S. Simeonis memoria eo die colitur? At ex die cultus Sanctorum (*ut ipſius Pagii verbis utar, ad annum 525. num. 11.*) annus eorum emortualis deduci non poteſt, niſi ille aliunde conſtet. *Quod & alibi idem Pagius inculcat, &* BENEDICTUS XIV. *Pont. Max. qui ut omnium maxima & Caelo proxima dignitate, ita ſapientia & ſcientia rerum ſumma ſupra ceteros eminet, in Diſſertatione de Sanctorum Feſtis per annum imminuendis, auro contra aeſtimanda, luculentiſſime adſtruit. Debuiſſent Henſchenius, & Pagius ex Sozomeno, aliiſve authoribus oſtendere, Simeonem, ſocioſque die 21. Aprilis interemtos fuiſſe: inde enim haud perperam collegiſſent, eorum mortem in annum Chriſti 349. incidiſſe. Verum non modo apud probatos Scriptores nullum de die 21. Aprilis verbum occurrit; imo vero alios dies notatos legimus, & apud Syros quidem, & Coptitas diem 14. Aprilis, apud Armenos 12. in Menologio vero Graecorum diem 17. ejuſdem menſis; ut ex Admonitione noſtra, quam mox Actis S. Simeonis praefigemus, luce clarius exſtabit.*

Sed de his hactenus. Satis enim ſuperque ad rem hujus Operis univerſam enucleandam, explicandamque feciſſe nos, arbitramur, multis, iiſque implicatiſſimis, ſed opportunis ad rem quaeſtionibus diſcuſſis, germanitatem Codicum, e quibus haec Acta eruimus, demonſtrando, non levibus, vel ex trivio emendicatis conjecturis, ſed invictiſſimis, & ad Criticae leges exactis rationum momentis, quorum pondus Eruditorum judicio aeſtimandum, aequo animo lubenterque relinquimus. Scimus enim non deeſſe homines emunctae naris, ut videri volunt, quorum ea eſt praejudicata rerum opinio, ut quidquid Veterum monimentorum ex longinquis, maxime vero tranſmarinis Aſiae regionibus in Europam advehitur, doli mali fraudiſque ſuſpicione non careat. Quaſi vero Eccleſiaſticae eruditionis theſaurus totus quotuſquiſque eſt, quo tot Scriptorum volumina locupletantur, non inde potiſſimum

Authoris in rerum Orientaliū Ariſtarchos animadverſio.

mum adlatus ad noſtras manus pervenerit, unde haec eadem Actorum Collectio *depromta in lucem hodie, Deo in primis bonorum omnium largitore, &* JOHANNE *V.* L*uſitanorum* Rege *Magno auſpicante, proponitur. Sed haec minimi facimus. Ad doctos vereque ſapientes homines provocamus, quibus ut bene ſit, & incolumes diu & feliciter bono ſtudiorum publico vivant, in noſtris erit votis perennibus praecipue maximum.*



IN-

I N D E X
S I V E
C O N S P E C T U S
R E R U M O M N I U M
Quae in I. & II. Parte exhibentur.

I. Dedicatio Operis. pag. III.

II. Cenſorum Judicia, & Praeſidum Adprobationes. XXVIII.

III. Praefatio. XXIX.

IV. ACTA MARTYURM ORIENTALIUM, qui in Perſide paſſi ſunt, PARS I. Videlicet;

I.

Admonitio in Martyrium SS. Simeonis Bar-ſaboë Epiſcopi, & Sociorum. 1.

Martyrium SS. Simieonis Bar-ſaboë Epiſcopi Seleuciae & Cteſiphontis, Sociorumque ejus Abdhaiclae, & Hananiae Preſbyterorum, aliorumque Centum diverſi Ordinis Virorum: necnon Gubſciatazadis Eunuchi, Regis Nutricii, Phuſikii Karugabari, ejuſque filiae Virginis Deo ſacrae. 10. Anno Chriſti 340. ſub Sapore II Rege Perſarum.

Ad Martyrium SS. Simeonis Bar-ſaboë, & Sociorum Adnotationes. 36.

I I.

Admonitio in Certamen Plurimorum Martyrum, & Azadis Eunuchi. 42.

Certamen Plurimorum Martyrum, & Azadis Regis Eunuchi. 45. A. C. 341.

Digitized by Google

Ad Certamen Plurimorum Martyrum, & Azadis Eunuchi Adnotationes. 50.

III.

Admonitio in Martyrium Sanctarum Tharbae Virginis, & Sociarum. 51.

A. C. 341. *Martyrium Sanctarum Tharbae Virginis, ejuſque Sororis Deo ſacrae, & Ancillae item Virginis.* 54.

Ad Martyrium Sanctarum Tharbae Virginis, & Sociarum Adnotationes. 59.

IV.

Admonitio in Martyrium Sanctorum Milis Epiſcopi, & Sociorum. 60.

A. C. 341. *Martyrium SS. Milis Epiſcopi Suſae, Abroſimi Praesbyteri, & Sinae Diaconi.* 66.

Ad Martyrium SS. Milis, & Sociorum Adnotationes. 80.

V.

Admonitio in Martyrium Sanctorum Sciahduſtis Epiſcopi, & Sociorum. 83.

A. C. 341. *Martyrium SS. Sciahduſtis Epiſcopi Seleuciae & Cteſiphontis, & CXXVIII. Sociorum.* 88.

Ad Martyrium Sanctorum Sciahduſtis, & Sociorum Adnotationes. 91.

VI.

Admonitio in Martyrium Sanctorum Barſabiae Coenobiarchae, & Sociorum. 92.

A. C. 341. *Martyrium SS. Barſabiae Coenobiarchae, & Decem ejus Sociorum; necnon cujuſdam Magi.* 93.

Ad Martyrium Sanctorum Barſabiae Coenobiarchae, & Sociorum Adnotationes. 95.

VII.

VII.

Admonitio in Martyrium Sanctorum Narſetis Epiſcopi, & Sociorum. 96.

Martyrium SS. Narſetis Epiſcopi, & Joſephi ejuſdem Diſcipuli, ex urbe Sciaharcadata Provinciae Beth-Garmeae; necnon aliorum XX. Martyrum. 97. A. C. 343.

Ad Martyrium Sanctorum Narſetis Epiſcopi, & Sociorum Adnotationes. 101.

VIII.

Admonitio in Martyrium Sanctorum Danielis, & Vardae Virginis. 103.

Martyrium SS. Danielis Presbyteri, & Vardae Virginis Deo ſacrae. 103. A. C. 344.

Ad Martyrium SS. Danielis, & Vardae Adnotationes. 104.

IX.

Admonitio in Acta Sanctorum CXX. Martyrum. 104.

Acta SS. CXX. Martyrum; inter quos novem Virgines Deo ſacrae: reliqui Sacerdotes, Diaconi, & diverſorum Ordinum Clerici. 105. A. C. 344.

Ad Acta Sanctorum CXX. Martyrum Adnotationes. 109.

X.

Admonitio in Martyrium SS. Barbaſcemini Epiſcopi, & Sociorum. 110.

Martyrium SS. Barbaſcemini Epiſcopi Seleuciae & Cteſiphontis, & XVI. Sociorum. 111. A. C. 345.

Ad Martyrium SS. Barbaſcemini Epiſcopi, & Sociorum Adnotationes. 117.

XI.

Admonitio in Paſſionem Martyrum, qui variis in locis interfecti ſunt. 117.

A. C. 346. *Paſſio SS. Martyrum, qui variis in locis a Praefectis interemti ſunt, praeter eos, qui in Regis foro occubuere.* 118.

XII.

Admonitio in Martyrium Sanctorum Jacobi Presbyteri, & Mariae Virginis. 121.

A. C. 346. *Martyrium SS. Jacobi Presbyteri, & Mariae ejuſdem ſororis, ſacrae Deo Virginis.* 122.

Ad Martyrium SS. Jacobi, & Mariae Adnotationes. 122.

XIII.

Admonitio in Martyrium SS. Theclae, & Sociarum Virg. 123

A. C. 346. *Martyrium SS. Theclae, Mariae, Marthae, Mariae, & Amae Virginum Deo ſacrarum.* 123.

XIV.

Admonitio in Martyrium S. Barhadbeſciabae Diaconi. 128.

A. C. 354. *Martyrium Sancti Barhadbeſciabae Diaconi.* 128.

Ad Martyrium Sancti Barhadbeſciabae Diaconi Adnotationes. 131.

XV.

Admonitio in Acta Sanctorum Martyrum Captivorum. 131.

A. C. 362. *Acta Sanctorum Martyrum Captivorum.* 134.

Ad Acta SS. Martyrum Captivorum Adnotationes. 140.

XVI.

Admonitio in Acta Sanctorum XL. Martyrum. 141.

A. C. 375. *Acta SS. Quadraginta Martyrum, Abdae, & Ebedjeſu Epi-*

Epiſcoporum; Abdallahae, Simeonis, Abrahami, Abae, Ajabelis, Joſephi, Hani, Ebedjeſu, Abdallahae, Johannis, Ebedjeſu, Maris, Barhadabeſciabae, Rozichaei, Abdallahae, & Ebedjeſu, ſummatim ſexdecim, omnium Presbyterorum; Eliabi, Ebedjeſu, Hani, Marjabi, Maris, Abdiae, Barhadbeſciabae, Simeonis. & Maris, ſummatim novem, omnium Diaconorum; Papae, Evoleſi, Ebedjeſu, Phachidi, Samuelis, & Ebedjeſu, ſummatim ſex, omnium Monachorum; Mariae, Tathae, Emae, Adranes, Mamae, Mariae, & Marachae, ſummatim ſeptem, omnium Virginum Deo ſacrarum. 144.

In Acta Sanctorum XL. Martyrum Adnotationes. 163.

XVII.

Admonitio in Martyrium S. Bademi. 164.

Martyrium Sancti Bademi Coenobiarchae. 165. A. C. 375.

Ad Martyrium S. Bademi Adnotationes. 168.

XVIII.

Admonitio in Martyrium SS. Acepſimae Epiſcopi, & Sociorum. 168.

Acta SS. Martyrum Acepſimae Epiſcopi, Joſephi Presbyteri, & Aithilahae Diaconi. 171. A. C. 376.

In Acta Sanctorum Martyrum Acepſimae & Sociorum Adnotationes. 208.

V. APPENDIX ad Perſicae XL. annorum Perſequutionis Hiſtoriam, in qua nonnulla aliorum Martyrum Orientalium, qui anno Saporis II. Perſarum Regis decimo octavo, & trigeſimo, nec non Vararanis V. Iſdegerdis Filii ſecundo, in Perſide paſſi ſunt, Acta ex Codice Chaldaico Nitrienſi Vaticano II. nunc primum in lucem proferuntur; Videlicet,

I.

Admonitio in Acta SS. Martyrum Jonae & Sociorum. 211.

Acta SS. Martyrum Jonae, Brichjeſu, Zebinae, Lazari, Mar- A. C. 327.

Maruthae, Narſetis, Eliae, Maharis, Habibi, Sabae, & Scembaitae. 215.

Ad Acta SS. Martyrum Jonae, & Sociorum Adnotationes. 224.

II.

Admonitio in Acta Sanctorum Martyrum Saporis Epiſcopi, & Sociorum. 225.

A. C. 339. *Acta SS. Martyrum Saporis Epiſcopi Beth-Nictoris, & Iſaacii Epiſcopi Carchae Beth-Seleuciae; necnon Mahanis, Abrahami & Simeonis.* 226.

Ad Acta Sanctorum Martyrum Saporis Epiſcopi, & Sociorum Adnotationes. 230.

III.

Admonitio in Martyrium S. Maharſaporis. 230.

A. C. 421. ſub Vararane V. Rege Perſarū. *Martyrium beati atque inclyti Maharſaporis, qui in tenebricoſo lacu coronatus eſt.* 234.

IV.

Admonitio in Martyrium S. Jacobi Interciſi. 237.

A. C. 421. *Martyrium Beati Jacobi Interciſi, ex Regia Urbe Beth-Lapeta.* 242.

Ad Martyrium S. Jacobi Interciſi Adnotationes. 257.

VI. Index in Acta Martyrum Orientalium. 259.

Acta Martyrum Occidentalium, qui ſub variis Romanorum Imperatoribus paſſi ſunt, Pars II.

VII. Dedicatio 3.

VIII. Praeſidum Adprobationes. 4.

IX. Praefatio ad Lectorem. 5.

X. Caroli Majelli Archiepiſcopi Emiſſeni Vitae Compendium. 7.

XI. Diſſertatio de Euſebiana Actorum veterum Martyrum Collectione. 33.

Se-

Series Actorum, quae in hac Parte exhibentur.

I.

Admonitio in Martyrium SS. Luciani, & Marciani. 47.

Martyrium SS. Luciani, & Marciani; die XXVI. Novembris. 49. A. C. circiter 250. ſub Decio Imp.

Ad Martyrium SS. Luciani, & Marciani Adnotationes. 54.

II.

Admonitio in Martyrium SS. Victorini, & Sociorum. 55.

Martyrium SS. Victorini, Victoris, Nicephori, Claudiani, Diodori, Serapionis, & Papii; XXVIII. Februarii. 60. A. C. circ. 284 ſub Numeriano.

Ad Martyrium SS. Victorini, & Sociorum Adnotationes. 64.

III.

Admonitio in Martyrium SS. Stratonicae, & Seleuci. 65.

Martyrium SS. Stratonicae, & Seleuci; Cyzici. 68. A C. 297 ſub Maximiano.

Ad Martyrium SS, Stratonicae, & Seleuci Adnotationes. 122.

IV.

Admonitio in Acta Sanctorum Septem Martyrum Samoſatenorum. 123.

Acta ſeptem Martyrum Athletarum Chriſti, Hipparchi, Philothei, Jacobi, Paragri, Habibi, Romani, & Lolliani, qui ſub Maximiano paſſi ſunt, Samoſatae. 124. A. C. 297.

Ad Acta Sanctorum Septem Martyrum Samoſatenorum Adnotationes. 147.

V.

Admonitio in Martyrium S. Agnetis. 148.

Martyrium Sanctae Agnetis Virginis. 159. A. C. circ. 304. ſub Diocletiano.

Ad Martyrium S. Agnetis Adnotationes. 165.

VI.

VI.

Admonitio in Martyrium S. Procopii. 166.

A. C. 303. *Martyrium S. Procopii; anno primo Perſequutionis, quae diebus noſtris excitata eſt.* 169.

Ad Martyrium S. Procopii Adnotationes. 171.

VII.

Admonitio in Martyrium SS. Alphaei, Zacchaei, & Romani. 172.

A. C. 303. *Martyrium SS. Alphaei, Zacchaei, & Romani; anno primo Perſequutionis, quae diebus noſtris excitata eſt, XVII. Novembris.* 177.

Ad Martyrium Sanctorum Alphaei, Zacchaei, & Romani Adnotationes. 181.

VIII.

Admonitio in Martyrium S. Timothei. 182.

A. C. 304. *Martyrium S. Timothei; anno ſecundo Perſequutionis, quae diebus noſtris excitata eſt, XXI. Maii, Gazae.* 184.

Ad Martyrium S. Timothei Adnotationes. 186.

IX.

Admonitio in Martyrium S. Apiani. 186.

A. C. 306. ſub Maximiano. *Martyrium Sancti Apiani; die 2. Aprilis, Caeſareae.* 189.

X.

A. C. 306. *Martyrium S. Hedeſii, fratris B. Apiani.* 195.

Ad Martyrium S. Hedeſii Adnotationes. 197.

XI.

Admonitio in Martyrium S. Agapii. 198.

Martyrium Sancti Agapii; anno quarto Perſequuutionis noſtrae, die XX. Novembris. 198. A. C. 306.

· XII.

Admonitio in Martyrium S. Theodoſiae Virginis. 201.

Martyrium S. Theodoſiae, ſacrae Deo Virginis. 204. A. C. 307.

XIII.

Admonitio in Martyrium S. Petri Abſelami. 206.

Martyrium Sancti Petri, qui & Abſelamus; anno ſeptimo Perſequutionis noſtrae, menſe Januario, Caeſareae. 208. A. C. 309.

XIV.

Admonitio in Martyrium S. Theodotae. 210.

Martyrium Sanctae Theodotae Meretricis. 221. A. C. 318. ſub Licinio.

In Martyrium S. Theodotae Adnotationes. 224.

XIII. ADPENDIX ad Acta Martyrum Occidentalium, in qua haec exhibentur.

I.

Admonitio in Acta S. Simeonis Stylitae. 227.

II.

S. Jacobi Sarugenſis, Batnarum in Meſopotamia Epiſcopi, Eccleſiae Syriacae Doctoris, de Sancto Simeone Stylita Homilia. 230.

III.

Diſſertatio de Stylitis in Tabul. II. Menologii Baſiliani. 246.

IV.

Digitized by Google

ܡܦܩܢ̈ܘܬܐ ܕܣܗ̈ܕܐ ܡܕܢܚ̈ܝܐ ܕܒܡܕܢܚܐ
ܕܒܐܪܥܐ ܕܦܪܣ ܣܗܕܘ

A C T A
MARTYRUM ORIENTALIUM
QUI IN PERSIDE PASSI SUNT.
PARS I.

ADMONITIO
IN MARTYRIUM
SS. SIMEONIS BAR-SABOË
Seleuciae & Cteſiphontis Epiſcopi, & Sociorum.

Unde Graeci, Latiniq; Scriptores SS. Simeonis Sociorumque eius notitiam hauſerint?

SIMEONIS BAR-SABOË, ejuſque Sociorum Martyrii biſtoriam plurimi ex Graecis, Latiniſque ſcripſere. Hanc enimvero ex Chaldaicis, ſeu Syriacis eorundem Martyrum Actis depromtam Sozomenus, ac Hieronymus primi omnium Graeco, Latinoque ſermone exaratam dederunt; e quibus, praecipuis veluti ex fontibus, ceteri deinceps Graecorum, Latinorumque, Theophanes, nimirum, in Chronographia ad annum Mundi 5817. Cedrenus ad annum Conſtantii Auguſti ſextum, Nicephorus lib. VIII. cap 56. Caſſiodorus lib. III. cap. 2. pluteſque alii, quos heic recenſere non vacat, totam ſcribendi materiem hauſerunt. Sed, pace tantorum virorum dixerim, mirum ſane, quantum omnes ob Chaldaicae, ſeu Syriacae linguae, in qua jam indè ab initio laudatorum Martyrum Acta fuerunt conſcripta, imperitiam in nominibus praeſertim, ac temporibus deſcribendis aberraverint, & quam multa, eaque ſcitu quidem & notatu digniſſima, quae in ipſis Actis Chaldaicis interponuntur, praetermiſerint. Id vero plane intelliget quicumque ipſorummet ſcripta cum genuinis hiſce, ſinceriſque Actis, a nobis latine redditis, ſedulo comparabit.

Ob Chaldaicae linguae imperitiā Sozomenus, ac Hieronymus in multis aberrarūt, plura quoque notatu digna praetermiſerunt.

Quoniam vero praeter ea, quae in ipſis Chaldaicis Actis leguntur, quaeque admonitionibus noſtris, atque adnotationibus paſſim illuſtranda ſuſcepimus, plura etiam alia ſcitu aeque ac fide digna de S. Simeonis Vita, & rebus geſtis occurrunt apud Scriptores Orientales, quibus haec non minus Acta, quam alia etiam monimenta, ex coaevis authoribus Syris, Perſis, atque Edeſſenis, iiſque, teſte Sozomeno, in perſequenda Martyrum hiſtoria adcuratiſſimis, collecta, in promtu certiſſime exſtiterunt; viſum nobis eſt, eadem, ex MSS. Codicibus Vaticanis potiſſimum decerpta, & exactiori, quam fieri poſſet, ordine digeſta, huic SS. Simeonis, Sociorumque ejus Martyrio praefigere. Quam quidem methodum in reliquis etiam aliorum Martyrum Actis, ſi quid apud laudatos Scriptores animadverſione dignum exſtiterit, quod in eiſdem Actis deſideraretur, majori Reipublicae Literariae bono, ac totius hujuſce Operis perſpicuitati, atque ornamento ſervandam, Deo favente, curabimus.

Multa apud Scriptores Orientales de S. Simeonis Vita & rebus geſtis occurrūt, quae in Chaldaicis Actis deſiderantur.

D. Thomas Apoſtolus, & Adaeus Apoſtolorum Diſcipulus Seleucienſis Cathedrae Fundatores.

Simeon Bar-ſaboe, Martyrum Orientalium, qui in Perſide paſſi ſunt, anteſignanus & princeps, inter Seleucienſes Archiepiſcopos, ſeu Catholicos, ut vocant, a Gregorio Bar-ebraeo, qui & Abulpharagius, in Chronico Syriaco, Cod. Vatic. XXIV. decimus ſtatuitur poſt D. Thomam Apoſtolum, quem idem Bar-ebraeus Seleucienſis Cathedrae fundatorem, primumque Orientalium, quo nomine Chaldaei, Aſſyrii, Perſaeque comprehenduntur, Epiſcopum adpellat. Amrus tamen, Matthaei filius, Scriptor Neſtorianus, ſeculo Chriſti quartodecimo clarus, in Epitome hiſtoriae Catholicorum, ſuae, nimirum, gentis Patriarcharum, Cod. Arab. Vatic. XLI. ejuſdem Sedis inſtitutionem ab Adaeo, Apoſtolorum Diſcipulo, arceſſit, tum inter ejus ſucceſſores, Seleuciae & Cteſiphontis Epiſcopos, Simeonem Bar-ſaboë recenſet nonum.

S. Simeon Bar-ſaboë Suſae natus.

Ex Papae diſcipulo & Archidiacono Seleuciae & Cteſiphontis Epiſcopus,

Juxta horum traditionem Simeon Suſae piis, honeſtiſque parentibus ortus eſt, quorum ab arte, ut fert inveterata Orientalium conſuetudo, Bar-ſaboe cognomentum derivavit; quod Chaldaicum nomen, ex duabus vocibus compoſitum, *Fullonis filium* recte interpreteris. Is vero anteaquam Seleuciae & Cteſiphontis Epiſcopatui praeficeretur, diſcipulus ſimul, & Archidiaconus fuit Papae Arachenſis, Aghaei filii, qui anno Graecorum 577. Chriſti 266. abſque Patrum ſuffragiis Seleuciae & Cteſiphontis Cathedram occupaverat, Davide, Maiſanae Epiſcopo, imponente ei manum. Papae autem quum inter cetera plane improbanda, de quibus infra in Actis S. Milis, Suſae Epiſcopi, uni, eidemque Eccleſiae binos Epiſcopos deſtinare mos eſſet; alii idcirco aliarum Eccleſiarum Antiſtites, quos inter laudatus Miles, anno Chriſti trecenteſimo decimo quarto, Seleuciae Synodum in ipſum Papam coegerunt; in qua unanimi quidem Patrum ſuffragio Simeon in ejus locum ſuffectus eſt, qui vicaria primum, mox, Papa, trecenteſimo viceſimo ſexto Chriſti anno, e vivis erepto, Seleucienſem Pontificatum ſumma cum poteſtate adminiſtravit, uſque ad annum Regni Perſarum centeſimum decimum octavum, Saporis vero Regis trigeſimum ſecundum (Chriſti 341. quo) nimirum, ejuſdem Saporis juſſu, poſt longum certamen Martyrii lauream adeptus eſt,

Quot annos Seleuciae & Cteſiphontis Epiſcopatum Simeon geſſerit?

Hinc vero liquet, quot annos in Cathedra Seleucienſi ſederit Simeon. Duodeviginti tamen ei tribuit Mares, Salomonis filius, Scriptor Neſtorianus, ſeculo Chriſti duodecimo ineunte clarus; totidem & Amrus. Verum hic Simeonem, Papae, anno Saporis Perſarum Regis ſexto, eo in diſſidio, quod Papam inter, & Epiſcopos Orientales exarſit, ſucceſſorem fuiſſe renunciatum; anno autem Graecorum ſexcenteſimo quinquageſimo quinto (Chriſti 344.) Martyrii palmam obtinuiſſe, adfirmat. Demum Barebraeus Simeoni non plures, quam decem & tres Epiſcopatus annos adſcribit. At quum apud laudatos Scriptores in confeſſo ſit, Simeonem anno Chriſti 314. in Papae locum ordinatum eſſe, ex hiſce autem Actis conſtet, eundem Simeonem, anno Saporis trigeſimo ſecundo, qui, ut in Praefatione Generali monuimus, in alium, quam Chriſti annum 341. incidere nequit, mortem oppetiiſſe: exploratum quoque eſt, eum ſediſſe annos ſeptem & viginti incompletos, ducta, nimirum, ſupputatione ab anno, quo Papae Vicarius fuit inauguratus. Nec huic calculo contrait Amrus; ſiquidem ſextus Saporis annus in trecenteſimum decimum quintum Chriſti annum competit. Ab hac autem Epocha ad annum 341. anni ſex & viginti numerantur; ac proinde annorum viginti ſeptem incompletorum facile conſtruitur initium. Quum vero Bar-ebraeus ſcribit, Simeonem anno Epiſcopatus ſui 13. Martyrio adfectum eſſe, palam fit, annum 13. pro 27, calligraphi incuria obrepſiſſe; ni maluerit quis adſerere, Bar-ebraeum ad annum 326. quo, e vivis Papa ſublato, Simeon non jam Vicaria, ſed ſumma poteſtate Seleucienſi praefuit Eccleſiae, reſpexiſſe. Haud facile igitur ſecum convenit clariſſimi Orientalis Bibliothecae Authoris opinatio, duodeviginti Sedis annos Simeoni adſignantis, ejuſdem tamen inaugurationem ad annum 314. Martyrium vero ad annum 330. praefigentis.

Simeon tempore Concilii Nicaeni claruit.

Idem Bar-ebraeus, aliique rerum Orientalium Scriptores tradunt, Simeonem noſtrum una cum Sciahduſte, anno Chriſti trecenteſimo vigeſimo quinto ad Nicaenam Synodum Papae nomine perrexiſſe. Ebedieſus vero, Sobae Metropolita, in Epitome Canonum Synodicorum, Cod. Syriac. Vatic. XLVI. fol. 59., ex Sancti Maruthae, Tagritenſis Epiſcopi, Actorum, quae prae manibus habemus, Scriptoris, teſtimonio refert, Simeonem Bar-ſaboë tempore Concilii Nicaeni Epiſcopatum Seleuciae & Cteſiphontis geſſiſ-

Digitized by Google

geſſiſſe, eique per Sciahduſtem Presbyterum ſuum, ſibique in Pontificatu ſucceſſorem, interfuiſſe. Ejus haec ſunt verba. ܘܡܛܠ ܕܟܠܗܘܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܡܥܪܒܝܐ
ܘܕܠܐ ܡܥܪܒܝܐ ܐܬܟܢܫܘ : ܐܦ ܡܪܝ ܫܡܥܘܢ ܒܪܨܒܥܐ ܩܬܘܠܝܩܐ ܕܣܠܝܩ
ܘܩܛܝܣܦܘܢ ܐܬܩܪܝ . ܘܡܛܠ ܫܓܘܫܝܐ ܕܐܬܩܘܡܘ ܒܬܚܘܡܐ ܠܘܬ ܡܢ ܗܘ
ܕܢܐܬܐ : ܡܫܕܪ ܐܓܪܬܐ ܒܐܝܕܐ ܕܫܗܕܘܣܬ ܩܫܝܫܐ ܗܘܝܘ. ܕܐܠܘܠܐ ܣܢܩܝ ܚܢܦܐ
ܠܕܡܢ . ܗܢܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܠܟܠܐ ܠܡܫܬܘܬܦܘ ܡܢ ܗܘ ܒܘܪܟܐ ܕܟܢܫܐ
ܘܡܢ ܡܠܟܘܬܟܘܢ ܢܬܗܢܐ : ܠܐ ܒܠܐ ܪܓܬ ܢܦܫܝ ܟܠܗ ܐܢܐ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܠܝܢ
ܕܐܬܕܪܫܘ ܥܠ ܐܦܝ ܗܝܡܢܘܬܐ ܫܪܝܪܬܐ . ܐܦ ܐܢܐ ܡܩܒܠ ܐܢܐ ܠܗܘܢ ܣܝܡܬܗ :

Quoniam vero Epiſcopi omnes, qui ſubditis Romanorum Imperio locis praeerant, quique extra ipſius confinia poſiti, ad Synodum arceſſiti ſunt; Sanctus quoque Simeon Bar-ſaboë, Seleuciae & Cteſiphontis Catholicus, evocatus fuit: qui quum ob exortos in confiniis tumultus ad Synodum proficiſci nequaquam poſſet, hujuſmodi per Sciahduſtem, Presbyterum ſuum, Epiſtolam dedit. Niſi Ethnici noſtro inhiarent ſanguini, iſtuc ego non invitus accederem, ut, ſcilicet, ſacri iſtius Pontificum coetus benedictionem impetrarem, inclytoque veſtro perfruerer Imperio. Nihiloſecius tamen, quidquid unanimi Epiſcoporum, qui conſtanti animo perſequutionem pro vera Fide pertulere, ſuffragio decretum fuerit, id ego lubentiſſimus amplector. Haec ille.

In eodem Concilio Nicaeno, autumant Orientales, ſancitum fuiſſe, ut Seleuciae & Cteſiphontis Sedes poſt Alexandriae, Antiochiae, Conſtantinopoleos, & Hieroſolymae Patriarchatus prima haberetur. Sic legitur in Canone Arabico XXXVIII. ſeu juxta Exemplar Franciſci Turriani XXXIII. Cod. Arab. Vatic. I. ويكرم ايضا صاحب
كرسي سليقية. اعني سلق التي ببلاد المشرق وهي المداين. ويكون هذا ايضا يسمى باسم
القاتوليقوس. ويؤذن له الان ان يمطرن المطارنه كما تصنع البطاركه. لئلا يتادى
المشرقيون في مضيهم الى بطريرك انطاكية في حوائجهم او في انصرافهم من عنده. ويجدوا
الوثنيين فيهم السبيل لاضرارهم. لان بطريرك انطاكية قد رضي بذلك بعد ان طلبت
اليه الجماعه. لئلا يغتم بما صرف عنه من سلطان المشرق. لانه انما التمس
بهذا الامر سوا احتمال الراحه على النصارى ببلاد فارس:

CanonSynodi Nicaenae de Primatu Sedis Seleucienſis.

Honoretur ſimiliter Dominus Sedis Seleuciae, quae eſt in regione Orientis, & Modaina dicitur; atque etiam Catholici nomine adpellari debeat; ac deinceps, ſicuti Patriarchae faciunt, Metropolitas ordinare poſſit: ut, ſcilicet, Orientales populi, Patriarcham Antiochenum pro neceſſitatibus ſuis conſulentes, aut ab eodem in patriam remeantes, nullum inde detrimentum patiantur; neve Ethnici occaſionem eis nocendi nanciſcantur. Patriarcha autem Antiochiae hac in re conſenſit, poſteaquam a Synodo rogatus fuit, ne de ſublata ſibi Orientis poteſtate contriſtaretur. Nihil enim aliud hocce in negotio quaeritur, quam ut Chriſtiani, Perſidis incolae, pace & quiete fruantur. Quidquid ſit de hujuſce Canonis authoritate, quem Abraham Ecchellenſis, in Eutychio Alexandrino vindicato, genuinum Nicaenae Synodi foetum eſſe contendit, alii vero, ut ſpurium, rejiciunt: certum tamen eſt vetuſtiſſimae Orientalis diſciplinae argumentum; liquidumque ex eo fit, Seleucienſem Sedem ab antiquiſſimis temporibus omnium Perſidis Eccleſiarum primatum obtinuiſſe.

Quis vero Primatialem honorem a Nicaena Synodo primus obtinuerit, in dubium a Chaldaeis vocatur. Ebedieſus, Sobenſis Antiſtes, quum dicat, Simeonem Bar-ſaboë ea tempeſtate Seleuciae & Cteſiphontis fuiſſe Epiſcopum, qua Synodus Nicaena habita eſt, ſatis aperte ſignificat, id ſub eodem adcidiſſe. At in Syriacis ad Conſecrationem Patriarchae Chaldaeorum notis, Cod. Amidenſi Syriac. Vatic. V. fol. 94. id factum ad tem-

Quis Seleucienſium Epiſcoporum primus Catholici dignitatē obtinuerit?

pora Sciacluphae, vel Papae, Simeonis praedeceſſorum, refertur. Sic enim legitur.

ܘܩܕܡܝܐ ܕܒܗܕܐ ܡܘܗܒܬܐ ܕܦܛܪܝܪܟܘܬܐ ܐܘ ܕܪܝܫܢܘܬܐ ܐܝܬ ܕܐܡܪܝܢ ܕܫܚܠܘܦܐ ܐܝܬܘܗܝ:

ܘܐܝܬ ܕܐܡܪܝܢ ܕܦܦܐ . *Primum autem, qui Patriarchalis, ſive Primatialis dignitatis munere fuerit inſignitus, nonnulli Sciaclupham, alii vero Papam fuiſſe autumant*. In hoc tamen omnes conſentiunt, quod a Nicaenis Patribus ea dignitss promanaverit. Nam in ipſa Patriarchae Conſecratione, quum Electus, manus impoſitionem accepturus, praeſentatur, conclamant Praeſentantes.

ܐܝܟ ܡܫܠܡܢܘܬܐ ܫܠܝܚܝܬܐ ܘܡܦܣܢܘܬܐ .
ܕܐܒܗ̈ܬܐ ܩܕܝ̈ܫܐ ܕܡܥܪ̈ܒܝܐ: ܒܥܕܬܐ ܗܕܐ ܕܟܘܟܐ: ܗܝ ܕܡܩܪ̈ܒܝܢܢ ܠܪܒܘܬܟ ܐܠܗܢ
ܠܗܢܐ ܥܒܕܟ ܕܦܪܫܬ ܘܓܒܝܬ ܕܢܗܘܐ ܩܬܘܠܝܩܐ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܒܥܕܬܟ ܩܕܝܫܬܐ .

Ex traditione Apoſtolica, & Sanctorum Patrum noſtrorum Occidentalium permiſſu, in hac Cachenſi Eccleſia (ſi Seleuciam & Cteſiphontem, Patriarchae ſui Sedem, Chaldaei adpellant) *en praeſentamus majeſtati tuae, Deus noſter, hunc famulum tuum, quem ſegregaſti, & elegiſti, ut ſit Catholicus, Patriarcha in Eccleſia tua Sancta*. Ubi, ut vides, duplex adſignatur cauſſa, quare Seleuciae & Cteſiphontis Sedi Primatialis dignitas tribuatur, Apoſtolica, ſcilicet, traditio, quam ab Adaeo, & Mari, ceteriſque Meſopotamiae, Aſſyriae, Perſiaeque Apoſtolis derivatam volunt; & facultas Patrum Occidentalium, ſive Nicaenorum, de qua ſuperius diximus, vel etiam Antiochenorum Praeſulum, quibus omnes Orientis Eccleſiae ſunt ſubditae. Quamvis enim prioribus Eccleſiae Chaldaicae temporibus Seleucienſis Epiſcopus nec Catholici, nec Primatis, aut Patriarchae dignitate praefulgeret; Archiepiſcopali tamen honore eminebat, ut diſerte tradunt Sozomenus, & Theophanes, qui pluribus in locis Simeonem Bar-ſaboe Archiepiſcopum vocant. Quare ſi quandoque Catholici, vel Patriarchae titulum iis Seleuciae Epiſcopis, qui Simeonem praeceſſerunt, adcommodatum reperias, ut apud Marim, & Amrum in Hiſt. Patriarch. Orient., id per anticipationem, aut praeventionem quandam ab iis dictum accipiaa, & juxta eorum temporum diſciplinam. Hujuſmodi vero uſus apud alias quoque Eccleſias invaluit, quarum priores Epiſcopi quaſdam ſibi nuncupationes vindicarunt, quae nonniſi Praeſulum longe poſteriorum temporibus ratae ſunt atque confirmatae. Sic Marutham, Tagriti Epiſcopum, in pleriſque Liturgiarum Codicibus Catholicum Syri nominant; quod, videlicet, ſequioris aevi Jacobitarum Catholici, ſeu Maphriani ſuam Tagriti Sedem conſtituerint. Eodem ferme pacto Praeſules Byzantinos, qui ante Theodoſii Magni aetatem claruerunt, Conſtantinopolitanos Patriarchsa dicimus, quamquam Byzantinae Sedi niſi poſt Conſtantinopolitanam Synodum Patriarchatus dignitas non adceſſerit.

Simeon inſtituit, ut in Eccleſiis Preces alternis Choris fierent; utque Pſalmi memoriter occinerentur.

Ut vero ad rem redeamus; plura ſunt, quae Simeon in Epiſcopatu cum laude geſſit; ex quibus memoratu quidem dignae ſunt Inſtitutiones illae, quarum meminit Barebraeus loc. cit. in haec verba

ܗܘ ܣܡ ܕܢܗܘܘܢ ܥܢ̈ܝܢ ܒܥܕ̈ܬܐ ܕܡܕܢܚܐ ܐܝܟ
ܕܒܡܥܪܒܐ ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܗܘܐ ܡܢ ܩܕܝܡ ܬܠܡܝܕܗ ܕܝܘܚܢܢ ܐܘܢܓܠܝܣܛܐ
ܒܪ ܙܒܕܝ: ܘܗܘ ܦܩܕ ܕܠܐ ܡܢ ܟܬܒܐ ܐܠܐ ܡܢ ܠܒܐ ܢܙܡܪܘܢ ܩܠܝܪ̈ܝܩܘ ܡܙܡܘܪ̈ܐ ܒܬܫܡܫܬܐ .

Ipſe (Simeon Bar-ſaboë) *inſtituit, ut in Eccleſiis Orientalium alternis Choris ad Deum Preces funderentur; quemadmodum in Occidente a temporibus Ignatii, Johannis Evangeliſtae, Zebedaei filii, diſcipuli, ſancitum fuerat. Idemque praecepit, ut non ex Codice, ſed memoriter Clerici Pſalmos Davidicos in Divinis Officiis occinerent*. Quae quidem conſuetudo in Syrorum omnium, Maronitarum, ſcilicet, Jacobitarum, & Neſtorianorum Eccleſiis hucuſque viget, ac retinetur.

Garmaeorum Eccleſia ad Metropolitanam dignitatem a Simeone evecta.

Garmaeorum praeterea Sedem a S. Simeone Metropolitanam fuiſſe conſtitutam, tradit Ebedieſus Sobenſis loc. cit. his verbis. ܘܒܝܘܡܘܗܝ ܣܠܩܬ ܠܡܛܪܦܘܠܝܛܘܬܐ ܒܝܬ ܓܪܡܝ ܘܟܪܟܐ

ܒܗ ܒܙܒܢܐ ܡܛܪܦܘܠܝܛܐ ܡܢ ܫܡܥܘܢ ܒܪܨܒܥܐ. ܘܒܢܝ ܐܪܕܒܝ ܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܘܠܐܬܪܢ ܙܕܩܐ
ܡܛܪܦܘܠܝܛܘܬܐ. ܘܒܢܝ ܒܝܬ ܣܠܘܟ ܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܕܒܐܬܪܢ ܘܠܐ ܕܢܗܘܐ ܡܛܪܦܘܠܝܛܐ:
ܢܚܙܐ ܫܡܥܘܢ ܒܪܨܒܥܐ ܠܬܠܡܝܕܐ ܕܬܪܝܗܘܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܒܡܠܦܢܘܬܐ. ܘܐܝܢܐ ܕܝܬܝܪ
ܡܠܦܢܘܬܐ ܡܢ ܚܒܪܗ. ܗܘ ܢܗܘܐ ܡܛܪܦܘܠܝܛܐ: ܘܐܫܬܟܚ ܠܬܠܡܝܕܐ ܕܫܗܪܓܪܕ
ܡܢ ܗܘ ܕܐܪܕܒܝ. ܘܐܬܝܗܒܬ ܠܒܝܬ ܓܪܡܝܐ ܡܛܪܦܘܠܝܛܘܬܐ ܡܢ ܫܡܥܘܢ

Sub tempora vero trecentorum decem & octo Synodi Oecumenicae Patrum, Garmaei a Simeone Bar-ſaboë Metropolitas poſtularunt. At Ardabodeni: Patriae quidem noſtrae, ajebant, Metropolitana dignitas debetur. Beth-ſeleucienſes vero: In regione noſtra Metropolita conſtituendus eſt. Praecepit itaque Simeon Bar-ſaboë, utriuſque Epiſcopi ut in docendo diligentia, atque ſedulitas expenderetur, uter utri diſcipulorum numero praeſtaret, idemque Metropolita crearetur. Compertum autem fuit, hac in re Sciahargardae Epiſcopum Ardobadenſi eſſe praeferendum. Atque ita factum eſt, ut Garmaeis a Simeone Bar-ſaboë Metropolita daretur. Hactenus Ebedieſus.

Simeonis Scripta, ex Ebedjeſu Sobenſi.

Primum vero locum inter Scriptores Syros, quorum Opera adhuc Syriace ſuperſunt, Simeoni noſtro tribuit Ebedieſus Sobenſis, pluries a nobis laudatus, in Catalogo Scriptorum Syrorum, quem latinitate donatum, perpetuoque commentario illuſtratum, viri de Orientalibus literis optime meriti, Abraham Ecchellenſis anno 1653. & Joſeph Simonius Aſſemanus, Avunculus meus, anno 1725. Romae typis Sac. Congregationis de Propaganda Fide vulgarunt. Sic igitur de Simeone Ebedieſus. ܡܟܝܠ ܕܝܢ ܕܫܠܡ
ܣܘܟܠܐ ܕܝܘܢܝܐ ܡܠܦܢܐ : ܒܥܝܢܢ ܠܡܟܬܒ ܟܬܒܐ : ܕܐܒܗܬܐ ܣܘܪܝܝܐ . ܫܡܥܘܢ ܒܪ ܨܒܥܐ
Nunc ergo recenſitis Graecorum Patrum lucubrationibus, Syrorum Patrum ܐܓܪܬܐ ܣܡ .
Opera enumerare adgredimur. Simeon Bar-ſaboë Epiſtolas conſcripſit. Earum argumenta haud exprimit.

Ejuſdem Cantica duo ex Officiis Chaldaeorum.

Duo inſuper S. Simeonis Cantica in Divinis Chaldaeorum Officiis circumferuntur, de quibus in Codice Amidenſi Vatic. I. ad feriam ſextam hebdomadae ſextae aeſtatis haec adnotatio legitur. ܘܐܡܪܝܢ ܕܝܠܗ ܐܢܘܢ ܗܠܝܢ ܥܘܢܝܬܐ ܕܩܕܡܝܬܐ ܗܝ: ܝܕܥ ܟܣܝܬܐ: ܘܐܦܢ
Ferunt autem factum, ejus (Simeonis) *eſſe iſtaec Cantica, quorum primum.* ܥܠܝܬܐ
incipit: Cognitor cogitationum: alterum, Quamquam exuotis.

Aliud Canticum, ex Mari.

Aliud etiam Canticum, cujus initium ܒܥܝܢܐ ܕܡܚܫܒܬܐ ܘܕܚܘܒܐ: *Oculo mentis & caritatis.* Simeoni tribuit Mares, Salomonis filius, illudque a Simeone, Sacrum feria quinta hebdomadae Majoris in carcere peragente, Calice in ſiniſtra Presbyteri ſui, ac Patena in dextera conlocatis, dictum fuiſſe, adfirmat. Quod quidem Canticum Divinis Syrorum Officiis invenies adnexum.

Eccleſiae, & Monaſteria ſub S. Simeonis nomine.

Plures olim Eccleſiae in S. Simeonis Bar-ſaboë, Sociorumque ejus honorem fuerunt ab Orientalibus conſtructae. Harum quidem nonnullae, ceteris multo magnificentiores, Mahometanis poſtea rerum Orientalium potitis in Meſcuitas ceſſere; aliae vero, quas temporum injuria conlabentes, ex Mahometanorum edicto, inſtaurare non licuit, jam penitus corruerunt. Quinque potiſſimum, ut ceteras, diverſis in locis poſitas, praeteream, ad hanc uſque diem in Meſopotamia, ac Perſide ſuperſunt. Prima Maipharactae, ſeu Maceprac̄tae, a S. Marutha, horum Actorum Scriptore, conſtructa; quum, ſcilicet, Reliquias S. Simeonis, & aliorum Martyrum Orientalium, qui praeſertim ſub Sapore paſſi fuerant, ex Perſide in Meſopotamiam redux tranſtulit, & in eadem urbe, quae idcirco Martyropolis dicta eſt, depoſuit. Altera ad Tigrim fluvium, haud longe a Seleuciae parietinis erecta, celebre habuit Chaldaeorum Monaſterium ſibi adjunctum, & cognomine; cujus in Coemeterio Surinum Seleucienſem Pſeudo-Catholicum, anno Chriſti circiter 764. tumulatum fuiſſe, tradit Amrus in ejuſdem vita apud Aſſem. Bibl. Orient.

Orient. Tom. 3. Par. 1. Tertia Bagdadi, circa annum Chriſti 762. praecipuo Chalipharum jure a Neſtorianis conſtructa: qua in Eccleſia, teſte eodem Amro in vita Eliae I. Neſtorianorum Patriarchae, Catholici, ſeu Primates Bagdadum advenientes ſolenni pompa excipiebantur. Quarta in urbe Moſul, ſeu Ninive, quae ad haec uſque tempora nedum a Neſtorianis, verum etiam a Jacobitis & Infidelibus ſumma cum veneratione frequentatur.

Ejus, & Sociorũ memoria, & cultus.

Porro S. Simeonis Bar-ſaboë, Sociorumque ejus memoriam cum Latini, & Graeci, tum Coptitae, Armeni, Syrique omnes recolunt, ſed diverſis diebus. Et Latini quidem die XXI. Aprilis, ut in Martyrologio Romano, in haec verba: *In Perſide Natalis S. Simeonis Epiſcopi Seleuciae & Cteſiphontis, qui, jubente Sapore Perſarum Rege, comprehenſus, ferroque onuſtus, iniquis tribunalibus exhibitus, quum ſolem adorare nollet, & de Jeſu Chriſto voce libera, & conſtantiſſima teſtaretur, primum carcerali ergoſtulo cum aliis Centum, ex quibus alii Epiſcopi, alii erant Presbyteri, alii diverſorum Ordinum Clerici, longo tempore maceratus eſt. Deinde quum Uſthazanes, Regis Nutricius, qui ante jam lapſus a Fide, ſed per eum ad poenitentiam fuerat revocatus, Martyrium conſtanter ſubiiſſet; poſtridie, qui erat annuus Dominicae Paſſionis dies, omnibus ante Simeonis oculos, qui unumquemque eorum ſtrenue exhortabatur, gladio jugulatis, noviſſime & ipſe decollatus eſt. Paſſi ſunt etiam cum eo clariſſimi viri, Abdechalas, & Ananias, ejus Presbyteri: Puſicius quoque, Praefectus Regis artificum, eo quod Ananiam titubantem corroboraſſet, collo circa tendinem perforato, & lingua exinde extracta, crudeli morte occubuit; poſt quem & filia ejus, quae erat Sacra Virgo, necata eſt.* Hactenus Martyrologium Romanum.

In Martyrologio Romano.

Graeci vero idem Feſtum celebrant die XVII. Aprilis, non autem XV. Maji, ut ex Typographorum fortaſſe incuria obrepſit in Notis Cardinalis Baronii ad Martyrologium Romanum, qui pro XV. Kal. Maji, ediderunt XV. Maji. Verba Menaeorum haec ſunt. Τῷ αὐτῷ μηνὶ, ιζ΄. μνήμη τοῦ Ἁγίου Ἱερομάρτυρος Συμεὼν Ἐπισκόπου Περσίδος. Καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, Ἀβδελλᾶ Πρεσβυτέρου Χουσδαζὰτ. Φουσὴκ καὶ ἑτέρων χιλίων ἑκατὸν πεντήκοντα. Κτησιφῶν, καὶ Σαλὴκ ἡγεμονευόντων, ἐν ταῖς κατὰ Περσίδα πόλεσι. Σαβωρίου τότε τὴν Περσῶν βασιλείαν κατέχοντος, ἐπιστέλλουσι τῷ Βασιλεῖ. ὅτι ὁ Ἀρχιερεὺς τῶν Χριστιανῶν Συμεών, καὶ ἕτεροι οὐκ ὀλίγοι, ὑποτελεῖς εἶναι αὐτῷ καὶ ὑποφόροι, οὐδαμῶς καταδέχονται, ἀλλ' αἱροῦνται μᾶλλον ἀποθανεῖν ὑπὲρ Χριστοῦ, ἢ δουλεύειν ἀτίμως, καὶ ἀνελιῶς. Χαλεπήναντος οὖν ἐπὶ τούτῳ τοῦ Βασιλέως, ἤχθη πρὸς αὐτὸν ὁ Ἅγιος Συμεών, δυσὶν ἁλύσεσι δεσμευθείς, εἶτα τῇ εἱρκτῇ παραπεμφθείς, ἐπιστρέφει πρὸς τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν τὸν Πραιπόσιτον Χουσδαζὰτ Χριστιανὸν μὲν πρότερον ὄντα. διὰ δὲ τὴν εἰς τὸν Βασιλέα τιμὴν, καὶ τὸν ἐπικείμενον φόβον, νόμῳ Περσῶν τὸν ἥλιον προσκυνήσαντα. ὃς καὶ συσχεθείς, τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη, ἀντὶ τῶν τροφείων. Καὶ γὰρ αὐτὸς ἦν ὁ τὸν Βασιλέα ἀπογαλακτισθέντα ἀναθρεψάμενος, τοῦτο μόνον αἰτήσας, τὸ ποιῆσαι καταφανὲς, ὅτι οὐ δι' ἀκολασίαν γλώσσης ἀκρατοῦς, οὐδὲ δι' ἄλλον τῶν ἀπηγορευμένων, ταύτην δίδωσι τὴν δίκην, ἀλλὰ διὰ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν, ἐξ ἧς πρότερον μαλακισθεὶς καταπεπτώκει. τοῦτο δὴ καὶ ὁ Βασιλεὺς ἐπηγγείλατο. Ἀκούσας δὲ ὁ Ἅγιος Συμεὼν ἐν τῇ φυλακῇ, ἐχάρη καὶ σὺν τοῖς λοιποῖς ηὔχετο, καὶ αὐτὸς τελειωθῆναι. ἐκβληθέντων οὖν καὶ αὐτῶν τῆς φυλακῆς, καὶ ἀποτμηθέντων τὰς κεφαλὰς, τὸν ἀριθμὸν ὄντων χιλίων ἑκατὸν πεντήκοντα. Πρῶτος ὁ Ἅγιος Συμεὼν ἀπετμήθη τὴν κεφαλὴν, ἐρεθίσας εἰς τοῦτο καὶ τοὺς λοιπούς. λέγεται δὲ ἕνα τῶν ἀναιρουμένων δειλιάσαι. τὸν δὲ κουροπαλάτην Φουσὴκ οὕτω καλούμενον, συμβουλεῦσαι αὐτῷ μηδόλως δειλιάσαι, ἀλλ' ἐπιμύσαντα τὰς ὄψεις, δέξασθαι τὴν τοῦ ξίφους τομὴν, ἀκύμορον οὖσαν, ὃς καὶ διαβληθεὶς περὶ τούτου, καὶ εἰς Χριστὸν πίστιν παρρησίᾳ ὁμολογήσας, τὴν γλῶτταν τέμνεται. καὶ τὸ τῆς σαρκὸς δέρμα ἀφαιρεῖται. καὶ οὕτω τὸ πνεῦμα παρέδωκε. *Ejuſdem menſis* (Aprilis) *die* XVII. *Commemoratio S. Hieromartyris Simeonis, Perſidis Epiſcopi, & Sociorum Abdellae Presbyteri, Chuſdazat, Phuſec, aliorumque mille centum & quinquaginta. Praeſides Cteſiphontis & Seleuciae, quae Perſidis urbes erant, Sapori, Perſarum Regnum obtinenti, literas dant, renunciantes, Simeonem, Chriſtianorum Epiſcopum, alioſque non paucos tributum ipſi pendere, ejuſque imperium omnino detrectare; ſed malle eos pro Chriſto mori, quam cum dedecore, & ignominia ſervire. Id igitur Rex quum aegerrime ferret, ad eum traductus eſt S. Simeon, duabus vinctus catenis: deinde in carcerem contruſus, ad Chriſti fidem reduxit Chuſdazat praepoſitum, qui Chriſtianus quidem antea fuerat; ſed, ob Regis honorem, & propter impendentem metum, ſolem juxta Perſarum ritum adoraverat: qui & comprehenſus, in educationis mercedem (is enim Regem,*

In Menaeis Graecorum.

gem, a lacte ſubductum, educaverat) capite plexus eſt, hoc unum tantummoda repoſcens, ut palem fieret, ſe neque ob immodicam linguoe libertatem, nec ob aliud quodvis facinus, hanc ſubire poenam; verum propter unam iu Chriſtum fidem, a qua puſillanimis deſciverat. Quod quidem Rex pollicitus eſt. Quum vero de iis certior in carcere factus eſſet S. Simeon, haud mediocri adfectus eſt gaudio, oravitque cum reliquis, ut pari conſtantia vitae finem impleret. E carcere itaque eductis, & ipſis capite damnatis, numero centum quinquaginta ſupra mille, primus S. Simeon obtruncatur, poſteaquam vehementi oratione reliquos ad id idem cohortatus eſſet. Fertur autem quidam ex iis, qui neci tradebantur, anima concidiſſe, & a Palatii Praefecto, qui Phuſec dicebotur, monitus fuiſſe, ne ullatenus expaveſceret, ſed clauſis oculis gladii ictum, mortem celerrimam inlaturum, conſtantiſſime exciperet. Is vera eam ob rem itidem adcuſatus, ſeque in Chriſtum credere generoſe confeſſus, lingua mulsatus eſt, cuteque carnis avulſa, hoc in cruciatu ſpiritum reddidit. Hactenus Menaea, in quibus hi etiam Verſus in S. Simeonis, & Sociorum laudem habentur.

Ἐπίσκοπόν σε Συμεὼν ἐγὼ μέγαν,
Ἐκ δὲ ξίφους μέγιστον ἀθλητὴν ἔγνων.
Ἄρκτου τὸ δεινὸν Ἀβδελλᾶς ἔδυ στόμα,
Βδέλλης ἀπλήστου τοῦ Σατᾶν φυγὼν στόμα.
Ἐπιτραπέντος τοῦ θύειν ἢ τεθνάναι.
Θανεῖν Χουσδαζὰτ εἵλετο τμηθεὶς ξίφει.
Τὸ δέρμα Φουσὴκ ἐκδαρέντος μου λέγει,
Χιτὼν ὑφανθεὶς τοῦ Σατανᾶ ἡ κρόκη.
Πίπτοντας ἀνδρῶν ἀμφὶ χιλίους ξίφει.
Ἰδὼν ἔφης ἐν Παῦλε μαρτύρων νέφος.
Τέμνουσιν ἀνδρῶν τριπλοπεντηκοντάδα.
Τὴν τρισπρόσωπον προσκυνοῦσαν οὐσίαν.
Ἑβδομάτῃ Συμεὼν δεκάτῃ ἀπὸ αὐχένα τμήθη.

Epiſcopum te, Simeon, ego magnum
Ex gladia autem maximum pugilem novi.
Urſae infeſtum Abdellas ſubjit os,
Hirudinis inſatiabilis Satanae fugiens os;
Quum liceret ei ſacrificare, aut mori.
Mori Chuſdazat elegit, percuſſus gladio.
Cutis, Phuſec, detrahatur mihi, ait,
Tunica intexta Satanae ſub tegmen.
Cadentes viros circiter mille gladio
Videns, dixiſti Paule, Martyrum nubem.
Secant viras tricies quinquaginta,
In tribus Perſonis adorantes eſſentiam.
Decima ſeptima Simeon truncatur capite.

Eodem quoque die Synaxaria MSS. & Collegii Claromontani Societatis Jeſu, & Julii Cardinalis Mazarini, quae Pariſiis adſervantur, Sanctum Simeonem, & Socios colunt, ſub hoc Titulo: *Certamen Sacroſancti Mortyris Simeonis, Archiepiſcopi Perſidos, & Sociorum ejus Abdellae Presbyteri, Chuſtazat, & Phuſic, & aliorum ſimul centum quinquaginta &c.* Deque iiſdem Sanctis Martyribus reliquum fit Officium, cujus Canonem S. Joſeph Hymnographus huic Acroſtichidi innexuit.

Στέφω Μάκαρ σε Συμεὼν ὑμνῳδίαις. ΙΩΣΗΦ.
Hymnis, Beate Symeon, te corono. JOSEPH.

Menologium itidem Sirleti ad praeſignatum XVII. Aprilis diem de S. Simeone, Sociiſque agit, his verbis: *Sancti Martyris Symeonis, apud Perſidem Epiſcopi, & Sociorum Abidellae Presbyteri, & aliorum mille centum quinquaginta.* Ita & Galeſinius, qui bonam Martyrologii ſui partem a Graecis hauſit; & ex eo Martyrologii Germanici Author, Caniſius. At pervetuſtus MS. Codex Caſinenſis ad diem XX. Aprilis S. Simeonem Martyrem commemorat. Eccleſia autem Dolenſis in Aremoricis die XXI. ejuſdem menſis S. Simeonis feſtum recolit, cum Officio trium Lectionum; quarum tertia propria habetur

in

in Breviario edit. 1519. Quod & Eccleſiam Turonenſem olim obſervaſſe, liquet ex ejuſdem Breviario, quod anno 1611. typis vulgatum eſt.

In Menologio Baſiliano.

* Attamen in perantiquo Baſilii Porphyrogeniti Imperatoris Menologio, circa decimum Chriſti ſeculum, nempe, ante annos circiter octingentos concinnato, & ſtudio, ac opera Eminentiſſimi Annibalis Cardiualis Albani anno 1727. Urbini Graece, & Latine edito, eorundem Martyrum elogium ad diem XIV. Aprilis refertur. Haec autem Menologii verba ſunt. *Simeon Sacraſanctus Chriſti Martyr, Sapore Perſarum Regnum tenente, claruit. Quum autem impia Perſarum facinora intueretur, nec illorum onera perferre amplius poſſet, Regi ita reſcripſit: Quoniam nos ſervi ſumus Jeſu Chriſti, Dei noſtri, non ſuſtinemus veſtri eſſe vectigales. Fac ergo quod vis. Jubente itaque Rege, vinctus adductus fuit coram ipſo una cum Sociis ſuis. Quumque ingreſſus fuiſſet, ei, prout antea conſueverat, venerationis ſignum nequaquam exhibuit. Interrogatus autem, cur id omiſiſſet, reſpondit: Quum pacem habebam, Regem venerari conſueveram: quando autem vinctus adcedo, ipſum amplius non veneror. Porro quum eum inde egredientem vidiſſet quidam Praepoſitus, qui antea Chriſtianus fuerat, ſed poſtea a Chriſto defecerat, conatus eſt ipſum amplecti. Sed a Simeone repulſus, ait; Si Simeon, homo quum ſit, me deſpicit; quomodo Chriſtus, quem negavi, me recipiet, ac diliget? Hoc comperto, Rex ipſum Praepoſitum, ſimulque Epiſcopum, Presbyteros, Diaconos, alioſque centum & quinquaginta capite obtruncari mandavit.*

In Synaxariis Syrorum.

Syri quoque omnes die XIV. Aprilis Sancti Simeonis, & Sociorum ejus feſtum celebrant; Si Neſtorianos excipias, qui a feria ſexta Dominicæ Paſſionis ad feriam ſextam hebdomadae ſextae aeſtatis, hoc eſt, tertiae decimae poſt Pentecoſten, tranſtulerunt. Cujus quidem tranſlationis ratio redditur in Codice Syriaco Vaticano I. cujus verba infra in adnotationibus exhibebimus. Ad praedictum vero Aprilis diem XIV. in Synaxario Syrorum, quod Carſciunice, ſeu Arabice, literis tamen Syriacis, ab Elia Beniamino, Presbytero Maronita, nitidiſſime exaratum, prae manibus habemus, haec leguntur.

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
Sanctus hic: [illegible]

Simeon tempore, quo Martyrium ſubiit, annum aetatis agebat centeſimum decimum ſeptimum. Eccleſiae Chriſti, quae eſt in urbibus Seleucia & Cteſiphonte praefuit. Quum vero Saporem Regem in Chriſtianos, eorumque ſacras Aedes acriter deſaevire animadvertiſſet, hanc ad ipſum Epiſtolam ſcripſit: Turpe eſt, te in Chriſtianos furere, eoſque iniquis vectigalibus onerare. Compertum tamen tibi ſit, eoſdem paratos eſſe, mortem pro Chriſto oppetere,

quem,

quem, ſciunt, ſuum pro ipſorum ſalute ſanguinem effudiſſe. Porro Regem vehementer offendit iſtiuſmodi Epiſtola quamobrem Simeonem duabus ferreis catenis onuſtum ad ſe deduci, atque inde in carcerem conjici juſſit. Interim vero Guſtazades, Regis nutricius, qui ejurata Chriſtiana fide, ſolem juxto Perſarum ſuperſtitionem adorare coactus fuerat, ad Chriſtianae vitae inſtitutum rediit, comprehenſus propterea capite plexus eſt. Quod B. Simeoni, in vinculis detento, confeſtim nunciatum, incredibili ipſum adfecit gaudio; coepitque Deum enixius orare, ne Martyrium ſibi diutius protrahi ſineret. Continuo lata in ſanctum Antiſtitem capitis ſententia, una cum aliis centum & quinquaginta Chriſtianis, quos crebris adhortationibus ad Martyrium incenderat, certaminis palmam promeruit. Fama autem accepimus, ea in loco, ubi Simeon, data Carnifici cervice, Martyr occubuit, unum ex Sociis ad nudati enſis adſpectum totum contremuiſſe. Hominem propterea fluctuantem, ac prope exanimem Phaſik quidam, cognomenta Karbalat, erigendum ſuſcepit, his verbis: Pone metum; gravis nequaquam eſt, quae tibi imminet, percuſſio. Oculos tantiſper occludito; quandoquidem mortem tibi celerrimam, ac minus moleſtam inferet gladius. Haec loquutus Phaſik, ad Regem ſine mora rapitur: quumque Chriſtianum ſe eſſe fateretur, extracta prius ipſi lingua, avulſaque poſtmodum cute, Martyrium cum reliquis Chriſti Athletis conſummavit. Hactenus Synaxarium Syrorum.

Cum Syris conveniunt Copritae, utpote qui in Synaxario ſuo Arabico, cujus Epitomen in Catalogo Codicum mss. Orientalium Bibliothecae Mediceae Laurentianae & Palatinae, Florentiae anno 1742. edito, exhibuimus, Simeonis & Sociorum memoriam ad diem xix. Barmudae, qui reſpondet diei xiv. Aprilis referunt, in haec verba. Copritarum, & Armenorū.

هذا القديس كان فى مملكة شابور ابن هرمز الملقب بذى الكتاف . لانه اذا كان قهر ملكاً
كان يامر بخلع اكتافه . فاحدث هذا على المومنين احداث عظيمة وجور عليهم جوراً عظيماً
كثيراً . فارسل اليه هذا القديس رسالة يقول له فيها . ان الذى ابتاعهم السيد المسيح قد خلصوا
من عبودية البشر وصاروا عبيداً للمسيح وحده . فلهذا قد الزمهم ان يكلفوا الخراج ولا غرماً اكثر مما فرض
عليهم لكنهم اختاروا ان يموتوا من اجل المسيح الذى سفك دمه عنهم ولا يتعبدون لمتعديين الشريعة .
فلما وقف شابور على رسالته اغتاظ كثيراً . واستحضره وربطه بسلسلتين ورماه فى السجن .
فوجد فى السجن قوماً كانوا كفره وعبدوا الشمس وهم محبوسين بسبب شى اخر . فوعظهم وعلمهم
الى ان اقروا بالمسيح . وضربت اعناقهم . ثم استحضروا القديس من السجن ومعه مايه وخمسين
نفساً . نشطهم القديس الى ان ضربت اعناقهم . ففزع واحد منهم . فنشطه احد القيام وقال .
لا تفزع . فليست الضربة شياً . اذا اغمض عينيك فنفعل هكذا واستشهد . وجز على ذاك
الذى نشطه . وكان اسمه باسيق . فقطع راسه وسلخ جلده . وبعد ذلك استحضر القديس واستعرض
عزمه . ولما لم ينثنى عن رايه ضربت رقبته . ونال اكليل الشهادة . وكان عمره مايه سبعه
وعشرين سنة .

Sanctus Simeon verſabatur in Regno Saporis, Hormiſdae filii, cognomenta Dualcatafii, ſeu Humerorum fractoris, ab humeris, ſcilicet, quos Regibus, abs ſe in bello captis, comminui jubebat. Hic idem Sapor Chriſtianos divexandos adgreſſus, intoleranda ipſis vectigalia impoſuit. Quod aegerrime ferens Sanctus Paſtor, Regi Epiſtolam ſcripſit, in qua aperte teſtabatur, eos omnes, quos Chriſtus Dominus redemerat, a ſervitute liberas eſſe, proindeque mortali homini non licere, ſolius Chriſti Servos graviori vectigalium pondere opprimere; quibus alioquin certum fixumque in animo erat, mori potius pro Chriſto, qui totum pro ſeipſis ſanguinem fuderat, quam Divini Foederis violatoribus mancipori. Hujuſmodi literas ſumma cum indignatione excepit Rex; qui Epiſcopum, in jus vocatum, & duabus catenis conſtrictum, carceri addixit, in quo Infideles non pauci, ſolis adoratores, forenſibus de cauſſis catenati & ipſi detinebantur. Horum vicem commiſeratus Simeon, eoſdem in Chriſtianis diſciplinis inſtruere, atque adhortari non deſtitit, quouſque & illi Deum conſtanter confeſſi,

crude-

crudeliſſime interemti ſunt. Interea Sanctus Simeon Regi ſiſtitur una cum centum & quinquaginta Viris, quos Paſtoris praeſentia, ac vocibus ad Martyrium vehementer excitatos impii Regis ſatellites gladio ſuſtulerunt. Porra quum unus ex laudatis Martyribus trepidare coepiſſet, ipſum quidam ex adſtantium coetu confirmare adgreſſus: Abjice, inquit, timorem: oculos occludas, nec gladium adſpicias; leviſſimum etenim ejus ictum ſenties. Paruit ille; & continuo Martyrium complevit. Comprehenſus inde, qui titubantem roboraverat, Baſik nomine, capite obtruncatur, cuteque ſpoliatur. Quae poſteaquam geſta ſunt, denuo ad Regem deducitur Sanctus Simeon; qui quum crebro pertentatus, a propoſito divelli nullatenus potuiſſet, ferro percuſſus, Martyrii coronam obtinuit, annum aetatis agens centeſimum decimum ſeptimum. Eadem ferme in Synaxario Armenorum leguntur ad diem XII. Aprilis; ejus idcirco verba heic referre ſupervacaneum eſt.

Videretur autem heic locus poſtulare, ut nonnulla, de Simeonis praeſertim aetate, anno, & die, quo paſſus eſt, deque ejuſdem Sociorum numero, ac nominibus, quae in modo laudatis Synaxariis minus adcurate proferuntur, diſcutienda ſuſciperemus. Verum quum de hiſce omnibus alias ſermo inciderit, ne plus nimio hoc Opus excreſcat, vide, amice Lector, quae in Praefatione Generali, & in Adnotationibus, huic Martyrio adnectendis, fuere a nobis ſedulo obſervata. Curavimus enim, ut de iis uihil, quod & ſcitu, & memoria dignum eſſet, praetermitteretur. Boni interim aequique conſule hunc laborem noſtrum, qui qualiſcumque ſit, hoc certe pretio non carebit, quod illuſtria Orientalium Martyrum geſta, partim prius obſcura, partim etiam prorſus ignota, per eum patere tibi poſſint, atque innoteſcere.

ܣܗܕܘܬܐ

ܕܡܪܝ ܫܡܥܘܢ

ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܣܠܝܩ ܘܕܩܛܝܣܦܘܢ . ܘܕܚܒܪ̈ܘܗܝ ܥܒܕܗܝܟܠܐ ܘܚܢܢܝܐ ܩܫ̈ܝܫܐ
ܘܕܐܚܪ̈ܢܐ ܡܐܐ ܓܒܪ̈ܝܢ : ܘܕܓܘܫܬܐܙܕ ܡܗܝܡܢܐ ܕܡܠܟܐ : ܘܕܦܘܣܝܟ
ܩܪܘܓܒܪܐ : ܘܕܒܪܬܗ ܒܬܘܠܬܐ ܩܕܝܫܬܐ .

M A R T Y R I U M

SS. SIMEONIS BAR-SABOË, Seleuciae & Cteſiphontis Epiſcopi,
Sociorumque ejus
ABDHAICLAE, & HANANIAE Presbyterorum, Aliorumque Centum
diverſi Ordinis virorum:
Necnon GUHSCIATAZADIS Eunuchi, Regis Nutricii, PHUSIKII
KARUGABARI, ejuſque Filiae Virginis, Deo Sacrae.

Scriptoris Prologus.

SERVITUTIS Populi noſtri principium; unde, videlicet, exortae fuerint calamitates, ad noſtram correptionem, emendationemque Divinitus immiſſae, exponere, literiſque mandare adgredior [1]. Enimvero atrox,

ܫܘܥܒܕܐ ܕܥܡܢ ܫܘܪܝܗ ܘܐܝܟܢܐ
ܕܡܢ ܚܫ̈ܐ ܘܡܚܘ̈ܬܐ ܕܐܬܝ̈ܢ ܥܠܝܢ
ܠܡܟܬܒ . ܕܗܟܢ ܗܘ ܕܐܝܬ ܠܢ ܕܢܚܘܐ
ܕܢܗܘܐ ܠܢ ܠܪܕܝܐ ܘܡܪܕܘܬܐ ܕܐܠܗܝܘܬܐ
ܥܠ

atrox, quae nos dudum invaſit, procella iis temporum acerbitatibus exaequanda, quae Machabaeis olim ineubuerunt. Siquidem & illi eos experti ſunt dies, quos, Divinam ultionem denunciantes, praemonſtrarunt Prophetae. Balaam namque haec ipſa ſuis inſeruit vaticiniis: *Heu qui victurus eſt illis diebus, quando haec faciet Deus! Quoniam ecce legiones e regionibus* [2] *Chittaeorum advenient, terramque vaſtabunt*. Graecos, nempe, deſignans, qui poſtmodum furore concitati, in Machabaeos exarſerunt. Ezechiel quoque Gog [3], & Magog oraculis ſuis praenotat: quibus nominibus eoſdem Graecos, a Daniele per parvum [4] Cornu adumbratos, ſignificavit; quod ubi exortum eſt, tria Cornua, ſibi adjuncta, actutum diſſipavit, & adverſus Altiſſimum maledicta contorſit.

Machabaeorum calamitatibus Perſequutionem in Chriſtianos Orientales comparat.

Num. 24. 24. *edit. Syr.*

2

Ezech. 38.

3

Daniel. 7.

4

Is autem fuit Anthiochus, qui Graecorum Imperii anno centeſimo quadrageſimo tertio, ſui ſexto, capta Hieroſolyma, auream menſam cum reliquis Sacri Miniſterii inſtrumentis diripuit, Templum polluit, ejectiſque indidem Judaeis, quorum erat locus, Aras ibidem conſtruxit, eodemque alienigenas intulit. Sacerdotes inſuper diriſſime habuit, Sacrorumque religionem profanavit. Nec ſatis habens in tantam prorupiſſe impietatem, caedibus Innocentium terras, Judaeis haereditario jure conceſſas, funeſtavit, Sanctorumque carnes, feris, & avibus diſcerpendas, expoſuit. Quibus victi malis quamplures Regi manus dederunt, Legiſque ſuae veritatem ejurantes, impiis ſacrificiis ſeſe contaminarunt. Alii vero nobiliſſimi viri, feminaeque Dei ſui fidem palam profeſſi extremo adfecti ſunt ſupplicio. Ex his mille uno die, propter Sabbathi religionem caeſi, qui ſuam conteſtantes innocentiam: Nos quidem, ajebant, in ſimplicitate cordis noſtri morimur; verumtamen Caelum & Terra hodierno die

Judaei ab Antiocho Rege dire vexati.

1. *Machab.* 2. 37.

die teſtes adſunt, inſontes nos, ac immeritos a vobis neci datos. Sed & mulieres, quod ſuos circumcidiſſent filios, interemtae ſunt, parique pendentes e collo matrum parvuli crudelitate obtruncati. Haud ſecus alii, eo quod ex conſtanti Sacri Teſtamenti obſervantia immundo cibo ſe coinquinare recuſaſſent, capite damnati occubuere: Et factus eſt planctus magnus in Iſraël, & ingemuerunt Principes, & Seniores, & Juvenes, & Virgines, & infirmati ſunt, & ſpecioſitas mulierum immutata eſt; & ſponſa, quae ſedebat in thalamo, luxit; & univerſa Domus Jacob induit confuſionem. Et ingemuit Matathias, & dixit: Vae nobis! Ut quid adcidit nobis videre malum Populi noſtri, & contritionem Civitatis Sanctae, & Templi ejus, quod traditum eſt in manus alienigenarum: & ecce gloria, & pulchritudo noſtra contabuerunt: ut quid adhuc vivimus? Nihilominus reſumto mox ſpiritu: Cogitate, ajebat, per generationem, & generationem; quia omnes, qui ſperant in Deum, non commovebuntur. Et nunc a verbis viri peccatoris ne timueritis; quia gloria ejus in ſtercus, & in vermen erit: hodie extollitur, & cras non invenietur; quia converſus eſt in terram ſuam, & omnes cogitationes ejus peribunt. Quumque ipſe Matathias Judaeum quemdam, popularem ſuum, ejurata palam Religione, Numinibus immolantem, vidiſſet, excanduit Divinae Legis vir ſtudioſiſſimus, ejuſque renes contremuerunt; ac zelo Dei contemti percitus, ſicuti Legis decebat vindicem, in reum inſilivit, hominemque nefario dantem operam ſacrificio, ipſas ad Aras interemit, illius fundens ſanguinem, qui ſeſe in falſae Religionis cultum effuderat, cumque ſuper hoſtiam mortuam jugulans, ut impuri cruoris contactu pollueretur, qui ſanctiſſimam polluerat Legem: continuoque Regis adminiſtrum adortus, populum

Ibid. 1. 26.

Ibid. 27.

Ibid. 2. 61.

Matathiae encomium.

Ibid. 2.

ܘܐܣ̈ܗܕܐ ܐܝܬܝܗܘܢ . ܠܐ ܕܠܐ ܐܬܦܣܩܢ
ܒܡܫܬܠܡܢܘܬܐ ܕ̈ܝܠܟܘܢ ܘܠܐ ܥܠܗ ܢܫ̈ܐ
ܓܙܘܪܬܐ . ܘܗܘܐ ܐܠܐ ܕܟܪ ܒܫܘܠܡܐ .
ܘܐܬܬܠܝܘ ܥܘ̈ܠܠܐ ܥܠ ܨܘ̈ܪܐ ܕܐܡ̈ܗܬܐ
ܡܬܩܛܠܝܢ ܘܐܬܦܣܩܘ . ܘܗܟܢܐ ܐܦ
ܕܢܛܪܘ ܐܠܝܘ . ܥܠ ܕܠܐ ܐܬܛܢܦܘ ܗܘܘ
ܒܡܐܟܘܠܬܐ ܛܢܦܬܐ ܡܛܠ ܗܢܐ ܐܬܩܛܠܘ
ܠܕܝܢ ܕܡܘܬܐ . ܘܐܬܥܒܕ ܐܒܠܐ ܪܒܐ ܘܐܡܪ:
ܘܐܦ ܠܝ ܡܢܐ ܗܘܐ ܠܡܚܙܐ ܒܒܝܫܬܐ
ܕܥܡܝ ܘܬܒܪܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܩܕܝܫܬܐ .
ܘܕܗܝܟܠܗ ܕܐܫܬܠܡ ܒܐܝ̈ܕܝ ܢܘܟ̈ܪܝܐ . ܘܗܐ
ܫܘܒܚܢ ܘܫܘܦܪܢ ܐܬܚܒܠܘ . ܠܡܢܐ
ܬܘܒ ܚܝܝܢ ܚܢܢ . ܘܬܘܒ ܐܬܦܢܝ
ܘܐܡܪ . ܐܬܪܥܘ ܕܪ ܠܕܪ ܕܟܠ
ܕܣܒܪܝܢ ܥܠ ܐܠܗܐ ܠܐ ܡܬܬܙܝܥܝܢ .
ܘܗܫܐ ܡܢ ܡܠ̈ܘܗܝ ܕܓܒܪܐ ܚܛܝܐ ܠܐ
ܬܕܚܠܘܢ . ܡܛܠ ܕܫܘܒܚܗ ܠܙܒܠܐ
ܘܬܘܠܥܬܐ ܢܗܘܐ . ܝܘܡܢܐ ܡܬܪܝܡ
ܘܡܚܪ ܠܐ ܡܫܬܟܚ . ܡܛܠ ܕܗܦܟ ܠܗ
ܠܐܪܥܗ ܘܟܠܗܝܢ ܡܚܫ̈ܒܬܗ ܢܐܒ̈ܕܢ.
ܘܟܕ ܚܙܐ ܗܘ ܡܬܬܝܐ ܠܚܕ ܝܗܘܕܝܐ
ܒܪ ܥܡܗ ܕܟܦܪ ܒܬܘܕܝܬܗ ܘܕܒܚ
ܠܦ̈ܬܟܪܐ . ܐܬܚܡܬ ܥܠ ܢܡܘܣܐ ܘܙܥܘ
ܟܘܠܝ̈ܬܗ ܘܛܢܢ ܛܢܢܐ ܕܐܠܗܐ ܘܐܟܢܐ
ܕܙܕܩ ܠܢܦܪܥܢܐ ܕܢܡܘܣܐ . ܫܘܪ ܥܠܘܗܝ.
ܘܩܛܠܗ ܥܠ ܓܒ ܡܕܒܚܐ ܘܐܫܕ ܕܡܗ
ܕܗܘ ܕܐܫܕ ܢܦܫܗ ܠܬܫܡܫܬܐ ܕܓܠܝܦܐ:
ܘܢܟܣܗ ܥܠ ܕܒܚܐ ܡܝܬܐ : ܕܢܬܛܢܦ
ܒܕܡܐ ܛܡܐܐ ܗܘ ܕܛܢܦ ܢܡܘܣܐ
ܩܕܝܫܐ . ܘܡܚܕܐ ܫܘܪ ܥܠ ܫܠܝܛܐ
ܕܡܠܟܐ

pulum ad impia Sacra adigentem, itidem obtruncavit. Nae ille fuit Sacerdos mundus, qui immundae hoſtiae ſanguine ſupernam iram compeſcuit, Deumque Populo ſuo placatum ac propitium reddidit.

In hac itaque luctuoſa adeo temporum acerbitate, in tanta rerum anguſtia, in tanto armorum ſtrepitu ſiluit Populorum laetitia, atque alacritas, eliminata tranquillitas, ornamenta pacis, & adjumenta belli vi ademta, opes direptae, ſplendor obtenebratus, virtus depreſſa, Regnum conciſum, omnia perturbata, reſque privata & publica per ſummum ſcelus atque flagitium everſa, convulſaque fuerat. Ubique gladius, ubique ſolitudo, & vaſtitas, atque crudeliſſimae mortis adſpectus miſerarum gentium oculis obverſabatur. Properaverat Infernus ipſe ad os ſuum dilatandum, ut praecipites ſorberet; linguam & fauces immanem in modum exeruit, ut deglutiret. Sed & inclytos viros ſuum in barathrum detraxit, ſceleſtoſque, & peccatores ſuam in eſcam vertit. Juſtorum quidem corpora in ſinu ſuo repoſuit, impiorum vero oſſa dentibus ſuis contrivit, carnes diſcerpſit, voravit, & in tenebricoſos gurgites ſuos projecit; torſit alienae virtutis tortores, & fratrum ſuorum perſequutores dilaceravit, aterrimo eos carcere concludens, & in profundum lacus ſui demergens; quia demerſerunt Jacob in peccatum, & dejecerunt Iſraël in immunditiam.

Judae Machabaei Elogium.

Jam dudum vero occluſis in res noſtras beneficentiſſimae Dei miſericordiae theſauris, quum iram, furoremque ſuum formidoloſo adeo tempore ſat effudiſſet vindicta, exſaturatoque gladio, & romphaea inebriata, noxae, atque ſcelera patuiſſent, libri aperti, & quae in eis continebantur, recitata fuiſſent; tum demum miſerationum imbres effundi, inundatio gratiae invaleſcere, qua favente, acta, ſcriptaque

ptaque adverſus eos obliterata fuerunt, ipſorumque expurgatae, elutaeque labes, ne, videlicet, ad extremam perniciem eorum protraheret cauſſam vindex Juſtitia, eiſdemque acerbiora decerneret ſupplicia. Ecce autem repente exortus ſol ferventiſſimus, luce ſua glaciem Ethnicae ſuperſtitionis diſſolvit, impuram Infidelitatis ſcaturiginem obduxit, ſtagnum Idolomaniae areſecit, immunditiae lutum exſiccavit, foetidam ſaniem exterſit, putidum nidorem exſtinxit, munditiem, atque ſanctitatem reſtituit, locum ſuum eluit, & conſecravit: expandit ſuper eum pallium pacis, ipſumque calefecit: obtendit ei velamen tranquillitatis, & pudicum, caſtumque effecit. Irrugiit in malas beſtias, eaſque funditus diſiecit. Catulus leonis Judas gloriam populi ſui dilatavit, & cornu Eccleſiae ſuae exaltavit. Euge, Sacerdos, & bellator ſacro amictus eſt Ephod, ut Sanctus, ad Divini Numinis propitiationem. Terrificam induit loricam, ad occiſionem ut gigas: bellicis armis ſe ſuccinxit, ut alacer, & paratus ad pugnam; robore ſuo comparatus eſt leoni, accubuit ſuper contritione gentium, cubavit, & comedit carnes Principum: inebriata eſt haſta ejus ſanguine occiſorum, & mucro ejus hoſtium cervicibus exſatiatus: in ira ſua perſcrutatus eſt reliquias peccatorum: tabeſecit glorioſos terrore ſuo, & prae timore ejus ceciderunt excelſi; directa eſt ſalus in manu ejus, & Reges multos exacerbavit. Occidit millia in montibus, & myriadas in planitie profligavit. Laetatus eſt Jacob in operibus ejus, & exultavit Iſraël in geſtis ejus: in ſalutari ejus requievit terra, conticuitque a ſervitute. Fama ejus ad fines terrae erupit; ſed & ipſe fortiter occubuit propter Deum ſuum, & propter bellum Populi ſui; ejuſque memoria perenni ſeculorum benedictione celebrabitur.

Machab. 1. 3.

ܕܦܬܟܪܘܬܐ܆ ܘܐܝܟ ܕܠܐ ܠܡܠܬܗ
ܕܝܠܗܘܬܐ . ܕܟܕ ܬܣܡܘܢ ܕܚܠܦܘܬܐ .
ܥܕܡܐ ܚܝܠܗ ܕܙܕܝܩܘܬܐ ܕܢܥܒ
ܠܐܘܟܠ ܘܣܝܡ̈ܐ ܐܟܝܠ ܠܠܘܬܗ ܘܡܬܕܥܝܗ .
ܡܢ ܫܠܝܐ ܢܚܬ ܕܟܠܗܘܢ ܘܫܡܫܗ ܡܚܡܡܐ :
ܦܝܓ ܠܚܠܡܐ ܕܫܥܝܐ ܘܚܠܦܗ . ܘܣܟ
ܚܫܘܟܘܬܐ ܕܡܫܠܐ ܘܐܬܚܪܒܘ : ܐܠܗܝܢ
ܕܐܬܚܙܝ ܡܦܘܩܐ ܐܟܠܘ ܠܫܒܘܩ ܕܚܡܝܪ
ܘܐܝܟ ܡܫܝܚܐ ܕܡܕܒܪܗ . ܠܐ ܠܚܡܝܪܐ
ܘܡܫܟܚܬܐ ܠܚܕܐ ܐܝܟܘܬ ܝܗܒܐ
ܠܡܠܟܘܬܐ ܐܢܫ ܡܕܝܢܬܐ : ܐܝܟ ܣܝܡܐ
ܕܢܚܠ ܠܐܝܠܝܢ ܐܝܟ ܠܝܠܝܐ ܡܫܬܡܥ
ܚܕܠܝܢ ܡܫܡܫܐ ܐܝܟ ܚܠܝܐ ܘܐܬܕܡܝ
ܠܐܪ̈ܝܐ ܒܚܡܝܡܘܬܗ ܒܟܪ ܠܗ ܡܚܕܐ ܕܒܢ̈ܝܢ
ܡܪܝܡ ܘܐܝܟ ܒܚܕܘܬܐ ܕܥܠܝܡ̈ܐ :
ܩܢܐ ܚܪܡܗ ܡܢ ܕܡܐ ܕܩܛܝ̈ܠܐ .
ܘܣܦܪ ܣܝܦܗ ܡܢ ܦܓܪ̈ܐ ܕܒܥܠܕܒܒ̈ܐ
ܒܚܡܬܗ ܠܫܪ̈ܟܐ ܒܨܐ ܘܐܬܚܪܒ
ܥܘܠܐ ܒܓܘ ܒܥܕܢܗ . ܦܓܪ ܠܫܘܒܗܐ
ܒܕܝܠܗ . ܘܡܢ ܕܚܠܬܗ ܢܦܠܘ .
ܐܬܝܗܒ ܦܘܪܩܢܐ ܒܐܝܕܗ ܘܡܠܟ̈ܐ
ܣܓܝ̈ܐܐ ܐܡܪܪ . ܘܩܛܠ ܐܠܦܝܢ ܒܛܘܪ̈ܐ
ܘܪ̈ܒܘܬܐ ܒܦܩܥܬܐ . ܚܕܝ
ܝܥܩܘܒ ܒܥ̈ܒܕܘܗܝ . ܘܐܣܬܘܕܝ ܐܝܣܪܝܠ
ܒܣܘܥܪ̈ܢܘܗܝ . ܘܒܦܘܪܩܢܗ ܐܬܬܢܝܚܬ
ܐܪܥܐ ܘܫܠܝܬ ܡܢ ܫܥܒܕܐ . ܘܫܡܥܗ
ܢܦܩ ܥܕܡܐ ܠܣܘܦܝ̈ܗ̇ ܕܐܪܥܐ .
ܐܦ ܗܘ ܐܬܢܨܚ ܚܠܦ ܐܠܗܗ ܘܥܠ
ܥܡܗ . ܘܕܘܟܪܢܗ ܠܒܘܪܟܬܐ ܕܥܠܡ
ܠܥܠܡ .

ܘܗܠܝܢ ܐܦ ܗܢܝ ܕܥܠ ܡܠܘܐܐ ܗܘܬ
ܐܠܐ ܐܘܠܨܢܐ ܠܐ ܙܥܘܪܐ ܘܐܬܟܬܒ
ܒܟܬܒܐ

Haec,

Haec, ſcilicet, imago fuit noſtrae Perſequutionis; Populus ſiquidem graviſſimis premi tributis, ſimulque Sacerdotes vexari coeperunt: eamque nacti occaſionem ſuperbi homines modeſtiores deſpectui habere, profani ſanctos conculcare, fraus, & contumelia veritatem, atque innocentiam opprimere. Maligni, nimirum, improbique Regiorum vectigalium exactores, ut Sanctam Eccleſiae a Chriſto Domino adſertam libertatem diriſſimam in ſervitutem adigerent, Divinae Legis, quam illa conſtantiſſime profitebatur, obſervantiam, ſingulari impudentia, paullatim deturbarent, rectaque incedentes veritatis ſemita, objectis impedimentis, qua vi, qua fraude, ſeu remorarentur, ſeu etiam penitus avocarent, in omnes ſeſe verſabant partes, nihilque intentatum relinquebant [5].

Initium Perſequutionis.

5

Anno [6] centeſimo decimo ſeptimo Regni Perſarum, qui fuit trigeſimus primus Saporis Regis Regum, ea Populum noſtrum calamitas pervaſit; quum hac ipſa tempeſtate Seleuciae [7] & Cteſiphontis Epiſcopatum gereret SIMEON, cognomento [8] BAR-SABOE, ſibi adprime adcommodato; ipſius ſiquidem parentes ad Regum impiorum ornatum purpuram inficiebant: ille vero muricem, quo in Sanctorum Regno uſurus erat, proprio imbuit ſanguine. Hic ille Simeon fuit, qui pro Deo, & Populo ſuo vitam ſponte profudit, & ea, quae contra Eccleſiam nefas, ac libido moliebantur, perhorreſcens, Judam Machabaeum imitatus eſt, qui in ſimili temporum atrocitate mortem ultro oppetere non dubitavit. O inclytum Sacerdotum par, Judas, & Simeon! Alter enim Reipublicae ſuae libertatem armis, ſua alter morte reſtituit. Alter quum vinceret, laudibus celebratus eſt; alter, quum adeuſatus occumberet, de hoſtibus triumphavit. Judas hoſtilis effuſione ſanguinis gentem ſuam ad honoris, & imperii culmen

Anno Saporis Regis 31. Regni Perſarum 117. Chriſti 340.

6

7

8

Simeonis Barſaboe, Epiſcopi cum Juda Machabaeo comparatio.

men extulit: ſui Simeon libamine ſervitutis jugum a Populi ſui cervicibus depulit. Ambo fuere ſummo Saeerdotio inſigniti: ambo ſacro Ephod amicti: ambo Altari ſancte miniſtrarunt: ambo venerandum Miniſterium ſanctiſſimis moribus decorarunt: ambo ſacris aquis luſtrati: ambo ſumma eum animi alacritate uvae ſanguinem protulerunt: ambo vehementibus gentem ſuam orationibus ad virtutem adcenderunt: ambo armis metuendi, ambo eonfidenter, eonſtanterque mortem ſibi adcerſiverunt, & interfectores ſuos generoſi, alacreſque provocarunt, quum in haſtas fortiter irruerent, & ſtrictis enſibus, triumphantium more, eaput objicerent: ambo demum glorioſo cruore abluti, occubuere. Hi ſunt, qui ealicem cum laetitia propinarunt, & munera probe ae liberaliter diſtribuerunt, coronaſque pro meritis diſpenſarunt. Hi ſunt, qui Domini ſui mandatum diligenter, adcurateque exſequutioni mandarunt, & Divinam Legem ſancte colere, tuerique ſategerunt. Alter quidem Dei praeceptum, ut Judex, explevit, animam pro anima ad necem repetens, & ipſe neci datus, ſalutem ſuis, & incolumitatem quaeſivit; alter, quaſi ſervus, juxta Sancti
Matth. 5. 39. Evangelii monitum: *Si quis te percuſſerit in maxilla tua &c.* cervicem ferro praecidendam porrexit. Alter quum poenas exigeret, dedit; alter quum deprimeret, depreſſus eſt. Sed & alter, vita defunctos, lociſque ſubterraneis detentos Sacerdotio ſuo expurgabat; alter peccati morte peremtos ſuſcitabat. Externo alter bello, hoſtes caedens, defunctus eſt; alter caeſus, occultam pugnam confecit. O eximiam, praeclaramque Sanctorum mortem, praeſertim poſt illuſtrem quam de occulta illa noxa Servator noſter tulit triumphum! Judas ſuper caeſorum hoſtium acervos victor per ſe occubuit, ut per ſe item adſurgeret, ſuumque ſacerdo-

ܡܫܬܡܠܠ ܚܕ ܢܦܫܗ ܠܡܘܬܐ . ܬܠܝ
ܗܘܘ ܩܕܝ ܕܗܢܐ ܡܕܘܡܐ ܠܫܡܥܘܢ ܦܓܪܐ
ܕܚܠܬܐ ܡܡܕܥܐ ܡܫܡܫܢܐ ܡܕܒܚܐ
ܡܕܥܬܐ ܡܩܕܫܐ ܠܡܫܡܫܘܬܐ ܕܝܠܗ .
ܡܩܕܫܝ ܚܡܪܐ ܕܝܠܗܘܢ . ܡܣܬܝܟܝ
ܕܡܐ ܕܥܢܒܐ ܠܚܕܘܬܐ . ܡܫܩܠܝ
ܠܥܡܗܘܢ ܒܨܠܘܬܐ . ܡܠܒܒܝ ܢܝܚܐ
ܕܚܝܠܬܐ . ܡܬܒܝ ܠܡܘܬܐ ܒܚܝܠܬܐ .
ܡܬܡܪܝ ܠܩܛܠܐ ܫܠܝܛܐܝܬ . ܬܘܒ ܠܗ
ܠܩܛܠܐ ܠܦܘܠܚܢܐ : ܡܕܪܟܝ ܠܗܦܟܐ
ܢܨܝܚܐܝܬ . ܡܩܪܒܝ ܒܕܡܐ ܥܡܠܝܗܘܢ .
ܡܥܡܕܝ ܒܕܡܐ ܢܨܝܚܐܝܬ . ܡܩܠܝܠܝ
ܕܩܪܐ ܠܡܠܝܬ . ܗܢܘܢ ܬܠܬ ܦܠܝܬ .
ܫܒܩܝ ܟܘܡܪܐ ܡܢܗܘܢ ܝܗܒܘܗܝ .
ܢܛܪܝ ܦܘܩܕܢܐ ܕܡܪܗܘܢ ܕܚܠܬܐ .
ܘܢܛܪܘܗ ܠܢܡܘܣܐ : ܒܝܢܝ ܕܢܡܘܣܐ
ܫܠܡ ܢܦܫܐ ܚܠܦ ܢܦܫܐ ܘܩܛܠܘܗܝ .
ܘܐܚܪܢܐ ܦܪܩܗ ܡܥܒܕܢܘܬܐ . ܕܫܠܡ
ܦܢܝ ܕܡܚܐ ܐܝܟ ܠܐ ܟܐܒ . ܗܘ ܝܗܒܗ
ܨܘܪܗ ܠܣܝܦܐ . ܚܕ ܟܕ ܐܬܥܒܕ ܗܘܐ
ܐܬܬܒܥ . ܘܐܚܪܢܐ ܟܕ ܡܟܝܟ ܗܘܐ
ܐܬܡܟܟ . ܚܕ ܒܟܗܢܘܬܗ ܠܡܝܬܐ ܥܡܠ
ܡܕܟܐ ܗܘܐ : ܘܐܚܪܢܐ ܒܡܘܬܐ ܕܚܛܝܬܐ
ܠܡܝܬܐ ܡܩܝܡ ܗܘܐ . ܚܕ
ܐܝܟ ܠܥܒܕ ܩܪܒܐ ܒܪܝܐ . ܘܐܚܪܢܐ
ܐܝܟ ܠܥܒܕ ܩܪܒܐ ܟܣܝܐ . ܐܘ ܩܛܠܐ
ܕܩܕܝܫܐ ܡܥܠܝܐ ܦܪ ܐܝܟ ܢܨܝܚܐܝܬ
ܕܟܘܠܗܘܢ ܒܬܪ ܫܥܬܐ ܗܝ ܕܢܨܝܚܬܐ ܠܐ
ܣܛܝܬܐ ܒܡܫܟܬܐ . ܘܐܦ ܝܗܘܕܐ ܟܕ
ܐܬܩܛܠ ܒܡܘܬܐ ܟܕ ܢܨܚ ܐܝܟ ܕܢܬܩܝܡ
ܢܨܝܚܐ ܥܠ ܩܛܠܐ ܒܥܒܕܐ ܕܢܦܫܗ .
ܘܠܐ ܥܡܗܘܢ ܒܗ ܢܦܠ ܒܢܝܫܐ ܟܕ ܩܡ
ܐܝܟ ܕܢܬܩܝܡ ܢܬܒܥܐ ܦܪ ܟܘܡܪܘܬܐ
ܟܗܢܐ

[illegible]

cerdotium proprio ſanguine dedicaret. Simeon haud ſecus humi adflictus, indeque per ſe pariter erectus, & victor effectus, cervicem extulit, ut mox ſubmitteret, ſuas excepturus aquas, quibus in Pontificem expiaretur. Judas in Deo, omnium Spirituum Domino, roboratus, gentem ſuam tributis, quae Syriae, Graeciaeque Regibus pendebantur, relevavit: Simeon Jeſu, filii Dei, ope ſuperatis hoſtibus, populum ſuum, exactionibus graviſſimis oppreſſum, a ſervitute Perſarum Regum vindicavit. Hi ſunt duo veri Paſtores, & ſapientiſſimi Rectores, qui pro ovibus, ſibi concreditis, ſuas floccifecere animas, ut exitium, perniciemque ab illis averterent. Periere ipſi, ne oves illae perirent, ſed ad caulas reductae, communis victoriae fructum decerperent: dumque Gregis ſui ſaluti conſulunt, adfligi ſe, conculcarique paſſi ſunt, ne ille paſcua, alienis infecta veſtigiis, contingeret, & ovicularum ſuarum amore adcenſi, exagitari, vexarique maluerunt, ne illae aquas, Infidelium pedibus turbatas, mortifero hauſtu ebiberent.

S. Simeonis Epiſtola ad Perſarum Regem.

Quamobrem Simeon, Pontifex clariſſimus, in Domino ſuo conroboratus, & Deo ſuo confiſus, hoc Regi perferendum dedit reſponſum: Chriſtus Eccleſiam ſuam ſua redemit morte, ſuoque ſanguine populum ſuum in libertatem vindicavit, & depulſo a cervicibus noſtris ſervitutis jugo, nos graviſſimis adflictos oneribus recreavit. Ampliſſima inſuper praemia in ſeculo futuro pollicitus, ſpes noſtras erexit; ejus quippe imperium ſempiternum eſt, nec ullo unquam aevo interiturum. Interea dum Jeſus Rex Regum erit, fixum nobis eſt, jugum, quod in nos meditamini, in cervices noſtras haudquaquam admittere. Iſtuc crimen a nobis avertat Deus; ne libertatem, qua donati ſumus, ſervituti mortalium poſthabeamus. Dominus, cui obſequi,

& obtemperare nobis deliberatum eſt, veſtri principatus author eſt, ac moderator. At enim iniquum conſervorum noſtrorum imperium pati non ſolemus. Praeterea quum Deus noſter ejus, quod loco Numinis colitis, author ſit, & conditor; res ab illo conditas, vobiſque pares, ipſi Deo aequare, impium ac nefarium ducimus. Aurum inſuper petitis, nobis nec aurum, nec opes ſuppetunt, quibus a Domino vetitum eſt, aurum, argentumve in marſubiis habere; praeſcriptumque ab ejus

1. Cor. 7. 23. Apoſtolo: *Empti eſtis pretio magno, nolite fieri ſervi hominum*. Haec Si-

9 meon [9].

Regis Reſponſum.

Quae Regi continuo delata, ſumma cum indignatione excepta ſunt, juſſuſque nuncius hocce reſponſum ad B. Antiſtitem referre. Itane deſipis, ut tua iſthac audacia non modo tuam, verum etiam tuae gentis ſalutem in diſcrimen vocare non dubites, ac tibi, tuiſque mortem arceſſere? Tua, nimirum, tibi ſuaſit ſuperbia, & immanis adrogantia, ut populum tuum ad defectionem concitares. Mihi itaque modo curandum eſt, ut conſpirationem iſtam perfringam, peſſimamque hanc luem aboleam, & vos ab hominum conſortio, memoriaque penitus deleam. Haec Rex.

Chriſtus pro omnibus mortuus.

Quibus tamen haudquaquam commotus fortiſſimus Simeon, iſthaec reposuit. Quandoquidem Jeſus pro univerſo mundo ſaeviſſimae morti ſponte ſe obtulit, ipſumque mundum moriendo redemit, quid ego tantillus pro hac gente vitam profundere dubitem, praeſertim quum ejus ſalutis procurationem ipſe ultro ſuſceperim? Quocirca

S. Simeonis conſtantia.

hoc ratum habeas velim, nihil mihi deliberatius, quam neci offerre caput, ne tibi gregem meum prodam, tributis diriſſime adfligendum. Neque enim juvat me vivere, dum abſque ſcelere vivere non licet; nec pro hac lucis uſura committam, ut qui a Domino

ܘܗܕܐ ܕܐܡܪܬ. ܕܢܦܠܘܢ ܐܢܘܢ ܠܐܢ̈ܢܩܐ.
ܗܕܐ ܕܐܢܐ ܗܘ ܫܠܐ ܕܫܠܝ ܡܬܦܢܩ
ܐܬܒܣܡ ܘܐܢܐ ܡܚܝܐ ܡܫܟܚ ܐܢܐ
ܫܩܠܝܢ ܐܢܘܢ ܠܗܕܐ ܘܠܐ ܗܘܝܢ
ܠܢܦܫܗܘܢ. ܘܡܢ ܕܚܝܠܐ ܐܝܬ ܠܗܘܢ
ܗܕܝܢ.

ܫܒܩܝܢ ܐܢܫܐ ܡܫܡܫܢܐ ܘܡܫܡܫܢܐ
ܡܠܟܐ ܕܒܝܫܐ ܡܫܡܫܐ ܕܐܝܟܐ ܗܘܐܬ
ܗܟܢܐ ܒܠܒܗ ܢܗܘܐ ܗܘܐ ܘܐܠܒܫܗ ܐܝܟ
ܢܒܝܐ ܠܗܘܒܐ ܘܠܡܠܟ ܢܗܘܗ ܡܫܟܚ
ܩܢ̈ܘܗܝ ܘܐܬܚܙܝ ܠܡܠܟܐ ܘܐܬܡܫܡܫ
ܠܗܡܐ ܒܐܬܠܘܬܗ ܠܡܠܟܐ ܕܡܠܟܐ
ܗܢܐ. ܘܐܬܒܥܝ ܠܡܠܟܐ ܒܗܕܐ
ܕܫܢܝܐ. ܗܢܘܢ ܒܫܠܡܐ ܗܘܐ ܘܡܫܟܢܐ
ܘܐܝܟ ܠܐܦܝ ܕܐܬܦܢܝܘ ܠܡܫܡܫܐ.
ܘܦܩܕ ܠܐ ܢܗܘܐ ܘܠܟܠܐ. ܕܡܠܟܐ
ܗܘܦܟܐ ܕܫܘܚܠܦܐ ܗܘܐ ܗܘܐ ܒܗܘܢ
ܡܛܠ ܕܐܢܫܝܢ ܡܫܡܫܝܢ ܕܐܬܒܣܡ
ܘܐܬܡܫܡܫ ܗܘܐ ܕܝܢ ܘܐܬܦܩܕܬ.
ܘܡܢܗܘܢ ܠܐ ܢܫܬܐܠ ܕܫܐܠ ܐܝܟܐ
ܠܝ ܡܠܟܐ ܕܐܬܠܝ ܡܠܟܘܬܝ ܘܐܦܠ
ܕܫܠܡ ܒܗܘ ܕܠܐ ܗܘܐ ܗܠܝܢ ܡܠܟܘܬܝ
ܕܝܠܝ ܡܢܗ.

ܚܡܬܐ ܕܝܢ ܒܡܠܟܐ ܐܝܟ
ܒܝܬܗܘܢ ܐܪܝܐ ܗܘܐ ܫܩܝܠ
ܘܕܡܐ ܗܘܐ: ܡܟܝܢ ܐܝܟ ܐܪܝܐ
ܕܢܬܒܥܐ ܒܚܝܠܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܠܡܫܬܐ
ܘܠܐ ܠܡܠܟܘܬܐ. ܐܝܟ ܕܐܢܫܐ ܠܐ
ܒܟܠܗܝܢ ܗܕܡ̈ܘܗܝ ܕܦܓܪܐ ܡܠܟ
ܕܢܫܟܚ ܗܘܐ ܘܐܦܢܐ ܕܠܐ ܗܘ
ܕܐܢܫ ܡܠܟܐ ܠܚܡܬܐ ܐܝܟܐ ܘܥܒܕܬ
ܩܕܝܫܐ ܕܡܠܟܘܬܗ ܘܡܩܕ̈ܫܐ
ܥܡܐ ܘܐܟܠܐ ܐܪܥܐ ܕܐܬܚܙܝ.
ܕ

no meo liberi effecti ſunt, ſervitutis aerumnis conficiantur. Egone in otio ac deliciis aevum tranſigam? Proeul avertat Deus tantum nefas, ut ſummo eorum periculo, quos ſuo ipſe redemit ſanguine, incolumitatem mihi procurem meam, aut animarum pretio, quas Chriſtus ſua dignatus eſt miſeratione, vitae meae commoda emta velim, aut corporum, Jeſu nece a ſervitute vindicatorum, graviſſimo labore corpori meo delicias quaeram. Neque enim uſque eo aut ignava voluntate ego ſum, aut inerti pede, ut Jeſu veſtigiis inſiſtere; ejuſque Paſſionis viam inire reformidem, aut in ejus, in quo verus Pontifex immolatus eſt, ſacrificii communionem venire perhorreſcam. Fixum ergo eſt, pro grege meo cervicem ferro tuo tradere, atque mori. Oppido quam infima, quam nullius momenti mors mea eſt, ſi eum morte tanti pretii conferatur, quam gregis hujus Dominus pro eo ipſo ſuſcepit! Quod autem Religionis meae alumnis exitium comminaris, id impietati tuae, non meae & in Deum, & in populum ejus optimae voluntati eſt adſcribendum: atque adeo tuo flagitium hoc immaniſſimum, non meo ſanguine eluendum. Ego vero, & populus meus ab hoc ſcelere puri, & immunes erimus. Fortis enim ac praeſens illis pro ſua ſalute animus eſt. Id vero expertus diſces.

Tum vero Rex, leonis adinſtar, qui deguſtato hominum cruore, ad caedem, & praedam rapitur, vehementiſſime exarſit, conceptamque in pectore iram inſana totius corporis perturbatione in omnia membra effudit. Infrendebat dentibus, ringebatur ore, perinde ac ſi omnia eſſet everſurus atque contriturus: adeo ſe totum concutiebat, concitabatque, innoxium ſanguinem lambere, Sanctorumque carnes vorare geſtiens. Irrugiit tandem horrendum in modum, terramque hor-

Sapor in Chriſtianos animadverti abet.

C 2 renda

renda oratione commovit, atque edixit, ut in Sacerdotes, ac Levitas ſine cunctatione animadverteretur, Aedes Sacrae funditus exſcinderentur, ſanctiſſima Religionis monimenta conſpurcarentur, direptaque Sacri miniſterii inſtrumenta in profanos uſus abjicerentur. Quandoquidem Simeon, ita Rex furore concitus, iraque diſflagrans, quandoquidem Simeon, veneficorum hominum coripheus, Regalem majeſtatem meam contemtui habet, uni Caeſari obſequitur, ſolum ipſius Deum colit; meum vero irridet plane atque aſpernatur: coram me ergo in ejus audaciam quaeſtio habeatur, coram me de ipſo judicium enuncietur.

Judaei Chriſtianis ſemper infeſti.

Hanc nacti occaſionem Judaei nobis nunquam non infeſti, quo graviorem adhuc in invidiam, diſcrimenque ſuis obtrectationibus, fictiſque, ut adſolent, criminibus nos, & Simeonem adducerent, nullum non movebant lapidem. Neque enim opportuno adeo tempore, Religioni, rebuſque noſtris omnibus exitioſiſſimo, ad explendum inſenſiſſimum, quo nos abominantur, odium, ſuam deſiderari patiuntur, aut calumniam, aut impietatem. Sic olim Pilatum ad inferendam Chriſto necem clamoribus compulerunt. In hanc vero cauſſam ſeſe impudentiſſime intrudentes, iſthaec temere effutiebant. Si tu, o Rex, literas Caeſari dederis & ſapienter, & magnifice ſcriptas, vel munera eximia, & perhonorifica miſeris, ea minimi fient, ac nullo ſere in pretio habebuntur; at ſi contra Caeſari obtingat, a Simeone minutam Epiſtolam, atque adeo fortaſſe & leviſſimum epiſtolae fruſtulum, accipere, protinus adſurgit, viles ſchedas adorat, & dextra, laevaque complexus, negotia in iis expoſita ſtrenue expediri mandat. Quam ſimiles ſunt hi Simeonis delatores nefariis illis teſtibus, qui in ejus Dominum inſurrexerunt! Atque Judaei

Regem in S. Simeonem inſtigant.

Judaei S. Simeonis delatores, Hieroſolymitani Templi inſtauratione aggreſſi, repente opprimuntur.

[illegible]

ܡܛܠ ܠܡܥܒܕܢܘܬܐ ܕܩܛܘܠܘܬܐ ܡܪܢܝܐ
ܓܠܝܢ . ܘܡܢ ܐܝܩܪܐ ܪܡܐ ܡܠܟܐ
ܡܢ ܡܘܬܒܐ ܪܒܐ ܕܗܘܐ ܐܝܬ ܠܗܘܢ
ܪܡܐ ܕܫܩܝܥܐ ܘܩܛܘܠܐ ܕܒܥܠܕܒܒܝܗܘܢ
ܡܛܪܕܝܢ . ܘܥܢܕ ܒܟܠ ܐܬܪ . ܘܡܫܬܕܪܝܢ
ܘܐܦ ܗܢܘܢ ܐܟܠܩܪܨܐ ܕܥܠ ܫܡܥܘܢ ܐܡܪܘ ܠܗ .
ܒܥܩܐ ܢܠܝܢ ܕܠܗܘܢ ܡܠܐ ܕܒܥܢܝܢܐ
ܡܬܠ ܡܢܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܕܝܠܗ ܗܦܟܐ
ܘܗܘܬ ܘܡܢܐ ܠܐ ܗܦܟܐ .
ܒܬܪ ܥܡܠܘܢ ܐܡܪ . ܕܡܢ ܫܡܝܐ
ܗܦܟ ܗܘܬ ܡܬܠ ܕܠܗ ܒܥܠܕܒܒܐ
ܐܝܟ ܗܘܬ . ܘܐܦ ܠܐ ܕܐܬܐ ܠܠܐܗܘܢ
ܥܒܕܐ ܡܬܩܢܐ ܗܘܬ ܐܝܟ ܕܢܘܡܝܐ .
ܡܬܓܥܠܐ ܕܝܢ ܐܦܪܝܢ ܗܘܘ
ܕܗܘܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܠܐ ܢܗܘܐ ܡܡܠܠ ܢܦܫܐ
ܕܢܥܒܕ ܥܠ ܡܠܟܘܬܝ . ܡܛܠ ܠܐ ܘܠܐ ܠܗ
ܕܝܢܐ .
ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܫܡܥܘܢ . ܕܠܐ ܬܦܩܘܢ
ܠܗܘܢ ܐܘ ܬܪܥܐ ܕܐܠܗܝܢ ܘܐܦܪܝܢܢ
ܘܐܦ ܠܟܢܘܫܬܐ ܗܘܬ ܡܢ ܐܠܗܐ . ܠܐ
ܘܐܦ ܠܝ ܒܡܫܝܚܘܢ ܒܥܠ ܚܝܢ ܐܠܗܝܢ
ܕܢܦܠܘܢ .
ܡܠܟܐ ܐܡܪ ܕܗܘܐ ܫܡܥܘܢ
ܠܥܠܬܐ : ܠܐ ܒܝܘܡܐ ܗܠܝܢ ܐܠܐ ܠܝ
ܫܡܥܘܢ ܗܦܘܟ ܒܥܝܢ ܢܦܫܐ
ܠܫܡܥܐ ܐܠܗܐ ܚܝܐ ܐܝܬ ܘܡܢܘ
ܚܙܝܢ .
ܒܬܪ ܫܒܥܐ ܘܐܡܪ . ܕܐܝܟܐ ܠܝ
ܒܪܐ ܐܬܡܠ ܫܡܥܐ ܕܐܝܬ ܒܝ ܒܥܝܐ
ܘܫܡܥܬ ܠܐ ܗܦܟܬ ܐܡܪܐ ܠܫܡܥܐ
ܗܦܟ ܐܢܐ ܕܗܘܐ ܠܗ ܒܗ ܠܥܠܐ ܕܒܝܕܗ
ܘܒܥܕ ܠܝ ܕܗܦܟܬܘܢ ܐܢܐ ܡܢܢ ܕܢܦܠ
ܕܡܬܒܥܢܝܢ ܐܢܐ . ܘܗܫܐ ܕܐܡܪܬ .
ܕܡܬܦܠܠܬ

daei quidem, Dominicae necis machinatores, ex eo honoris faſtigio, quod antea occupaverant, in ſummum dedecus, & infamiam dejecti, tamquam homicidae, exules, extorres, profugi, per omnes terras vagantur; qui vero adverſus Simeonem calumniam ſtruxere probroſiſſima adfecti ignominia, mortalium maledictis, & ſibilis exagitati ſunt. Injuriam quippe retorſit in authores ferrum illud, quo repente oppreſſa ſunt multa hominum millia, quum impoſtoris cujuſdam ſuaſu, ad inſtaurandam Hieroſolymam frequentiſſimi confluxiſſent [10]. 10

Simeon itaque eatenis vinctus Seleucia ad regionem [11] Huzitarum deportatur una cum duobus ſenibus ex duodecim Eccleſiae ſuae Presbyteris, quorum alter [12] ABDHAICLA, HANANIAS [13] alter dicebatur. Quumque per Urbem [14] ſuam duceretur, & ſatellites viam, in qua auguſtum Chriſtianis Templum fuerat, prope ingreſſuri eſſent, rogavit Simeon, ut ab eo loco diverterent; quandoquidem paucis ante diebus Aedes illa Magorum opera in Collegium, ſeu Synagogam Judaeis ceſſerat. Ajebat enim: Ne forte mihi, Eccleſiam funditus convulſam contemplanti, animus deficiat, aut perturbetur, quando hiſce longe acerbiora me manent.

S. Simeon cum Abdhaicla, & Hanania Presbyteris comprehenſus.

11
12
13
14

Confecta itaque magnis itineribus intra paucos dies via, Satellitibus feſtinationem urgentibus, Sanctus Simeon [15] Ledan (urbis id nomen eſt) pervenit. Quod ubi Magnus Praefectus reſcivit, illico Regi nunciat, adeſſe veneficorum Ducem; continuoque Simeon eſt introductus; nec tamen Regem adoravit. Quamobrem vehementer ille indignatus: Nunc vero tandem, ait, jam plane ſentio, oculiſque meis percipio quae adverſus te mihi deferebantur. Eccur, miſer homuncio, pridem adorare me ſolebas, nunc vero mutata ſententia, hunc mihi honorem denegas? 15

Et ad Regem deductus,

Ab ejus adorationes bilinet.

Cui

Cui Simeon: Nimirum nec pridem vinctus te conveni, neque, prout hodie fieri video, ad ejurandum Deum verum fui antehac arceſſitus.

Perduellionis accuſatur. 16 Porro [16] Magi, qui frequentes aderant: Conjurationem, ajebant, in te, tuumque Regnum, potentiſſime Rex, iſtum machinari; ac proinde morte multandum, quis dubitet, quando tributa ſe perſoluturum, detrectat?

Quibus Simeon: Scilicet, impuriſſimi homines, a Deo vos deſciviſſe, hoc vero Regnum peſſumdediſſe, minimum vobis erit, niſi & nos ad nequitiam veſtram protrahere, atque adeo in eandem calamitatem inducere moliamini?

Sol tamquam numen colendus Simeoni proponitur. Jam vero, tum aequabiliore vultu inquit Rex, diſceptationem hanc miſſam facias velim, & mihi, in te optime conſulenti, advertas animum,

17 ut ſolem [17] Deum in poſterum colas. Hoc enim tuae, tuorumque ſaluti nihil conſultius.

At Simeon: Te, o Rex, adorare nolim, qui ipſe ſolem longe excellas, utpote & mente & ſapientia praeditus. Quî ergo ita deſipiam, ut iſtum colam inanem Deum, & rationis expertem; quippe qui neutrum noſtrum internoſcat, ut te quidem ſibi obſequentem honore adficiat; me autem ſibimet inſultantem plectat? Quod vero ajebas, populi mei ſalutem, me adnuente, in tuto fore, ſcias velim unum Dominum nobis Chriſtianis eſſe Chriſtum, Cruci adfixum. Quamobrem mihi, qui ſervus ejus ſum minimus, fixum eſt, pro ipſo, pro me, pro populo meo mortem oppetere, ignaviam odiſſe, invicti animi virtutem induere, dedecus, & infamiam fugere, decus, & honorem ſectari. Nec is ego ſum, qui nugis capiar, ut adſolent pueri; ſed, quod ſenem decet, opus meum integre, ſancteque perſequar; nec de his vobiſcum deliberandum mihi, cui meliorem mentem indulſit Deus.

Unus Dominus Chriſtianis Chriſtus Cruci adfixus.

Rex

Rex ad haec: Si utique Deum vivum coleres, excuſarem inſaniam; atqui infelici trabi ſuſpenſum periiſſe Deum tuum mox adfirmabas. Apage ergo iſta, Simeon, & ſolem adora, cujus numine conſtant univerſa. Id ſi feceris, opes, honores, quantopere volueris, eximios, ampliſſimaſque Regni mei dignitates tibi polliceor.

Ad ejurandũ Chriſtum tentatur.

Simeon vero: Solis, inquit, Dominus, & hominum conditor Jeſus, quum inter inimicorum manus ageret animam, ſol, quaſi ſervus, hero moriente, luxit; ille vero mortuus revixit poſt triduum, & in Caelum, Angelis feſto cantu deducentibus, conſcendit. Fruſtra itaque muneribus, & donis me adlicis, atque honores, ac dignitates ſperare jubes, hominem, ſcilicet, cui perſuaſum eſt, honorum, dignitatumque faſtigia, tuis quidem longe ſublimiora, ſibi eſſe repoſita, ac immenſos theſauros, nec ipſa tibi fama notos, mihi vero in hac, quam profiteor, fide & religione paratos, atque collectos.

Jeſus ſolis Dominus, & hominum conditor.

Tum Rex: Non recte ſapis, Simeon. Neque enim rationi conſentaneum eſt, multos inde perire homines, ut tua tibi opinatio, & mens ſalva ſit. Parce, quaeſo, ſaluti tuae, parce ſanguini infinitae multitudinis, in quam, mihi ratum eſt, hanc ob cauſſam animadvertere, eandemque poenam indicere.

Cui Simeon: Si immerentium Chriſtianorum ſanguinem fuderis, quantum ſcelus admiſeris, intelliges eo die, quo tua in caput noſtrum decreta, actave in cognitionem publicam vocabuntur, totiuſque anteactae vitae tuae ratio a te exquiretur. Mihi contra exploratum eſt, iſtos quidem praeſentis vitae uſuram cum Regno ſempiterno commutaturos; ipſorum vero exitium tuo tibi luendum capite. Quod mea intereſt, nihil mihi antiquius, quam vitam, in Chriſto mihi repoſitam, neutiquam projicere, lucem autem, qua in hoc ſecu-

Supremum Judicii diem Regi objicit.

ſeculo utor, caducam & fluxam habeas tibi: Tuo enim ſubeſt arbitrio, atque poteſtati: idcirco quantocius, ut vis, illam mihi eripere feſtina.

Tum Rex: Siquidem, inquit, pro tua hac inſolentia, quae modo cunctis innotuit, te non miſeret tui? Ego tamen ſectatores tuos ſervare omnino ſatagam; eos quippe ſupplicii tui acerbitate ab hujuſmodi inſania revocatum iri confido.

Expertus diſces, reſpondit Simeon, non eos eſſe Chriſtianos, qui vitae, quam in Deo repoſitam habent, jacturam facere velint, ut una tecum vivant. Eja age tormentorum tuorum flammis explora hoc aurum, & agnoſce Chriſtianorum in bona cauſſa invictos animos, nec ſaevitie tua unquam frangendos. Singuli, nimirum, veritatem intimis ſenſibus alte impreſſam, fixamque habent, pro qua acerbiſſima quaeque pati malint, quam in tuam concedere ſententiam. Hoc ſemel diſcas velim, o Rex, nos cum hac tua magni nominis corona auguſtum & ſempiternum nomen, quod nos Chriſtiani a Chriſto omnium noſtrum Servatore accepimus, nunquam commutaturos.

Tum Rex: Atqui profecto, ait, ſi mihi coram Proceribus meis habere honorem nolis, aut me una cum ſole totius Orientis numine adorare abnuas, ſtatim ipſo proxime futuro die grave iſtud oris tui decus diriſſime contundam, & venerandum hunc corporis tui habitum deformabo, tuoque ſanguine cruentabo.

Simeon Regem ſoli praefert, & carnis reſurrectionẽ ad ejuſdem minas opponit.

Cui Simeon: Ais, ſolem eſſe Deum, quando tibi, qui homo es, illum aequalem facis? Parem quippe tibi cum illo cultum modo depoſcebas. Si tamen ſapis, tu utique illo major es. Quod autem minaris, te carnis hujus qualemcumque ſpeciem deleturum, habet iſta reparatorem, qui eam ſuſcitabit, ipſique cum foenore reſtituet hunc

ܠܫܘܒܚܗ ܡܫܠܡ ܠܡܪܗ ܕܐܦ ܓܒܠܗ
ܘܠܒܥ ܡ̈ܢܝܐ ܠܡܕܡܐ ܕܠܟܠ . ܘܫܒܚܗ
ܬܒ ܒܡܘܬܗ .

ܘܟܕ ܡܢܝ ܕܢܦܩ ܗܘܐ ܡܠܟܐ
ܕܢܬܛܪܘܢܝܗ ܗܘܐ ܒܝܚܘܬܐ ܕܡܢܚܕܬܐ
ܕܚܫܒ ܗܘܐ : ܕܗܘ ܗܘܐ ܡܢ ܡܠܟܐ
ܠܐ ܐܬܦܢܝܬ : ܡܥܒܕ ܠܡܠܬܗ ܒܬܪܥܐ
ܘܐܡܪ : ܕܡܠܟܐ ܗܘ ܗܘܐ ܥܒܘܕܬܐ
ܕܐܢܫܐ ܫܠܝܛܐ ܘܡܣܝܡ ܗܘܐ ܒܟܢܫܐ
ܗܢܐ ܘܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܒܟܠܗ ܡܠܟܘܬܐ
ܐܝܬ ܐܘܪܙܒܕܐ : ܡܫܡܗܐ ܗܘܐ ܚܝܠ
ܒܒܝܬܐ ܘܥܠܡܐ ܕܐܬܩܪܝ ܓܘܫܬܙܕ
ܡܕܡܢ . ܡܠܟܐ ܐܝܬ ܡܢ ܩܕܡܝ ܘܐܬܟܠܝ
ܐܝܬ ܐܝܟ ܕܒܕ ܩܕܡܝ .

ܗܘ ܕܝܢ ܟܕ ܚܙܐ ܓܘܫܬܙܕ ܘܐܡܪ :
ܕܐܬܐ ܚܕ ܡܘܬܐ ܐܢܐ : ܦܘܩܕ ܫܠܡ
ܠܝ .

ܗܘܝܢ ܡܠܟܐ ܕܒ ܕܡܪܗ . ܦܩܕ
ܕܢܬܐ ܡܕܡܝܢ : ܐܝܟ ܕܡܢ ܦܘܡܗ
ܕܢܗܘܐ ܐܣܛܘܢܝ ܕܥܠܬܗ ܕܓܘܡܬܐ ܗܕܐ :
ܡܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗ : ܕܗܐ ܐܢܬ ܠܐ ܕܗܘܐ
ܣܓܝ ܒܥܕܢܐ ܠܡܠܟܘܬܝ .

ܓܘܫܬܙܕ ܐܡܪ . ܟܠ ܕܗܘܐ ܠܐ
ܐܢܐ ܠܐ ܒܫܢܬܐ ܘܕܝܢܐ ܕܡܪܐ
ܐܢܫ .

ܡܠܟܐ ܐܡܪ . ܘܐܡܪܐ ܠܟܠܢ ܐܩܕܡܬܐ
ܐܝܟ ܥܝܢܐ ܘܡܠܠ ܐܢܬ ܠܝ . ܕܝܢ ܡܢܐ
ܐܢܐ .

ܓܘܫܬܙܕ ܐܡܪ . ܡܠܟܘܬܐ
ܕܟܝܬ ܗܘܐ ܕܠܐ ܐܬܚܡܬ ܠܟܢܝܫܐ ܠܐ
ܠܗ ܐܠܐ ܘܠܐ ܠܗܘܢ : ܟܠܗ ܐܢܫ ܐܝܟ
ܢܚܬ ܘܐܦܩܬ ܥܒܕܗ ܡܢܟܝܬ
ܒܢܚܢܝ : ܡܢܝ ܕܐܠܗܐ ܘܡܫܟܚܬ
ܐܢܫܐ

hunc alioquin contemnendae gloriae ſplendorem; ille enim e nihilo ipſam condidit, & ornavit.

Poſtremum Rex edixit, ut Simeon in ſequentem diem vinctus ſub cuſtodia detineretur, ratus ipſum, re interim melius perpenſa, mentem mutaturum. Conſederat ad Regias fores, qua Simeon ducebatur, Eunuchus quidam ſenex, Regis nutricius, & Arzabades, [18] (dignitatis id nomen eſt) vir in toto Regno ſpectatiſſimus, [19] GUHSCIATAZADES nomine, quod nobilem, ſeu Regni procerem recte vertas. Hic Regis, Chriſtianos peſſume adfligentis, immanitatem reformidans, quam profeſſus fuerat, Chriſtianam fidem dudum abdicaverat, ſolemque palam coluerat. Tum vero Simeonem eo adventantem in genua procumbens ſalutavit. Aſt vir ſanctiſſimus hominem ſuo conſpectu indignum arbitratus, vultum alio convertens, ceu indignabundus infremuit. Qua tacita objurgatione vehementer commotus Eunuchus, & impii facinoris memor, continuo ingemuit, obortiſque lacrymis: Atqui ſi Simeon, ajebat, mihi ceterum amore, & neceſſitudine conjunctiſſimus, tanta in me exarſit indignatione, qualem ſe mihi praebebit Deus, cujus fidem prodidi? Haec ſecum ipſe reputans, propere contendit domum, depoſitiſque pretioſis veſtibus, pullas, [20] luctus, nimirum, & maeſtitiae indices, induit, atque in Regias Aedes reverſus, eodem in loco, unde diſceſſerat, atratus reſedit.

18

19 Gubſciatazades Eunuchus, a S. Simeone objurgatus,

Ad Chriſtianam Fidem revertitur.

Ejus Poenitentia.

20

Quae res univerſos illac commeantes admiratione perculit, nec Regem latuit, qui etiam hominem miſit, qui Eunuchum rei tam inſolitae cauſſam ſuo nomine rogaret, his verbis: Ecquae tua iſthaec eſt inſania, ut me incolumi, & diadema capiti meo impoſitum geſtante, tu modo luctum proferas, & atratus incedas? Utrumne tibi filius interiit, an uxoris exſtinctae cada-

cadaver jacet tibi, domi inhumatum? Quum autem nihil hujuſmodi tibi contingere potuerit, miror, te in hoc luctu & ſqualore eſſe, perinde acſi iſtas calamitates patereris. Haec nuncius.

Cui Guhſciatazades haec Regi, ſuo nomine referenda, repoſuit: Reum me haud inficior; age ergo, & me, ſummo ſupplicio dignum, duci jube.

Hujus porro orationis quum Rex neque principium invenire, neque evolvere exitum poſſet, advocari Eunuchum juſſit, ab ipſomet inopinati hujus eventus cauſſam coram ſciſcitaturus. Tum praeſentem ſic adfatur: A nefario te ſpiritu correptum arbitror, qui Regno meo iſta hodie ominaris.

At Guhſciatazades: Nullus me, inquit, ſceleſtus adflavit ſpiritus: mei compos plane ſum; ſapio, & ſentio, uti conſentaneum eſt ſapere, & ſentire ſenem.

Quorſum ergo, intulit Rex, atratus nobis modo prodiiſti, furentium in modum? Miſſo praeterea nuncio, te vita indignum mox teſtabaris?

Nimirum, inquit Guhſciatazades, me ad hunc luctum, ſqualoremque deduxit meae in Deum, atque in te ipſum perfidiae crimen; in Deum quidem, quia datam ipſi fidem fregi, & veritatem tuae benevolentiae poſthabui; in te vero, quandoquidem ſolem adorare juſſus, ſimulate ficteque idipſum praeſtiti. Longe enim aberat, ut animus operi conſentiret.

Ad haec Rex ira deflagrans: Haeccine, inquit, ſtultiſſime ſenex, cauſſa eſt doloris tui? Aſt ego te eo protinus liberandum curabo, ſi tamen in impia hac opinione perſtiteris.

Confeſſio. Tum Guhſciatazades: Caeli, inquit, terrarumque Dominum teſtor, me tibi poſthac neutiquam obſequuturum, neque id denuo facturum, quod ſemel actum doleo. Chriſtianus ſum, & Deum verum cum homine perfido non amplius commutabo.

Mi-

ܠܫܠܕܐ ܬܪܝܐ ܘܠܐ ܩܒܝܪܐ .
ܡܠܟܐ ܕܝܢ ܒܡܠܬܐ ܗܕܐ ܐܫܬܕܪ
ܟܪܘܙܐ ܘܐܡܪ ܕܗܘܢܗ ܒܠܗ ܐܝܟܢ ܐܘ
ܗܠܝܢ ܗܘܐ . ܐܝܟ ܡܢܐ ܐܢܬ ܐܝܟܢ
ܘܣܝܡ ܒܚܫܐ ܕܗܠܝܢ . ܠܝ ܗܘ ܕܬܗܪܐ
ܐܬܚܫܬ ܕܫܡܥܬ ܡܢܟ ܐܢܬ .
ܓܘܫܬܐܙܕ ܐܡܪ ܐܥܢܐ ܘܡܫܬܘܕܐ
ܠܡܠܟܐ ܡܢ ܫܡܗ ܘܐܡܪ ܕܗܟܢܐ
ܕܚܛܝܐ ܥܒܝܕ ܐܢܐ ܠܐ ܟܦܪ ܐܢܐ :
ܡܦܩܝܢܐ ܐܢܐ ܘܠܩܛܠܐ ܫܦܝܪ ܐܢܐ ܒܪܝ
ܒܕ ܐܝܟܐ ܕܪܫܐ ܕܥܠܬܐ ܠܐ ܡܫܟܚ
ܐܢܐ .
ܡܠܟܐ ܐܡܪ . ܫܐܠ ܐܢܐ ܠܟ ܡܗܝܡܢ
ܘܡܬܕܘܠܚ ܕܪܘܚ ܐܚܪܐ ܡܕܒܪܐ :
ܡܛܠܗܢܐ ܡܠܟܐ ܐܢܐ ܚܙܐ ܕܐܬܚܫܬ .
ܕܠܐ ܫܪܝܪ ܒܡܠܟܘܬܐ ܕܝܘܡܢ ܣܥܪܬ
ܘܐܬܟܪ ܡܢ ܚܝܐ ܐܬܚܙܝܬ .
ܓܘܫܬܐܙܕ ܐܡܪ : ܕܘܝܘܬܝ ܡܠܟܐ
ܘܐܡܪ ܕܠܐ ܐܝܟ ܘܠܐ ܫܠܝܐ ܦܪܘܫܘܬܐ
ܕܐܬܚܝ ܡܕܡܝܢ ܗܘܐ ܠܗ ܕܡܪܐ ܠܫܡܫܐ
ܫܦܝܪܐ ܠܐ ܡܕܟܝܢ ܕܐܬܚܙܝܬ ܠܒܥܒܕܐ
ܘܐܪܓܐ ܠܦܪܨܘܦܐ .
ܡܠܟܐ ܐܡܪ : ܘܠܒܟܝܬܐ ܗܟܢܐ ܐܝܟܐ
ܐܘ ܦܫܝܛܐ ܣܒܐ .
ܓܘܫܬܐܙܕ . ܐܡܪ . ܕܠܗܘܢ ܗܟܢܐ
ܗܘܝܬ ܠܒܟܝܬܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܒܗܘܢ
ܢܦܫܐ ܡܢܝ . ܠܐ ܠܡܠܝܢ ܕܠܝܬ ܒܗܘܢ
ܢܦܫܐ ܘܠܐ ܦܘܪܫܢܐ ܡܘܕܝ ܠܐܡܫܬܘܬܐ
ܕܒܪ ܐܢܫܐ .
ܗܝܕܝܢ ܡܠܟܐ ܒܚܡܬܐ ܪܒܬܐ ܕܚܝܠ
ܕܡܪܗܘܒܗ ܐܬܥܨܝܢ . ܘܐܡܪ
ܡܪܗܘܢ ܠܗ ܪܘܡܪܐ ܠܡܘܠܐ ܗܘ
ܕܐܝܟܐ ܠܟܘܢ ܕܗܠܝܢ . ܐܡܪ ܠܗܘܢ :
ܦܬܓܡܐ

Miſeret me ſenectutis tuae, ſubdidit Rex, atque tua in meum Patrem & in me merita perire aegerrime feram. Ideirco oro te, ut iſtam veneficorum opinionem deponas; ne una cum illis tibi ſit miſere pereundum.

Guhſciatazades: At exploratum, inquit, tibi ſit, o Rex, neque tibi, neque Regibus, neque Proceribus tibi adſidentibus me adſenſurum, ut mutata ſententia Conditorem rebus ab ipſo conditis poſthabeam, eoque contemto, iſtas adorem.

Egone, adjecit Rex, o ſceleſtum, & nefarium caput, ereatas res colo?

Guhſciatazades: Utinam res coleres vita, & anima praeditas! Verum, quod merito pudeat, corpora inania, mentis & ſpiritus omnino expertia, hominumque uſui deſtinata, venereris.

Rex tunc furore actus, Guhſciatazadem extemplo trucidari jubet. Heic vero inſtare Praefecti, ut is ad ſupplicii locum confeſtim raperetur. Quibus ille: Brevem inquit, horam largimini, dum quaedam, Regi renuncianda, proloquor. Adcitumque Eunuchum quendam haec ad Regem perferre rogat: Quam fideli, ingenuoque animo in omnibus ſecretis conſiliis tuis me praeſtiterim, quibuſve item moribus, officiiſque tibi, Patrique tuo operam meam adprobaverim, ipſe modo teſtabaris. Nunc vero hanc unam pro meis in te meritis repoſco gratiam, ut praeconis voce haec praedicari jubeas: Guhſciatazadem ad ſupplicium trahi, non quod intima Regni arcana prodiderit, aut in flagitium aliquod conſpiraverit; verum hanc unam ob cauſſam neci addictum, quod Chriſtianus quum eſſet, Deum ejurare abnuerit. Sic enim clariſſimus ille vir animo ſecum ipſe reputabat: Quandoquidem invaluit jamdudum per urbem rumor, me a Chriſtiana fide defeciſſe; vereor proinde, ne ignavia iſta mea non paucorum

Guhſciatazades rogat, cauſſam necis ſuae palam edici.

conſtantiam perfregerit. Quod ſi poſthac ſupplicio me adfectum audierint, reique cauſſam ignoraverint, nullum ſibi jam ſuppetet Chriſtianae virtutis exemplum, quo a ſuſcepta pietate nulla unquam vi deterreantur. Quod contra futurum confido, ubi me erroris mei poenitentia adductum reſciverint, mortemque pro Chriſti fide ſubeuntem ſpectaverint. Interim vero perpetuum conſtantiae monimentum Chriſtianis relinquam, quo intelligant pro Chriſto me neci traditum, atque inde alacres, animoque paratiores evadant. Egregium ſane conſilium, a ſapientiſſimo Sene excogitatum. Hoc enim fortiſſimi viri mandatum inſonantis inſtar tubae fuit, quo admoniti pugiles juſtitiae ad pugnam generoſi adſurgerent, armaque expedirent.

Adnuit Rex Guhſciatazadis voto, & quaecumque ille dictaverat, per praeconem palam fieri juſſit; ratus exinde multitudinem maxime deterritum iri, atque a ſuſcepto Chriſtianae Religionis conſilio diſceſſuram. Nec enim animadvertit vecors tyrannus, ea reſipiſcentis animi conſtantia oves, velut admotis ſtimulis ad occiſionem concurſuras, illuc praecipue vocante gregalium morientium balatu.

Ejus Martyrii tempus. 21 22

Interfectus eſt optimus Senex propter Jeſum Luna [21] decima tertia Aprilis, feria quinta hebdomadae [22] Azymorum. O Simeonem Simoni Piſcatori comparandum, qui Divinum piſcatum exercuit ac ſalutiferum!

Cognito Guhſciatazadis Martyrio, Simeon Deo gratias agit.

Haec porro Simeoni, qui in carcere interim tenebatur, confeſtim nunciata, ſummam B. Antiſtiti laetitiam adtulerunt. Quamobrem admirabundus, ſtupenſque: Magna, ajebat, tua eſt caritas, Chriſte, & multiplex tua dilectio, Deus noſter. Inſignis eſt virtus tua, Jeſu, & praecellens poteſtas tua, Servator noſter, qui mortuos ab Inferis excitas, & lapſos erigis: peccatores convertis, ac deſperantes ſpe recreas.

Iſte

[illegible]

Iſte ſiquidem, qui ſecundum opinationem meam noviſſimus fuit, factus eſt primus, juxta votum meum. Iſte, qui a meis moribus fuit alienus, mei operis conſors evaſit. Iſte, qui a mea veritate deſcivit, ad meam fidem reverſus eſt. Iſte, qui ad tenebras exceſſerat, factus eſt Caeleſtis coenae conviva. Iſte, quem ſua voluntas procul a me abduxerat, en ſua item confeſſio ad me reduxit, & me praecedentem praeceſſit, meque praeterire volentem ipſe comprehendit. Perrupit metuenda mortis moenia, meque recreavit, & monſtrata vitae ſemita, incredibili gaudio perfudit. Factus eſt lex, & norma pedibus meis in anguſta via: direxit, deduxitque greſſus meos in via tribulationis. Ego vero quorſum tamdiu demoror? Quaeve mihi cunctandi reſtant cauſſae? Arrham ille mihi reliquit, quum diceret: Macte moras rumpe. Exemplum, quod imitarer, propoſuit, quum vocaret: Agedum, huc propera. Quumque hilarioribus me oculis intuens, in hunc modum adloqueretur: Nulla tibi, Simeon, poſthac reliqua eſt adverſus me querela; neque ultra tuus me conſpectus ad luctum excitabit. Eja hilaris, ac laetus, quam mihi paraſti, domum, quamque mihi quaeſiviſti, requiem ingredere. Quod reliquum eſt, perenni iſtheic, & manſura felicitate perfruamur, ſicut heic fragili, & caduca ſimul potiebamur. Mihi itaque imputandum eſt quidquid obeſt, ne invitantem ſequar; mihi vitio vertendum, quod praeclarum hocce facinus longius protraham, moraſque omnes continuo non abrumpam. O beatum diem, qui me ad ſupplicium traducet! qui me angoribus, quibus diſcrucior, expediet! quique moleſtiſſimis, quibus undique premor, curis me liberabit! Deinde in hunc ferme modum Deum deprecabatur: Optatiſſimam mihi tandem coronam hanc, quam jam pridem a me, noſti, vehemen-

S. Simeon orat, ne Martyrii ſibi diutius protrahatur.

menter expetitam, elargire, o mi Domine. E quoniam te toto vitae hujus meae curriculo ex animo adamavi, ac intimis plane ſenſibus dilexi, id unum nunc, oro te, ut videam, te ut perfruar, in te ut quieſcam; ne diutius in hoc ſeculo detentus, calamitates Populi mei, Eccleſiarum tuarum excidium, tuorumque Altarium ſupremam ruinam, tuum inſuper Teſtamentum, iniquiſſime conculcatum ſpectare debeam. Tolle jam me, ne infirmos profanis ſeſe ritibus contaminantes, ignavos a veritate deſciſcentes, gregem tuum tyrannidis metu trepidantem, diſperſumque videam, patiarque fallaces amicos frontis integumento capitale odium occultantes, amicos, nimirum, quos proinde tempus, adverſis, ut ſolet, rebus excuſſos, diſſipat, hoſtes interim Chriſtiano nomini infenſiſſimos, Populo noſtro immaniter inſultare, atque in nos, & Religionem noſtram ſuperbe crudeliterque ſaevire. Mihi tamen interea conſtans iſta mens eſt, commiſſi muneris omnes implere partes, & ſuſceptum opus ſtrenue exſequi, tuoque, Domine, populo, qui Orientem incolit, exemplar fieri virtutis: ut ego, qui primus in menſa adcubui, ipſe primus in bello occumbam; unde continuo adſurgam ad ſocietatem, convictumque illorum, quos nulla angit cura, nullae premunt ſolicitudines, nullique diſcruciant dolores: quos inter nemo vexat, vexatur nemo, nemo injuriam facit, nemo patitur: ubi nihil ulli moleſti adcidit, neminem quivis infeſtat: ubi nec Regum minitationes, nec truces Praefectorum vultus me perturbabunt: nemo me arceſſet, concutiet nemo: nemo plane exagitabit, neminem prorſus reformidabo. Tu, Chriſte, pedes meos, viarum aſperitate labefactatos, priſtinae reſtitutes integritati, artuſque, itineris labore fatigatos, recreabis, qui es noſtrae unctionis oleum: Tu, inquam, qui

ܕܡܫܬܐܠܐ. ܐܢܐ ܐܪܓܬܟ ܒܢܦܫܐ ܘܐܢܐ
ܟܠܗ ܐܢܐ ܒܢܦܫܐ ܒܗ ܡܘܬ ܐܢܐ ܕܡܢܝ
ܡܕܡܝܘܬܝ ܘܒܥܐ ܐܢܐ ܡܢܟ ܒܗܢܘܢ:
ܘܐܬܢܝܚ ܒܠܒܟ ܒܗܢܐ ܥܠܡܐ ܘܐܚܙܐ. ܠܡܐ
ܒܗܘܢ ܚܫܬܐ ܘܡܣܟܢܘܬܐ. ܠܡܐ ܒܗܘܢ
ܕܐܚܙܐ ܘܐܚܘܐ ܕܡܬܚܪܒܢ. ܠܡܐ ܕܢܦܠ
ܒܗܘܢ ܐܚܘܐ ܕܡܬܚܪܒܝܢ: ܠܡܐ ܐܚܙܐ
ܕܢܦܫܐ ܠܗ ܘܐܚܘܐ ܕܡܬܕܫܐ ܠܚܡܝ:
ܕܠܐ ܐܢܐ ܚܘܪܐ ܕܩܠܝܠܐ ܐܚܘܐ ܕܢܩܘܬܐ
ܕܥܠܝܡܐ: ܠܡܐ ܐܚܙܐ ܕܪܥܝܐ ܠܟ
ܘܡܛܝܒ. ܠܡܐ ܐܚܙܐ ܕܡܬܒܕܪ ܠܗ
ܘܡܬܢܟܦ ܐܝܟܢܐ ܕܩܕܡ ܩܛܝܠ
ܛܝܪܢܘܬܐ: ܐܚܙܐ ܕܪܚܡ̈ܐ ܕܠܐ ܫܪܪܐ
ܕܩܪܝܒܝܢ ܒܦܘܡܗܘܢ: ܘܣܢܝܢ
ܡܣܝܒܢܐ ܕܒܠܒܗܘܢ: ܚܛܝܬܗ ܕܠܒܢܐ
ܒܝܬ ܥܡܐ ܕܬܐܒܝܢ ܚܠܦ ܕܡܫܝܚܝܐ: ܗܐ
ܕܚܢܢ ܒܝܬ ܥܡܐ ܚܢܢ ܟܠ ܕܡܛܘܠ.

ܗܟܢܐ ܕܝܢ ܗܘܝܬ ܐܝܟ ܕܒܥܝܬ
ܐܫܬܡܠܝܬ ܗܘܐ ܚܘܬܪܐ ܗܘܐ ܒܬܫܡܫܬܗ
ܘܐܫܬܡܠܝܬ ܕܡܫܬܒܚ ܗܘܐ ܐܢܬܘܢ
ܠܥܡܐ ܘܐܦ ܒܦܘܠܚܢܗ ܐܝܟ ܐܢܐ
ܕܐܬܪܝܡ ܒܦܬܘܪܐ: ܘܐܢܐ ܩܕܡܝ ܒܩܪܒܐ.

ܘܡܛܠܗܕܐ ܗܘ ܕܐܬܚܒܪ ܐܫܬܘܬܦܐ
ܕܫܝܢ ܕܠܟܘܠܗܘܢ ܠܐ ܒܐܝܬܘܗܝ ܚܫܒܐ
ܒܨܘܒܘܗ. ܠܐ ܝܨܦܬܐ ܡܕܢܚܬܐ
ܒܟܠܗܘܢ. ܠܐ ܗܘܐ ܥܩܬܐ ܗܘܬܐ ܘܡܢܐ
ܕܐܥܩܘܢ ܫܩܠܐ ܕܟܠܡܢ ܗܘܢܐ
ܘܡܟܝܟܘܬܐ ܗܘܐ ܕܢܣܒ: ܘܠܐ ܐܢܫ
ܐܝܬ ܠܗ ܗܘܢܐ ܘܡܫܬܝܢܐ. ܕܠܐ ܩܢܐ
ܐܢܐ ܕܐܬܡܬܚ ܕܟܠ ܡܢ ܥܠܡܐ ܕܒܝܫܬܐ
ܕܡܢܗ ܐܬܡܠܟ ܘܣܒܪ ܐܢܐ ܕܒܠܟܘܢ
ܠܐܒܘܗܝ ܠܟܢܫܘܗܝ ܕܥܡܡܘܗܝ
ܐܬܚܫܒ ܘܐܝܟ ܐܠܗܐ ܕܠܡܫܡܫܘ
ܘܡܫܡܫܢܘܬܐ

qui es calix noſtrae ſalutis, univerſum mihi dolorem exhauries, meorumque oculorum abſterges lacrymas, qui es gaudiorum noſtrorum ſuaviſſimus fons, atque origo jucundiſſima.

Hunc in modum ſublatis in Caelum manibus orabat B. Simeon. Interea duo illi ſenes, quos cum ipſo captos, & in carcerem conjectos, ſuperius diximus, mirabantur ſancti Viri vultum ex animi geſtientis gaudio, in emicantis roſae, aut vernantium tempeſtate ſua florum ſpeciem mirifice immutatum.

Ejus vultus ex animi geſtientis gaudio mirifice immutatus.

Nox aderat, quae quartumdecimum diem, Servatoris noſtri Paſſioni ſacrum, antecedit, quando B. Simeon nec graviſſima victus ſomnolentia, nec inanibus cogitationibus diſtractus, hujuſmodi Preces adorſus eſt: Me indignum, ac plane immerentem exaudi, mi Jeſu, ut hac die tua, atque Paſſionis tuae hora ipſe quoque calicem hunc hauriam. Cupio, ſcilicet, ut ventura ſecula praedicent, me Domini mei die fuiſſe interfectum; utque a parentibus filii diſcant, Simeonem Domini ſui dicto audientem fuiſſe, & in eumdem, quo Deus ſuus, modum, die quartodecimo, feria ſexta, fuiſſe immolatum.

Orat, ut eodem, quo Chriſtus paſſus eſt, tempore ipſe quoque Martyrio adficiatur.

Ecce autem hora tertia ejuſdem diei, Simeon a Satellitibus, jubente Rege, arceſſitur, rapitur, ſiſtitur Judicibus. Neque tamen, hac etiam vice adoravit Regem. Tum Rex: Ecquae hodie, inquit, tibi, homo contumaciſſime, inſedit demum ſententia, totam noctem deliberanti? Utrumne, ut noſtra uſus benevolentia mortem effugias; an contra in ea, quam dudum adverſus nos ſuſcepiſti, inimicitia perſeverans, ad Inferos detrudaris?

Hora tertia feriae ſextae in Paraſceve Simeon Regi ſiſtitur.

Cui Simeon: Ita ſane. Iſta, nimirum, expediendae ſalutis perutilis cogitatio heſterna nocte me inſomnem tenuit, ut denique inimicitiam tuam tua amicitia, & benevolentia multo mihi

mihi conducibiliorem eſſe meum ipſe ſtabilirem.

Tum Rex: At tu ſemel dumtaxat ſolem adora, numquam poſthac adoraturus; teque ab hoſtium tuorum, perniciem tibi dudum praeſtruentium, infeſtatione tutum, & incolumem fore, ſpondeo.

Simeon vero: Atqui ego, non committam, ut iſta de me fama quovis gentium, terrarumque diſſipetur, haud mediocrem ſane laetitiam adlatura iis, qui me immerentem oderunt, & inſectantur; atque inde me inceſſendi anſam nacti, ſpargant in vulgus, Simeonem mortis metu fractum, Deo idolum inane antetuliſſe.

Rex: Equidem ego veteris amicitiae, neceſſitudiniſque noſtrae memor, mitius tecum agendum ratus, conſilio te juvare, tuaeque ſaluti proſpicere ſatagebam: at, ut video, in irritum excidunt conſilia mea omnia pacis, & benevolentiae. Jam itaque ipſe videris.

Cui Simeon: Imo vero parce tandem ſubdolis his ſuperfluis adſentationibus. Quin potius illico me immolas? Quum praeſertim inſtet jam felix prandii mei hora. Ageſis, quantocius me libera; mihi enim menſa exſtructa eſt, & abſentiae meae ratio a me expoſtulabitur.

Ejus auguſti oris totiuſque Corporis dignitatem Rex demiratur.

Interea Rex, ipſo etiam adſtante Simeone, ad circumadſidentem Regulorum, ac Praefectorum coronam converſus: Videtis, inquit Simeonem indicans, mirificam hanc oris dignitatem, totiuſque corporis habitum ad auguſtam majeſtatem compoſitum? Remotas equidem gentes, terraſque, tum etiam hanc noſtram dudum peragravi; attamen huic parem frontis gratiam, membrorumque concinnitatem me uſpiam vidiſſe, non memini. Nunc vero animadvertite, amabo, hominis amentiam, qui errorem ſuum ſuae ſaluti anteponat,

Ad

[illegible]

ܢܦܩ ܗܘܐ ܕܝܢ ܦܣܩܐ ܕܩܛܠܗ
ܘܐܠܨܝ ܪ̈ܒܐ ܡܢ ܩܕܡܘܗܝ ܕܢܥܒܕܘܢܝܗܝ
ܠܥܒܕܐ ܣܓܝ ܢܫܬܠܡܘܢ ܐܝܟ ܕܝܢܐ
ܐܝܟ ܕܟܬܝܒܐ ܕܡܠܟܘܬܐ : ܡܛܠ
ܕܐܡܪ ܕܥܒܕܐ ܡܫܬܥܒܕ ܠܐ
ܢܫܬܢܐ ، ܘܟܕ ܐܫܬܠܡ ܠܩܛܠܐ ܗܘܐ
ܥܕܡܐ ܕܢܗܘܐ ܡܥܕܐ ܡܫܬܥܒܕ
ܗܪܟܐ ܗܘܐ ܗܘ ܥܡܕܐ ܠܐ ܩܛܠܘܗܝ
ܘܡܠܟܐ ܠܗܘܢ ܘܡܚܘܐ ܐܡܪ : ܐܢܫܐ
ܐܢܫܝ ܕܟܠܗܘܢ ܘܠܐ ܢܣܓܕܘܢ ܡܛܠ
ܕܢܘܗܪܗܘܢ ܠܥܡܗܘܢ ܡܚܘܪܢ
ܘܡܫܬܡܗܘܢ ܠܡܠܟܘܬܐ ܕܢܟܢܫܘܢ :
ܕܢܫܬܡܠܘܢ ܥܡܗ ܕܡܚܐ ܕܐܢܫܬܡܠܘܢ
ܠܡܚܒܐ ܕܥܣܩܘܗܝ . ܡܛܠ ܗܟܢ ܗܘܐ :
ܘܐܡܪܘ ܡܠܟܘܬܗ ܣܓܝ ܗܘ ܠܩܛܠܗ :
ܘܐܬܚܪܬܐ ܠܡܠܟܐ ܕܐܡܪ ܕܠܐ ܢܣܓܕܘܢ
ܡܢ ܐܠܗܐ ܕܫܡܝܐ ܦܩܕܐ : ܘܦܥܠܐ
ܠܐ ܡܬܚܫܒ ܠܡܣܒܠܢ : ܘܟܠ ܕܢܦܩܢ
ܢܦܫܗ ܡܛܠ ܥܡܗ ܢܦܫܗ ܫܡܝܐ
ܕܠܠܗ : ܡܚܘܪܐ ܡܫܬܒܚ ܥܕܡܐ ܕܐܢܫ
ܢܦܫܗ ܩܠܝܠ ܣܝܦܐ ܕܢܩܛܠ : ܘܩܛܠܐ
ܕܡܫܬܡܗ ܐܝܟ ܥܒܕܐ ܡܫܬܥܒܕ
ܐܢܫܝ ܐܝܟ ܩܛܠܐ : ܣܘܦܐ ܕܥܠܡܐ
ܕܐܡܪ ܕܐܬܒܕܪܘ ܠܢܦܫܗ ܡܥܕܐ ܕܡܟܢ
ܡܢ ܕܝܢܗ ܡܠܬܐ ܕܠܝ ܡܚܫܒ ܐܢܫܐ
ܚܙܘܗ ܘܠܐ ܢܚܙܘܗ ܣܘܓܐ ܐܢܫܐ : ܘܠܝ
ܢܦܩܘ ܠܡܫܬܡܠܝܢܘܬܐ ܘܠܐ ܢܚܙܘܗ
ܢܦܠܘ: ܘܠܝ ܡܢ ܫܢܬܐ ܠܡܚܘܐ ܡܫܬܡܠܝܢ
ܐܢܫܝ ܡܛܠ ܢܦܫܗ ܗܘܐ ܐܠܐ ܫܢܬܐ
ܕܢܦܫܗ ܢܬܟܠܘܢ ܒܟܠܗܘܢ ܗܘ ܕܐܦܠܐ :
ܫܡܥܘܢ ܐܝܟ ܕܡܫܬܡܠܐ : ܘܡܚܘܐ ܠܗܝ
ܡܫܬܡܠܐ ܫ̈ܒܐ ܠܗܘܢ . ܠܐ ܕܚܠܘ ܡܢܗܘܢ
ܕܡܘܬܐ ܫܒܩܐ ܚܝ̈ܐ ܕܠܥܠܡ ܢܣܒܐ
ܠܗ :

Ad haec unum omnium reſponſum fuit : Non eſt ſapientiae tuae, Rex, corporis, quam iſte praefert, pulchritudinem mirari, ut plurimorum inde animos, multo majoris habendos, negligas, quos ille corrupit, & a noſtra diſciplina averſos in errorem induxit.

Ita demum, lata in reum ſententia capitis, condemnatus eſt ; continuoque a Praefectis ad ſupplicium fuit deductus. *Capite damnatur.*

In eadem [23] urbe, Satellitum in cuſtodiam dati, adſervabantur viri [24] Centum, quorum alii aliorum erant locorum Epiſcopi, Presbyteri, ceteri omnes vel Diaconi, vel Clero addicti; univerſi hac eadem hora e carcere ad ſupplicium rapti ſunt. Nam quum magnus Praetor in univerſum ad omnes Regis edictum in haec verba tuliſſet: Si cui veſtrum placet, mortem effugere, ſuaeque ſaluti conſulere, ſolem magnum Deum adorato. Continuo omnes uno ore reclamarunt in hanc ferre ſententiam: Noſtra in Deum fides nihili facit, quae intentatis, ſupplicia; contemnit mortem noſter in Chriſtum amor : hebetiores ſunt, quos in nos ſtringitis, gladii, quam ut ad abſcindendam Reſurrectionis noſtrae ſpem pertingant. Fixum eſt, crede, ſolem neutiquam adorare, nec tuo unquam conſilio uti. Age porro, noſtrae gentis infeſtiſſime hoſtis, Domini tui juſſa ſine cunctatione exſequere.

Viri Centum, ejus ſocii, conſtantes in fide, percutiuntur. 23 24

Edixerat Rex, ut in hunc Sanctorum chorum, Simeone fortiſſimo duce adſtante ac vidente, animadverteretur, ipſum praeſentis forte ſupplicii horrore deterritum, metuque fractum, in ſuam ſententiam conceſſurum, exiſtimans. Quum ergo coetus iſte inclytorum Martyrum caederetur, adſtabat Simeon, eoſque hac oratione cohortabatur: Confortamini, Fratres, in Deo, & metum omnem expellite, quia reſurrectio veſtra vobiſcum ſepelietur, ut quum tuba ejus elanguerit, *Simeon eos confirmat.*

vos ſuſcitet, illa in vobis dormiet, ut vox excitet, quum buccina inſonuerit. Occiſus fuit Dominus, & vivit; veſtra ſimiliter mors vita eſt apud illum. Mementote ſermonis ejus: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere*. Et: *Omnis, qui perdiderit animam ſuam propter nomen meum inveniet eam in vita aeterna*. Et: *In hoc cognoſcitur veritas, quando quis animam ſuam ponit pro amico ſuo*. Nunc autem, quia animas poſuiſtis, ut amantes, veritatis mercedem accipietis, ut amici. Intuemini Apoſtolum dicentem. Rememoramini Jeſum Chriſtum reſurrexiſſe a mortuis. Quod ſi nos morimur cum illo, etiam cum illo vivemus. Et, ſi permanſerimus in tolerantia paſſionum, etiam cum illo conregnabimus. Et, ſi nos vivi in mortem tradimur propter Jeſum, ita & vita Jeſu manifeſtabitur in corpore noſtro iſto mortali. Nunc, ſicut videtur, mors in nobis operatur, & vita in vobis; ſed ſcitote, cariſſimi, quia iſta mors noſtra aeterna vita vivet, vita autem iſta aeterna morte morietur; quoniam qui negat Deum, vita privabitur. Et quamvis modo ad horam adfligimur, multo tamen majoris gloriae, atque honoris ſempiterni inde jam haeredes erimus. Etſi exterior homo noſter corrumpitur; attamen multo magis interior innovabitur. Ille autem, qui ſuſcitavit Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum a mortuis, nos etiam cum ipſo ſuſcitabit in regno. Quoniam ſicut in ſeculo commorantes mortui ſumus a Domino, ita nunc quoniam ex eo egredimur, cum Domino in gloria erimus. Noſtra eſt caritas, & ipſius eſt ſalus: noſtra eſt dilectio, & ipſius eſt retributio: noſter eſt labor, & ipſius merces. Noſtra eſt poena, & ipſius eſt reſurrectio: noſter eſt ſanguis, & ipſius eſt regnum, quando nobis requiem dabit, & gaudium, & accubitum, & jucunditatem, quando dicet alta voce: Venite

Matth. 10. 28.

Ibid. 39.

Joh. 15. 13.

2. Timoth. 2.

ܕܡܠܟܐ ܕܒܗܘܢ ܒܬܘܡܢܬܐ ܦܘܫܘ
ܥܡܝܠ ܗܘܐ ܠܗ ܐܠܦܐ ܡܢ ܡܠܟܐ ܒܬܪ
ܗܘܐ ܗܘܝ : ܚܝܠ ܘܐܡܪ ܠܗ ܠܡܠܟܐ
ܗܘ : ܠܐ ܬܚܝܠ ܚܢܢܝܐ : ܠܐ ܬܚܝܠ : ܥܡܨ
ܙܥܘܪ ܩܠܝܠ ܘܬܗܘܐ ܣܒܥܢ ܠܢܘܗܪܗ
ܕܡܫܝܚܐ : ܡܚܕܐ ܫܡܥܗ ܐܬܠܒܟ ܠܩܕܡ
ܗܘ ܘܐܬܩܪܒܘܗܝ ܠܗ ܡܠܟܐ ܘܐܬܬܠܝܘ
ܡܩܪܝܐ ܚܢܢܝܐ ܘܐܡܪ : ܐܡܪ ܠܗ
ܡܠܟܐ . ܚܣ ܡܣܬܒܪܬ ܠܐ ܗܘܐ ܐܢܫܐ
ܗܘܝܬ ܠܟ ܘܡܥܒܕܪ ܠܟܪܘܙܐ : ܠܡܚܙܐ
ܕܚܙܝܬ ܥܠܝ ܘܩܥܡܬ ܕܬܚܙܐ ܠܩܛܠܝܢ
ܕܓܒܪܐ ܗܢܘܢ ܡܢܗܘܢ .

ܦܝܠ ܐܠܦܐ ܗܘ ܘܐܡܪ : ܒܥܒ
ܒܠܒ ܒܦܘܠܚܢܗܘܢ ܕܫܒܩܬ : ܡܫܝܚ
ܒܡܘܫܚܬܗܘܢ ܕܫܒܘܩܝ : ܒܠܚܘܕܝܬܐ
ܗܢܐ ܕܢܦܠܬ ܠܝ ܒܠܒܝ ܐܢܐ ܡܬܝܒ
ܕܠܗ ܒܫܡܬܐ ܗܘ : ܡܫܡܫܢܘܬܐ ܗܘ
ܕܐܬܦܢܝܬ ܠܗܘܢ ܡܘܬܐ ܐܢܐ ܡܬܝܒ ܕܐܠܘ
ܕܡܘܬܐ ܗܘ .

ܡܠܟܐ ܐܡܪ ܠܗ . ܘܫܒܩܬ ܡܣܘܬܐ
ܕܝܗܒܬ ܠܟ ܐܢܬ ܐܢܫ ܕܬܗܘܐ ܠܘ
ܥܡܗܘܢ ܠܟܐ .

ܗܘ ܕܝܢ ܦܘܣܝܩ ܐܡܪ . ܕܒܪܬܗܝܢܐ
ܐܢܐ ܡܟܝܠܬܗܘܢ ܡܫܬܚܠܦ ܐܢܐ . ܡܚܠܠܘܬܐ
ܐܢܬ ܡܬܠܝܬܗܘܢ ܘܡܫܟܬ ܐܢܐ
ܠܡܫܩܠ .

ܘܡܘܬܐ ܕܗܠܝܢ ܝܗܒ ܠܗ ܘܐܡܪ .
ܕܠܐ ܗܘܐ ܐܝܟ ܡܘܬܐ ܕܒܠܝܥ ܢܦܫܬ :
ܠܐ ܡܬܠ ܕܐܬܠܝ ܐܠܦܐ ܘܡܠܟ ܒܥܝܢ
ܐܝܟ ܕܒܥܐ ܦܫܝܩܘ : ܥܒܘܕܐ ܐܦܝܩ
ܠܥܝܢܘ ܡܢ ܒܗܬܐ ܦܦܠܘ ܐܝܟ
ܕܢܦܝܠܝ ܒܗ ܒܠܘܢ ܫܢܬܐ . ܘܐܬܡܟܒ
ܒܗ ܡܟܪܝܬܐ ܐܝܟ ܕܩܛܩܛ . ܡܒܬ
ܕܐ

Venite ſervi boni, introite in gaudium Domini veſtri; quia benè negotiati eſtis talentum, decem talenta in lucrum accipite. *Matth. 25.*

Jam vero poſteaquam iſte chorus centum fortiſſimorum Martyrum, amputato capite occubuiſſet, atque coronam ſuam centenario auctam obtinuiſſet, ſeſe rurſus porrexit, ut eandem ternario locupletatam Trinitati ſiſteret, trina videlicet caede, Simeonis, & amborum Senum ejuſdem ſociorum: qui tres omnium poſtremi coronati ſunt.

Simeon cum Abdhaicla, & Hanania obtruncatur.

Accidit, interea, ut alter Sociorum Beati Simeonis dum ad ſupplicium ducitur, dum inter carnificum manus veſtes exuit, dum vincitur, correptis ſubito pavore artubus totus contremiſceret, animo tamen minime fractus. Quod quum forte animadvertiſſet vir ſpectatiſſimus, qui PHUSIKIUS [25] dicebatur, dignitate Karugabarus, hoc eſt, Regiorum Opificum Praefectus, quo honore non multo pridem, atque iis ferme diebus a Rege fuerat decoratus, trepidum ſenem confirmabat: Pone, inquiens, metum, Hanania: oculos tantiſper occludito, dum luminis Chriſti compos fias. Haec loquutus, extemplo ad Regem rapitur, cauſſam hujus, quem modo protulerat, ſermonis dicturus. Praeſentem Rex ſic adoritur: O nefarium, & dignum ſupplicio caput, adeone tibi ego nullus ſum, ut quando te pridem dignitate auctum, quae tui muneris erant, curare, juſſeram, ad contemplandam iſtorum hominum necem otioſus ſpectator adcurreres?

Phuſikius B. Hananiam impendentis mortis timore perculſum, confirmat.

Cui Phuſikius; At ego, inquit, hocce otio meum negotium augeri velim, meamque vitam cum illorum morte commutari. Hunc propterea honorem, quem in me contuliſti, moleſtiis, curiſque gravem, lubens abdico; inlatam vero illis necem, qua nihil beatius duco, jam mihi praeopto, efflagitoque.

Tum Rex : Siccine dignitatem tuam exitio tuo poſthabes , & ſortem cum illis communem quaeris , inſanienti ſimilis ?

ܠܐ ܗܘܐ ܒܗܘ ܒܚܒܪܐ ܗܘܝܬ .
ܘܐܡܪ ܦܘܣܝܩܝ ܒܪܝܪܐܝܬ ܡܫܝܚܝܐ ܐܢܐ
ܗܘܝܬ ܠܗ ܘܐܠܗܘܬܗ ܡܩܝܡܢܐ ܠܐ ܓܠܝܢ
ܓܒܪܐ ܠܗܠܝܢ ܗܘ ܡܥܒܕܢܐ ܐܠܗܐ
ܘܐܫܬܠܡܬ ܘܠܐ ܗܘ ܡܫܬܠܡ ܒܥܝܢܐ
ܡܚܒܢܐ .

Phuſikii confeſſio.

At fortiſſimus Phuſikius : Ita ſane. Chriſtianus ſum , ea ſpe , quam in Chriſtianorum Deo maximam, certiſſimamque repoſui ; adeout honoribus tuis illorum ſupplicium anteponam .

Immani ſupplicio addictus , Martyr occubuit .

Tum enim vero Rex excanduit , & ad adparitores converſus : At iſtum , ait , non vulgari morte perire fas eſt . Verum quandoquidem honorem , quo a me adfectus eſt , contemſit , & Regiam authoritatem meam , quaſi ſua inferiorem , petulanter inceſſit : agitedum , procacem linguam , transfoſſa cervice , radicitus evellite . Teſtes atrociſſimae necis compeſcat metus . Quod quum a lictoribus per ſummam immanitatem peractum fuiſſet , eadem hora Phuſikius exanimatus eſt .

Item ejus Filia Virgo Deo Sacra.

Huic erat [26] filia , Puella [27] Foederis , quae ſimiliter Chriſtianae Religionis adcuſata , pro Chriſto , ſuae ſalutis ſpe , interfecta eſt .

26
27

ADNOTATIONES.

(1) PRiores Codicis Chaldaici Nitrienſis Vaticani I. unde editio haec fideliter deſumta eſt , paginae quatuor , quibus Judaeorum calamitates deſcribuntur , magna ex parte lacerae ſunt . Eas tamen ex Codice Chaldaico , item Nitrienſi Vatic. II. ſupplera curavimus .

(2) *E regionibus Chittaeorum advenient* : Sic legitur in verſione Syriaca . Verum quum vulgata habeat : *Venient in triremibus de Italia* : doctus Bochartius omnes eruditionis ſuae nervos intendit , ut evincat , *Citthim* , ſeu *Kittim* , quod quidem nomen nedum in Syriaco , verum & in Ebraico textu occurrit , *Italiam* ſignificare . Nobis id otii non eſt datum , ut ſingula ejus argumenta convellamus , ac plane infringamus . Quidquid tamen genuinae elucidationis ſcopus & fides expoſcunt , lubentiſſime praeſtabimus . Et primo quidem Authori primi Machabaeorum Libri cap. 1. *Citthim* eſt Macedonia ; Alexandrum enim in Cethim regnaſſe ſcribit , & cap. 8. de Perſeo , a Romanis victo , agens , imperio illum potitum eſſe in *Citthim* , tradit . Eſajas quoque cap. 23. dejectam eſſe Tyrum dicit , & neminem exinde venturum de terra *Cethim* , nempe , de Macedonia . Nec uſpiam in Sacris Bibliis occurrit nomen Cethim , ubi non commode de Macedonia explicetur . Secundo *Cethim* , ſeu *Kittim* Joſephus interpretatur de Inſula Cypri , ubi Citium urbs , antiquis celebrata ; additque , Ebraeos nomine *Kethim* deſignare Inſulas , & loca omnia maritima . Joſephum ſequuntur SS. Epiphanius , Hieronymus , nec non Euſtathius , Interpres Arabs , aliique plures . Tertio . Ex Grotio , Medo , pluribuſque aliis cum Graecis , tum Latinis praenotat heic Balaamus victorias Macedonum , ſub auſpiciis Alexandri Magni , de Regibus Perſidis , Regum Aſſyriae Succeſſoribus , ceteriſque in eorum regione dominantibus , relatas . Tota ergo , inquiunt , Oraculi hujus vis tenetur , ſi illud de Imperio Graecorum in Aſia intelligas ; nec de Romanorum Imperio , niſi vi textui inlata , concinne exponitur . Adſtipulantur Acta noſtra , Graecos hocce Vaticinio luculentiſſime adſeverantia deſignatos . Nec quidquam faceſſit negotii editio vulgata . Quidni etenim Citthim varias indicarat gentes , ex his derivatas , quae primo Cariam , Syriam , & Pamphiliam , miſſiſque poſtea Coloniis , Italiam , Macedoniam , Inſulas Cyprum , & Cretas incoluerunt .

(3) *Gog* , *& Magog* . Adeo nodoſa , & intricata res ſunt haec nomina , ut inſolubile omnino videantur aenigma . Primo . Has gentes ab Alexandro Macedone in Aquilonis fines recedere coactas , muroque aeneo , & vaſtiſſimis montibus , ne in Orientalium plagam excurrerent , incluſas , a latebris tandem ſuis prodituras eſſe , Orbemque univerſum devaſtaturas , Syri , Arabes , & Graeci ſequioris aevi fabulantur . Nullibi etenim traditum legimus , Murum hujuſmodi ab Alexandro Magno exſtructum fuiſſe . Hocce autem commentum non aliunde deſumtum videtur , quam ex celeberrimo muro , a Sinarum Regibus , Tartaros inter , ac Sinas erecto : vel e Pylis Caſpiis , quam urbem ipſius Alexandri , ut ajunt , opus , hodieque *Derpent* , ſeu Portam Ferream dici compertum eſt . Quod vero de hiſce populis adfirmatur , eos , nempe , montibus intercluſos in Aquilonari parte degere , de Majoris Tartariae incolis , finitimiſque gentibus intelligi commode poteſt . Secundo , Salomon Chalatenſis , Secta Neſtorianus , Metropolita Baſſorenſis , ſeculo Chriſti duodecimo clarus , in libro Apis , cujus duo exemplaria habemus in Bibliotheca Vaticana , num. ix. & xvii. inter Codices Syriacos Ecchellenſes nota-

ta ,

ta, cap. 54. ad commenticia jam exſufflata adjicit, eas gentea poſtquam omnia ſuſque deque verterint, ictu oculi ab Angelo eſſe exterminandas, deinde Anti-Chriſtum regnaturum, poſtremo homines univerſos reſurrecturos, & ad Chriſti tribunal congregandos. At quum non ſubeſt revelatio, de futuris vaticinia ea refelluntur, qua oggeruntur audacia. Tertio, Eandem charybdin ſubcunt *Judaei, & noſtri Judaizantes*, verba ſunt D. Hieronymi in Ezech. 38., *qui putant Gog gentes eſſe Scythicas, immenſas, & innumerabiles; & has poſt mille annorum regnum eſſe a diabolo commovendas, quae veniant ad terram Iſraël, ut pugnent contra Sanctos, multis ſecum gentibus congregatis*. Iis nemque nominibus deſignari Scythas ultra montem Caucaſum, & Paludes Maeotides, regionem, ſecundum Mare Caſpium, ad Indos uſque protenſam eenentes, hypotheſia eſt, quem diſcutiendam inire, noſtri non eſt inſtituti. Verum eos nna eum pluribus aliiagentibus in Sanctos a Cacodaemone poſt mille annos eſſe armandos, pueida fabella eſt, a Judaeis, & Millenariis excogitata. Quarto. Nuperrimis quihuſdem authoribus Gog alius non eſt, quam Perſarum, Medorumque Rex ſaeviſſimus Cambyſes, in quem, videlicet, adſeverantibus illis, congruere videntur omnia, quae de Gog epud Prophetam memorantur. Sed ab iis edoceri vellem, unde hauſerint, Cambyſem nedum in Judaeos hellum moviſſe, verum & in eos univerſe calamitatum genera coaggeraſſe? Inde ut pedem extrahant, ad eam, quae a captivitate ad Machabaeos interjacet, temporis intercarpedinem confugiunt. At quid hoc effugium, niſi denſius involucrum? Qnirto demum, ſyſtema maxime omnium conſtans, & vulgo probatum, quemquem ſuis implicitum difficultetibus, illud eſt, quod Ezechielis oracula de Antiocho Epiphane uſurpanda, defendit; nec aliud praeliis Gog, & Magog, quam ejuſdem Antiochi in Judaeos ſaevitiam deſcribi contendit. *Quum enim multa*, inquit idem Hieronymus in Dan. num. 21., *quae poſtea lecturi, & expoſituri ſumus, ſuper Antiochi perſona conveniant; typum eum volunt habere Antichriſti, & quae in illo ex parte praeceſſerint, in Antichriſto eſſe complenda*. Succinunt Acta noſtra. Tantum enim abeſt, ut de populis, e montibus erupturis, vel de iis, quorum praelia ſubſequatur Antichriſtus, ent de gente poſt mille annos in ſenctos concitanda, ſeu de Cambyſe, cujus Sacrae Literae ſubticuere geſta, ullum ingerant verbum. Quin imo expreſſius quam unquem gentes 1. deſignant, Machabaeos adortas, 2. Graecos, 3. eos ipſos Graecos, qui Regi, per *parvum cornu* adumbrato, parebant, quique ex adnotatione mox ſubjicienda, fetentibus omnibus, alius non eſt, quam Antiochus Epiphanes, 4. ipſummet adpellant Antiochum: *Is autem fuit Antiochus*. Intricatiſſimi igitur vaticinii enodatio in Antiochum Epiphanem recta competit.

(4) *Per parvum cornu &c.* Quemnam adumbret parvum illud cornu, haud multum laborandum. Duplici etenim nomine Antiochum Epiphanem deſignat, quem Judaei inſenſiſſimum ſibi, ſimul & ſaeviſſimum experti ſunt, quique inter Liberos Antiochi Magni natu minimus, Romam obſes miſſus, ibi tendiu manſit, donec a Seleuco fratre revocatus eſt. *Tria autem cornua, ſibi adjuncta, diſſipavit*; Primum quidem Seleucum IV. qui fato ceſſit ſtatim ec idem Antiochus frater in Aſiam redux, Athenas pervenerat: alterum Demetrium, Seleuci filium, quem adoleſcentem, in Aſiem adveniens, paterna haereditate excluſit: tertium Ptolomaeum Philometorem, Aegypti Regem, quem a pluribus Syriae Regem poſtulatum, abſiſtere coëgit, ac tribus hiſce evulſis cornibus, Regni ſolus potitus eſt. Vel *tria cornua fregit*, feliciſſimo exitu cum Ptolomaco Philometore Rege pugnans, Aegyptum Invadens, & nullo negotio ſubigens; hinc victricia arma in Artaxiam, Armeniae Regem, vertens, quem captivum duxit: deniqua *fortitudinem*, ideſt, Hieroſolymam adgrediens, quod Regnum Dei Altiſſimi, ſuem redegit in poteſtetem. Ibi autem exſecranda, quae in Machabaeorum Libris, & hocce in Prologo recenſentur, perpetravit facinora. *Maledicta vero conſorſit adverſus Altiſſimum*. Adprime conſonat nonum 2. Machabacorum Libri Caput, referens, Antiochum, horrendo corporis cruciatu correptum, interiiſſe; *Eo quod ita ſuperbe loquutus fuiſſet, ſe venturum Hieroſolymam, & congeriem ſepulcri Judaeorum eam facturum.*

(5) Immodicarum Exactionum, totinſque in Chriſtianos motae Perſequutionis occaſionem ex odio, quo Romanos, Magorum potiſſimum, Judaeorumque opera, proſequebatur, Seporem captaſſe, conjicitur ex infra dicendis.

(6) *Anno 117. Regni Perſarum*: Chriſti, ſcilicet, trecenteſimo quadrageſimo. Jam etenim exploratum eſt, ſi recolatur Praefatio Generalis, annum 117. Regni Perſarum, ducta ſupputatione ab anno Chriſti 223. quo Artaxerſes Perſa, Dynaſtiae Saxaniticae author, Parthas devicit, in annum Chriſti 340. recte competere; annum vero trigeſimum primum Saporis, qui excunte anno Chriſti 309. Rex Perſarum renunciatus eſt, cum vulgari ejuſdem Chriſti anno 340. adprime componi. Atqoa heic corrigendus eſt enthor Synaxarii Copticerum, qui in Elogio Sancti Simeonis, & Sociorum ad diem 19. menſis Barmudae, ſeu 14. Aprilis, ſuperius relato, Sapori huic perperam *Dualcataſi*, hoc eſt latos hebentis humeros, non vero humerorum fractoris, agnomentum imponit: quod quidem agnomentum uni Sapori I. convenit. Sapor enim, Hormiſdae filius, hujus nominis II. de quo ſermo eſt, *Magnus*, ſeu *Longaevus* cognominatur. Caſtigandum etiam idem Copticarum, ut & Syrorum, Synaxerium, in quo annus Regni Perſarum 117. in hiſce Actis deſignatus, ad ipſam S. Simeonis aetatem per errorem referri videtur, his verbis: *Sanctus Simeon tempore, quo Martyrio adſectus eſt, annum aetatis agebat centeſimum decimum ſeptimum*. Quot enim annos Simeon vixerit, nec Maruthas, cetera adcuratiſſimus, adnotat, nec ulibi reperire licnie.

(7) *Seleucia*: Syris ܣܠܝܩ *Selik*, & corrupte apud Metaphraſtem *Salec*; alias ܟܘܟܐ *Cocbe*, a Seleuco Nicatore ennis ante Chriſtum natum trecentis extructa; & *Creſiphon*, alias ܟܚܠܐ *Cha-*

Chalane, & سباطير *Spanira*, urbes Meſopotamiae ad Tigrim, Arſacidarum olim Regiae, adeo conjunctae erant, ut urbs una viderentur eſſe; quippe quae flumine tantum interjecto, dirimebantur. Hinc uno, eodemque nomine apud Arabes in Collectionibus Canonum مداين *Modain*, vel, ut alii pronunciant, *Modajen* adpellatur. Ibi ſedes antiqua Metropolitarum totius Perſidis, quam Neſtoriani paullo ante Mahometana tempora occuparunt, atque ibi Catholicorum, ſeu Patriarcharum ſuorum Cathedrem conſtituerunt, uſque ad annum Hegirae 140. (non vero 145. ut ſcribit Euſebius Renaudotius tom. 1. Liturg. Orient. pag. 375. & tom. 2. pag. 408.) Chriſti 762. quo, nimirum, Seleucia, & Cteſiphonte dirutis, Abdalla Abugiapharus Almanſores, Chalipharum Abbaſidarum ſecundus, teſte Gelaleddino Aſiuthenſi, Cod. Arab. Vatic. XLVI. Bagdadum, ſeu novam Babylonem cis Tigrim conſtruxit: ubi deinceps Neſtorianorum Patriarchae, qui apud Chaliphas plurimum pollebant, domicilium fixerunt, Seleuciaeque, & Cteſiphontis titulum in Babylonicum, ſeu Bagdadenſem verterunt. Horum autem ſeriem ac geſta exhibet Aſſemanus Bibl. Orient. tom. 3.

(8) *Bar-ſaboë*, nomen Chaldaicum, ex duabus vocibus, nempe, ܒܪ *Bar*, & ܨܒܥܐ *Saboë*, compoſitum; quae duae voces *Fullonis filium* ſignificant. Agnomen, ſcilicet, Sancto Simeoni ab arte, quam ejus parentes exercuerant, impoſitum. Uſus enim invaluit apud Orientales, ut opifices, eorumque filii artis ſuae nomine cognominarentur. Cujus quidem conſuetudinis, ad noſtram uſque aetatem conſervatae, infinita propemodum exempla nobis ſuppeditant clariſſimi Viri, Ebedieſus Sobenſis in Catalogo Scriptorum Syrorum, Herbelotius, & Joſeph Simonius Aſſemanus in Bibliothecis Orientalibus. Sozomenus Hiſt. Eccl. lib. 2. cap. 8. pro Simeone Bar-Saboë legit *Simeonem Gnaphaeum*: Metaphraſtes vero apud Lipomanum tom. 7. habet *Jombaphaeum*. Fortaſſe pro *Baphaeo*, hoc eſt, Papae Diſcipulo, Gnaphaei, & Jombaphaei nomen obrepſit. Atque heic notandus eſt Interpretis, qui Theophanem e Graeco Latinum reddidit, inſignis lapſus; quum pro uno Seleuciae, & Cteſiphontis Epiſcopo duos fecit. Haec enim ſunt ejus verba: *Hoc anno Judaei, & Perſae, cognito Fidei Chriſtianae per totam Perſiam augmento, Simeonem Cteſiphontis, & alterum Seleuciae Archiepiſcopum, ceu Romanorum Imperatori amicos, quique res Perſicas ei revelarent, apud Saporem Regem criminati ſunt*. In Graeco legitur Συμεῶνα ἀρχιεπίσκοπον Κτησιφῶντος καὶ τῆς Σελευκείας: *Simeonem Archiepiſcopum Cteſiphontis, & Seleuciae*. Unde τὸ *Alterum* omnino redundat. Occaſionem errandi dederunt Theophanis verba, a calligraphis certe depravata, vel obtruncata, quae ſequuntur: ὡς φίλους τῶν Ῥωμαίων βασιλέων, καὶ πάντα τῶν Περσῶν ἀναγγέλλοντα: *Ceu Romanorum Imperatorum amicos, quique res Perſicas eis revelarent*. Quae fortaſſe vel ad ſingularem numerum reſtituenda ſunt, *Ceu Romanorum Imperatori amicum &c.* vel addendum eis; *Et alios ejuſdem Socios, ceu Romanorum Imperatori amicos &c.*

(9) Auream hanc S. Simeonis Epiſtolam, cujus ſummam paucis, ut ſuperius, exhibent Menologium Graecorum, juſſu Baſilii Porphyrogeniti Imperatoris editum, & Synaxaria Syrorum, Coptitarumque, nedum vellicat Tillemontius Hiſt. Eccleſ. tom. 7. Quaſi vero, inquit, Apoſtolicam doctrinam de ſervitute, & obedientia, Principibus ſeculi praeſtanda, haud primoribus labiis deguſtaſſet Simeon; verum & ipſam, tamquam ſuppoſititium Graecorum opus, explodit. At emunctae naris vir ſi eam in Chaldaicis hiſce Actis integram legiſſet, palinodiam utique canere, & ſuam a veſtigio opinationem improbare coactus fuiſſet. Noſtrum itaque eſt, quum laudatam Epiſtolam in Praefatione hujus operis genuinum Sancti Simeonis foetum jam comprobaverimus, ipſam itidem ab omni cenſurae labe vindicare. Ea quippe doctrina nec novitatis, nec falſitatis ſuſpicionem incurrit, adeoque nec Apoſtolicae diſſona, quam primaria Eccleſiae Lumina & hauſtam a ſeſe ex Evangelica luce profitentur, & poſteris traditam ſuis adſeruere calculis. Porro quid luculentius? Enimvero haecce Acta pervadentem neutiquam latere poſſe arbitror. Primo, Saporem Regem in odium Chriſtianae Fidei edicto mandaſſe, ut quotquot in Perſide Chriſto nomen darent, tamquam mancipia, & ſervi haberentur. *Anno*, produnt Acta, *trigeſimo ſecundo Saporis Regis promulgatum eſt edictum immane, ferroque datum jus ad perniciem cujuſvis fatentis ſe eſſe Chriſtianum, ut ſub jugum cogeretur, & loris conſtrictus in ſervitatem adduceretur*. Secundo, Saporem Regem non communia vectigalia, verum, ſicuti Tillemontius ipſe ſcribit, graviſſima, & intoleranda, quo vel ad extremas rei familiaris anguſtias adducerentur Chriſtiani, vel ad impia Sacra capeſſenda compellerentur, ſanxiſſe. *Mihi vero curandum eſt*, inquit Sapor, *ut peſſimam hanc luem aboleam, & vos ab hominum conſortio, memoriaque penitus deleam.... Tum edixit, ut in Sacerdotes, ac Levitas ſine cunctatione animadverteretur, Aedes ſacrae funditus exſcinderentur, Sanctiſſima Religionis monimenta conſpurcarentur, direptaque Sacri Miniſterii inſtrumenta in profanos uſus abjicerentur*. Ad haec autem, quorum alterum & naturale quidem, & Divinum infringebat, & conculcabat Jus, alterum vero adſertam a Chriſto Domino Eccleſiae ſuae libertatem peſſumdabat, ac proterebat, quid Simeon? Ad primum: *Fixum nobis eſt, quod in nos meditamini, jugum haudquaquam in cervices noſtras admittere*; Apoſtolum ſibi adſciſcit patronum: *Nolite fieri ſervi hominum*. Ad ſecundum: *Chriſtus Eccleſiam ſuam in libertatem vindicavit, Chriſtianoſque graviſſimis adflictos oneribus recreavit. Aurum petitis, nobis nec aurum, nec opes ſuppetunt, quibus a Domino vetitum eſt, aurum, argentumve in marſupiis habere*. Haec Tillemontio bilem commovent. At cachinnum compreſſiſſet, ſi Bibliothecae Patrum limina ſalutare voluiſſet. D. Hilarius ad haec verba, Matth. 17. 24. *Cum veniſſent Capharnaum, acceſſerunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei: Magiſter veſter non ſolvit didrachma? Ait etiam: & cum introſſet in domum, praevenit eum Jeſus*,

Google

ſui, *dicens*: *Quid tibi videtur*, *Simon? Reges terrae a quibus accipiunt tributum*, *vel cenſum? a filiis ſuis*, *an ab alienis? Et ille dixit*: *ab alienis. Dixit illi Jeſus*: *Ergo liberi ſunt filii*. Hilarius, inquam, Can. 17. *Numquid ambiguum eſt*, *filios Regum tributis obnoxios non eſſe*, *& quibus Regni veritas eſt*, *liberos eſſe a ſervitute?* Expreſſiuſne quidquam eſt in tota Simeonis oratione? D. Hieronymus in eadem verba Matth. cap. 17. *Dominus noſter & ſecundum carnem*, *& ſecundum ſpiritum*, *filius Regis erat*, *vel ex David Stirpe generatus*, *vel Omnipotentis Verbum Patris. Ergo tributa*, *quaſi Regum filius*, *non debebat*, *ſed*, *qui humilitatem carnis aſſumpſerat*, *debuit adimplere omnem juſtitiam. Noſque infelices*, *qui Chriſti cenſemur nomine*, *& nihil dignum tanta facimus majeſtate*: *ille pro nobis & Crucem ſuſtinuit*, *& tributa reddidit*: *Nos pro illius honore tributa non reddimus*, *& quaſi filii Regis*, *a vectigalibus immunes ſumus*. Sanctus autem Simeon eo non prorupit, ut a vectigalibus immunes omnino Chriſtianos dixerit, verum a nimiis, & intolerandis. D. Auguſtinus laudatum textum explanans, quæſt. 75. ex Nov. Teſtam. *Quia*, inquit, *inimicus Diabolus ſemper in inſidiis erat*, *occaſionem quaerens*, *ſi poſſet inclinare Salvatorem*, *Exactorum didrachmae animos occupavit*, *ut ejus facerent voluntatem*, *ut accedentes ad Petrum*, *qui primus inter Apoſtolos erat*, *ſalvi debere ab eorum Magiſtro dicerent didrachmam*, *qui ab his oneribus liberi erant*. Porro ſi Apoſtoli ab oneribus quibuſcumque liberi; quidni S. Simeon & ſe, & ſuos ab iiſdem, & quidem intolerandis, liberos conclamaſſet? Illi Romanis, haud ſecus ac hi Sapori tributa pendere tenebantur. Verum ne heic tractationem inſtituamus, os Tillemontio occludatur ex alia D. Auguſtini expoſitione, l. 1. q. Ev. q. 70. *Quod dixit*, inquit S. Doctor, *ergo liberi ſunt filii*, *in omni regno intelligendum eſt*, *liberos eſſe regni filios*, *id eſt*, *non eſſe vectigales*. *Multo ergo magis liberi eſſe debent in quolibet regno terreno filii regni illius*, *ſub quo ſunt omnia*. Ergo a vectigalibus liberi ſunt, & multo magis, quam Regum filii, ii ipſi, qui filii ſunt regni illius, ſub quo ſunt omnia. At hi non alii, quam Chriſtiani dicendi ſunt. Divinare profecto nequeo, quid ad haec hiſcare auſurus eſſet Tillemontius. Prae iis quippe infima ſunt, quae regerit S. Simeon. Nae tamen Apoſtolum legerant DD. Hilarius, Hieronymus, & Auguſtinus. Sarta igitur, tectaque praedicanda S. Simeonis doctrina, quam ſcriptis ſuis conſignarunt Doctorum utique Choriphaei, & quam etiamnum clariſſimi Authores e ſuggeſto ſanciunt. Abſit tamen, ut litem diſcordantes nuperrimos inter Scriptores Catholicos dirimamus. Quo enim Tillemontii retundatur aculeata reprehenſio, id unum nobis ſummum eſt, Sanctum, ſcilicet, Simeonem in eadem fuiſſe menta, qua reliqui Eccleſiae Antiſtites. Cui abunde factum ſatis.

(10) Deſignari heic videntur calamitates, in Judaeos altero & vigeſimo poſt S. Simeonis Martyrium anno Divinitus immiſſae; quum, ſcilicet, illi anno a Partu Virginis trecenteſimo ſexageſimo tertio, Juliani Apoſtatae ſuaſu, Hieroſolymitani Templi inſtaurationem adgreſſi, noctu vehementi terraemotu exorto, igneque Caelitus delapſo, eorum plurimi partim illico interierunt, partim ſemianimes, manibus, cruribuſque mutilatis, reperti ſunt. Vide Socrat. Hiſt. Eccleſ. lib. 3. cap. 20. & Sozomeo. lib. 5. cap. 22.

(11) Regio *Huzitarum*, quos Arabes اهواز *Ahuaz*, Graeci, Latinique *Uxios*, & *Oxios*, ſeu *Oxianos* adpellant, Suſianae ad Orientem jungitur, & circa Oxium fluvium potiſſimum extenditur. Ea Procopio *Vazaina*, Metaphraſti *Bethuza*, Graecis vero Latiniſque paſſim *Uxia*, & *Oxiana* dicitur. Vide Jacob. Goll. & Aſſem. Bibl. Orient. tom. 3. Part. 2.

(12) Hunc Sozomenus, & Baronius *Abdechalaam*, & *Abdechalam* vocant; Synaxarium autem Syrorum, & Menaea Graecorum, ut & Galeſinius *Abdellam*, *Abdallam*, & *Abidelam*. Sed corrupte apud omnes; Chaldaicum etenim id nomen eſt, ex duabus vocibus compoſitum, nempe ܥܒܕ *Abd*, & ܗܝܟܠܐ *Haicla*, quarum altera *ſervum*, altera *Templum* ſignificat. Atque adeo ſi Abdhaiclam e Chaldaico Graecum facere velis, recte τὸν Ἱερόδουλον dixeris.

(13) *Hananiam*, alterum Sancti Simeonis ſocium, Epiphanius Scholaſticus Ἀνάνιαν adpellat, Allatius vero Αἰθιλᾶν; ſed ob Chaldaicae, ſeu Syriacae linguae inſcitiam, id nomen utrobique depravatum.

(14) Intellige *Suſan*, vel, ut Arabes pronunciant, سوس *Sus*, ad Eulaeum fluvium, de qua infra in Actis Sancti Milis. Hanc vero fuiſſe B. Simeonis patriam, tradunt ex pervetuſtis Epiſcoporum Seleucienſium monimentis Mares, Salomonis filius, Amrus, & Gregorius Abulpharagius in Chronologica eorundem Epiſcoporum Serie, quam ſemel atque iterum in epitomen redactam exhibet Aſſemanus Bibl. Orient. tom. 2. pag. 387. & tom. 3. part. 1. pag. 611. Ea quoque in urbe Sancti Simeonis Corpus tumulo conditum fuiſſe, legitur in Officio Chaldaeorum ad Feriam ſextam hebdomadae tertiaedecimae poſt Pentecoſten, his verbis

ܘܐܬܩܒܪ ܡܪܝ ܫܡܥܘܢ ܒܫܘܫܢ
ܥܝܠܡܝܐ ܕܡܬܩܪܝܐ ܠܘܬ ܛܝܝܐ ܣܘܣ.

Et ſepultus eſt Sanctus Simeon Suſan Ilamitarum, *quam Arabes Sus adpellant*. Hactenus Officium Chaldaeorum.

(15) *Ledan*: urbs *Huzitarum*, ſeu *Oxianorum*, de quibus ſupra, olim Epiſcopalis ſub Metropolita *Elamitarum*, quos Graeci, Latinique *Elymaeos* nuncupant. Paulus ejus urbis Antiſtes inter praecipuos Neſtorianae haereſis propagatores recenſetur a Simeone, Betharſamenſi Epiſcopo, in Epiſtola de Barſauma Niſibeno, deque Neſtorianorum haereſi, Cod. Syriac. Vatic. XI. Eandem Eccleſiam cum Suſana olim fuiſſe conjunctam, teſtatur Elias Neſtorianus, Damaſci Archiepiſcopus, in Nomocanone Arabico, Codice Arabico Vaticano XXXVII. Ibi etiam Martyrium paſſi ſunt Sancti Barhsſcemimus, & Abdas Epiſcopi, quorum Acta infra dabimus.

(16) *Magi*; nomen Chaldaicum a verbo ܗܓܐ, quod meditari, ac in rerum cognitione occu-

occupari ſignificat, deductum. Olim Sacerdotes, & Philoſophi Perſarum, quibus & Sacra, & publica res curae, magno apud omnes in pretio. Horum ortum, incrementa, & officium nemo melius Ammiano Marcellino expoſuit; quem proinde conſule lib. 23. ut & D. Hieronymum lib. 11. adverſus Jovinianum: Agathiam Scholaſticum lib. 1. & Abrahamum Ecchellenſem Maronitam in Notis ad Catalogum Ebedieſu, Sobenſis Metropolitae, Romae anno 1653. typis Sac. Congregationis de Propaganda Fide vulgatum. Porro Magorum authoritas, atque ſuperſtitio, cui omnes fere Perſae fuerunt olim addicti, aliquot poſt Mahometis Pſeudoprophetae interitum annis, magna quidem ex parte evanuit. Nam quum Mahometanis ex Alcorani praecepto ſectas, quae Dei Optimi Maximi unitatem non profitentur, tolerare vetitum ſit, ſimulac Perſicarum rerum potiti fuerunt, toti ad Magorum perniciem incubuere. Abdalla, Chalipharum Abbaſidarum ſecundus, in eorum Principes ſedecim animadvertiſſe, & Magiam publico edicto proſcripſiſſe, legitur apud Theophanem ad annum Chriſti 759. Quin & Motatedum, proximum poſt Abdallam Moſlemanorum Imperatorem, cui Chriſtiani prae ceteris cari fuerunt, Magos non eſſe rebus publicis praeficiendos, edixiſſe, eorumque ſectam, in praecipuis Perſiae urbibus jamdiu graſſantem, penitus exſtirpari curaviſſe, tradit Amrus, Matthaei filius, apud Aſſemanum Bibl. Orient. tom. 3. part. 1. pag. 216. Adverſus peſtem hanc hominum teterrimam, quorum non pauci in Montibus Birthae, & circa urbem Jaſdum ad Daram fluvium in Carmania ſuperſunt, ſcripſere ex Chaldaeis, & Syris praecipui, *Theodorus*, Mopſueſtiae in Cilicia Epiſcopus. *Joſue Stylites Edeſſenus*, ſeculo Chriſti quinto clarus, qui in Libro de Bello Perſico ſub Cavade Rege, & Anaſtaſio Imperatore, Cod. Syriac. Vatic. XIII. eiſdem Magis, praeter Aſtrologiam Judiciariam, cui potiſſimum addicti erant, hunc tribuit errorem, quod, ſcilicet promiſcuum feminarum uſum docuerint. *Johannes Bethrabanenſis*, Narſetis Leproſi Diſcipulus, quem una cum Abrahamo authore Commentarii in vetus Teſtamentum, & Libri de Cauſſa Seſſionum, quae apud Chaldaeos Pſalterio interponuntur, ſub Juſtino Romanorum Imperatore, & Choſroë Perſarum Rege, Edeſſena in Schola claruiſſe, teſtatur Amrus in vita Joſephi, Neſtorianorum Patriarchae, Cod. Arabic. Vatic. XLI. *Mares Perſa*, Hardaſciri Epiſcopus, ſub Concilio Epheſino I. clarus, cujus quidem ſcripta adverſus Magos ſummopere celebrat Ebedieſus, Sobenſis Metropolita loc. cit. *Acbumedes*, Syrorum Orientalium, imperante Choſroë Anuſciruano Perſarum Rege, Epiſcopus a Jacobo Baradaeo, ſeu Zenzalo, Monothelitarum choriphaeo, conſecratus, qui, teſte Bar-ebraeo, Chronic. Syriac. ad annum Graecorum 870. & 886. cum Magis quoque Tagriti diſputavit, eorumque plurimos ad Chriſtianam Fidem convertit. *Barſobodes*, Carchae Epiſcopus, Phetioni Patriarchae ſynchronus, cujus Opus, in Magos, Doctrinae *Zaradoſti*, ſeu *Zoroaſtri* adſeclas, inſcriptum, laudatur a Metropolita Sobenſi loc. cit. *Barchoſiaus*, alias *Barchoſroës*, quem Ecchellenſis, & Hottingerus *Bardukſin* perperam vocant, Coenobii Moſulenſis fundator, anno Chriſti circiter 570. ſub Ezechiele Syrorum Patriarcha clarus. *Aras*, incertae aetatis author, antiquus tamen, ut ex ipſius libris, adverſus Bardeſanitas editis, quos prae manibus habemus, plane conjicitur. S. Ephraem Syrus, quem paſſim in Magos invehentem animadvertimus, quum Syriaca ejuſdem praeclari Doctoris Opera quinque ab hinc annis latinitate donaremus.

(17) Solem, & Ignem, tamquam Numina Perſas adoraſſe, liquet etiam ex ejuſdem Saporis Regis Edicto, quod infra in Actis S. Acepſimae exhibebitur. Idque teſtantur non veteres modo Graeci, Latinique, ſed Chriſtiani, Judaei, & Mahometani omnes; adeo ut hucuſque Perſice آتش پرستان Arabice vero عبّاد الشمس والنار idest, *ſolis, & ignis adoratores* vocentur, qui antiquam Perſarum ſuperſtitionem retinent. Hinc ſummae quidem impudentiae arguendus eſt Thomas Hyde Anglus, qui in libro de veterum Perſarum Religione cap. 4. Poëmatis cujuſdam Perſici: چيل مينار *Chil Minar*, ſeu *Centum Portae*, inſcripti, in quo nonniſi griphi, & enigmata fabulis intertexta leguntur, authoritate ductus, Chriſtianos innumeros in Perſequutione Saporica temere animas projeciſſe effutit, eoſque, ceu homines rerum patriarum ignaros, ridet: *Quia*, inquit, *perperam exiſtimabant Perſas adorare ſolem. Sed ut verum fatear, dicti Chriſtiani mihi videntur ſuo humori, & propriae pertinaciae plus quam conſcientiae litaſſe, quum probe ſcirent, per totum Orientem, praeſertim in Perſia morem eſſe civilem cultum praeſtare adorando. Sic fecerunt Joſephi fratres.* Abſit, ut de tot Sanctis Martyribus tam abſurde, ne dicam, impie judicetur. Ecqua enim fide tot Martyrum millia traducuntur, tamquam cervicoſi homines, qui religionem eorum, inter quos vivebant, ignorarent? At eam potius ignoraviſſe Thomam Hyde demonſtrare facile foret, qui unius authoris, & quidem ſordidiſſimi, quem & Mahometanum fuiſſe conſtat, & ante ducentos admodum annos ſcripſiſſe, authoris, ſcilicet, Poëmatis Centum Portarum teſtimonio totam funditus antiquitatem, & Chriſtianam apud omnes Nationes conſervatam de Martyribus Perſis traditionem evertere conatus eſt; ſed prorſus infeliciter.

(18) *Arzabades*: Sozomenus, & Epiphanius Scholaſticus, omiſſa hac voce Perſica, quae Cubiculi Regii cuſtodem rectius ſonat, hunc Eunuchum *Praepoſitum Domus Regiae* vocant; Menologium vero Baſilii Imperatoris, & Menaea Graecorum *Praepoſitum* dumtaxat. Porro Eunuchiſmus a Perſis originem habuiſſe vulgo creditur. A Spada enim Perſidis vico, ubi primum virilia exciſa ſunt, Spadones nuncupati Stephano videntur. Eos poſtea aliae quoque gentes, Romani in primis imitati ſunt; unde Petron. Satyr. edit. Boſch. pag. 269.

Perſarum ritu nam pubeſcentibus annis
Surripuere viros . . . .

Magna olim Eunuchorum apud Perſas authoritas, quippe qui puerorum, puellarum, mulierumque, quibus, ut alios uſus praeteream, cuſto-

des potiſſimum, & comites addebantur, favore non اززبد *Arzabadis* ſolum, verum & اسطبيد *Aſtabidis*, quae ſuprema militiae Praefectura eſt, dignitatem plerumque adtingebant. Eandem ferme authoritatem etiamnum iſtiuſmodi homines apud Orientales Principes, & Conſtantinopoli praeſertim, ubi magna eorundem frequentia, retinent. Duas namque ea in urbe catervas ſub totidem Praefectis conſtituunt, Alborum, nempe, & Nigrorum: quorum priores, adſpectu quidem formoſiſſimi, neſando ſceleri potiſſimum mancipantur; alteris vero, quibus nihil deformius, nihil perverſius cerni, fingive poteſt, pueri, feminaeque concreduntur.

(19) *Gubſciatazades*, hunc *Uſthazanem* vocat Martyrologium Romanum ex Sozomeno: Menaea *Chuſdazat*; Epiphanius Scholaſticus *Uſthazadem*. In Codice Leonis Allatii ܐܘܣܬܐܙܕ ubique ſcribitur. Sed perperam apud omnes; ea etenim vox, cujus interpretationem habes ſupra, Perſica eſt, atque juxta archetypum كوشستازد pronuncietur, nonniſi *Gubſciatazades*, ſeu *Chuſciatazades*, exaranda.

(20) Praeter *Pullarum* veſtium uſum, quae ad hanc uſque diem luctus, moeſtitiaeque ſunt indices, ſolent Perſae, ceterique Orientales, ob ereptos ſibi praecipue conſanguineos, & Principes viros, ad menſem, vel longius, juxta defuncti gradum, conditionemque, a balneorum uſu ſe abſtinere, &, ſi pullis careant, veſtem inverſam, ſeu praepoſtere induere. Interim vero nec caput abraduot, nec ſibi ungues reſecant, uti nosipſi, quum novem ante annos in Aſia verſaremur, multoties obſervavimus.

(21) Duplex eſt apud Chaldaeos, & Syros notandorum dierum ratio, altera juxta ſolares Seleucidarum, & Martyrum ſub Diocletiano menſes; de quibus vide Calviſium Sethum, Petavium, aliosque Chronologos; altera ſecundum dies lunares, quorum, ut & ſolarium, priorem a Kalendis Octobris arceſſunt. Quare autem poſtremam hanc rationem in hiſce Actis deſcribendis adhibuerit Sanctus Maruthas, ac priorem praetermiſerit, nobis haud liquet. Veriſimile tamen eſt, id ab eo conſulto peractum fuiſſe in gratiam vetuſtiſſimorum Eccleſiae Kalendariorum, in quibus, ſicuti annuus Paſchatis dies ex Lunaribus periodis eruitur, ita & Sanctorum Natalia Lunaribus menſium diebus conſignantur.

(22) Multiplex hujus hebdomadae apud Chaldaeos, & Syros nomenclatio; alias enim ex Paſchate Judaeorum, in ea celebrari ſolito ܫܒܘܥܐ ܕܦܛܝܪܐ, *Hebdomada Azymorum*, dicitur: alias vero ܫܒܘܥܐ ܪܒܐ *Hebdomada Magna*, ſeu *Major*, ut apud Latinos: Saepius tamen ܫܒܘܥܐ ܕܚܫܐ *Hebdomada Paſſionis* adpellatur, ut in antiquis, & recentioribus Syrorum Kalendariis, in quibus Feria ejuſdem quinta ܚܡܫܐ ܕܐܪ̈ܙܐ *Dies quintus Myſteriorum* dicitur, ob Euchariſtiae, ſcilicet, & Lotionis Myſteria, ſeu Sacramenta eo die a Chriſto Domino inſtituta.

(23) Intellige *Ledan*, Huzitarum urbem, de qua ſupra.

(24) Ita Sozomenus, & Martyrologium Romanum; Codex tamen Chaldaicus Nitrienſis Vaticanus II. ſub titulo Actorum S. Simeonis *duas ſupra centum* recenſet, cum eodem Simeone Martyrium paſſos, ex quibus Epiſcopos quinque deſignat, nempe, ܓܕܝܗܒ *Gadiaben*; & ܣܒܝܢܐ *Sabinum*, *Lapetenſes*; ܝܘܚܢܢ ܕܗܘܪܡܝܙܕܫܝܪ *Johannem Hormiſdaſciri*; ܒܘܠܝܕܥ ܕܦܪܬ *Bulideum Pherath-Meſanae*; & ܝܘܚܢܢ ܕܟܪܟܐ *Johannem Carche-Meſanae*. Gregorius vero Bar-ebraeus, qui & Abulpharagius, in Serie Catholicorum Orientis, quam ad tertiam Chronici ſui partem adjecit, *tres ſupra centum* adſignat, una cum S. Simeone comprehenſos, ipſoque praeſente, & cohortante jugulatos:

ܘܐܬܐܚܕ ܗܘ ܩܬܘܠܝܩܐ ܘܥܡܗ ܐܪܒܥܐ
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܬܫܥܝܢ ܘܬܫܥܐ ܩܫܝܫܐ ܘܡܫܡܫܢܐ
ܘܫܪܟܐ ܕܡܗܝܡܢܐ . ܘܐܬܪܡܝܘ ܟܠܗܘܢ ܒܐܣܝܪܐ :
ܘܐܬܢܓܕܘ ܣܓܝ ܒܢܓܕܐ ܩܫܝܐ ܡܢ ܦܪܣܝܐ :
ܘܠܐ ܐܬܪܦܝܘ ܡܢ ܗܝܡܢܘܬܐ . ܘܡܛܠ ܗܕܐ ܐܬܚܡܬ
ܫܒܘܪ ܘܦܩܕ ܕܢܬܩܛܠܘܢ ܟܠܗܘܢ ܩܕܡ ܩܬܘܠܝܩܐ . ܘܠܗ
ܠܩܬܘܠܝܩܐ ܠܚܪܬܐ : ܘܟܕ ܪܗܛܘ ܩܛܘܠܐ
ܠܡܩܛܠܗܘܢ ܗܘܐ ܡܢܫܩ ܩܕܝܫܐ ܠܟܠ ܚܕ
ܡܢ ܚܒܪܘܗܝ ܒܥܝܢܗ ܘܡܠܒܒ ܗܘܐ ܠܗܘܢ
ܘܡܓܪܓ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܠܙܟܘܬܐ ܘܠܫܘܒܚܐ :
ܥܕܡܐ ܕܐܦ ܗܘ ܒܚܪܬܐ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܐܬܩܛܠ
ܒܥܪܘܒܬܐ ܕܚܕܬܐ : ܡܛܠ ܗܢܐ ܐܬܩܪܝܬ
ܥܪܘܒܬܐ ܕܡܘܕܝܢܐ .

Et comprehenſus Catholicus (Sanctus Simeon Bar-Saboë) *una cum quatuor Epiſcopis, ac nonaginta novem Presbyteris, Diaconis, aliiſque Fidelibus, omnes in carcerem conjiciuntur: ubi plurimis, iiſque ſaeviſſimis, cruciatibus a Perſis pertentati, in Chriſtiana fide conſtantiſſimi perſtiterunt. Quamobrem ira excandeſcens Sapor eos omnes ob oculos Catholici, ipſum vero Catholicum noviſſime obtruncari juſſit. Quum autem lictores ad caedem properaſſent, Sanctus Dei Martyr ſingulorum ſociorum frontem exoſculari, eorum animis vim, ſtimuloſque addere, cunctos ad triumphum, & gloriam incendere; donec & ipſe omnium poſtremus interemtus eſt, feria ſexta in Albis, quae propterea feria ſexta Confeſſorum adpellatur*. Haec Bar-ebraeus; qui tamen adlucinatur in adſignanda hebdomadae in Albis feria ſexta, quum nihil luculentius tum ex hiſce Actis, tum ex Synaxariis, aliiſque Scriptoribus evinci fas ſit, quam feria ſexta Majoris hebdomadae Simeonem cum Sociis mortem oppetiiſſe. Menaea Graecorum *Mille centum & quinquaginta* enumerant; Menologium autem Baſilii Imperatoris, ut & Syrorum Coptitarumque Synaxaria, quorum verba ſuperius exſcripſimus, *Centum & quinquaginta*. Undenam autem hunc hauſerint numerum, nos prorſus latet. Demum Coptitarum Synaxarum, prae-

F ter

ter hos Centum & quinquaginta, plurimos inſuper Martyres ibidem laudat, quos in carcere forenſibus de cauſſis detentos, a ſolis cultu ad Chriſtiana ſacra Simeonis adhortationibus converſos fuiſſe, ac poſtmodum ante Simeonis paſſionem caeſos adfirmat. At horum quum nullibi mentio fiat, idem Coptitarum Synaxarium hac in re caſtigandum potius, quam obſervationibus illuſtrandum cenſeo.

(25) *Phuſikius*; Sozomeno *Puſices*: Martyrologio Romano *Puſicius*: Menologio Baſilii [illegible]: Menaeis Graecorum [illegible]: Coptitarum, Syrorumque Synaxariis باسيق, & ܦܘܣܝܟ *Baſik*, & *Phaſik* dicitur. Ejus certamen in praedictis Martyrologiis celebratur; nullibi tamen fuſius, quam in Baſilii Menologio ad diem XIV. Aprilis; ubi poſt Simeonis & Sociorum encomium haec de S. Phuſikio, ejuſque Filia Virgine leguntur: *Hic Martyr* (Phaſic) *quum Sancti Martyres Socii S. Simeonis decollarentur, eorum Martyria praeſens, quemdam ex eis Presbyterum, dum caput ei obtruncandum eſſet, timentem, ac trepidantem adverteret, ipſi ait: Ne timeas; claude oculos tuos, & Chriſtus te illuminabit. Unde Chriſtianae Religionis adſecla cognitus, adductus eſt coram Rege; & ab ipſo interrogatus, quum Chriſti nomen confeſſus eſſet, primum quidem ei abſciſſa fuit lingua: deinde totius corporis pelle crudeliter detracta, animam emiſit. Filiam autem habebat Chriſtianam ſanctimonialem, quam coram ſe adductam, juſſit Rex, Chriſto renunciare, ſolique, & igni ſacrificare. Quum vero illa ad id ſuaderi non pateretur, primum quidem eam denudari mandavit, & crudeliter flagellis caedi, facibuſque aduri: deinde ſuſpendi, ac ferreis ungniculis dilaniari; ſacram demum ipſius cervicem enſe abſcindi*. Hucuſque Menologium Baſilii.

(26) Franciſcus Laherius in Menologio Virginum Phuſikii filiam, cujus nulla in Syrorum, Coptitarumque Synaxariis fit mentio, *Puſicem* adpellat: quod ei nomen fuiſſe alibi non legimus.

(27) *Puella*, ſeu *Filia Foederis*, quae, nimirum, virginitatem ſuam ſtabili foedere, ſeu voto Deo obſtrinxerat. Hocce enim vocabulo Virgines Deo Sacras Chaldaei, & Syri nuncupant. Quodnam autem vitae inſtitutum iſtiuſmodi Virgines olim tenuerint, vide Aſſemanum Bibl. Orient. tom. 3. part. 2. & Admonitionem noſtram in Martyrium Sanctae Tharbae, & Sociarum, ubi de iis ſtricto preſſoque calamo aliquid adtingemus.

ADMONITIO

In Certamen Plurimorum Martyrum & AZADIS, Regis Eunuchi.

Horum SS. MM. & numerus & nomina deſiderantur.

QUum ineunte altero Perſequutionis anno, Saporis vero Perſarum Regis trigeſimo ſecundo, a feria ſexta Majoris Hebdomadae, qua Simeon Bar-Saboe, Seleuciae, & Cteſiphontis Epiſcopus, Martyrium perpeſſus eſt, ad Dominicam in Albis, diebus, ſcilicet, decem, tanto furore in Chriſtianos ſaevitum fuerit, ut nullo interpoſito, praemiſſove examine, eorum infinita prope multitudo ad ſolam nominis Chriſtiani confeſſionem jugularetur; mirari profecto non ſubit, quod S. Maruthas Virorum, Mulierum, ſingulorumque eo temporis intervallo caeſorum, nec fuſiora Acta colligere, nec nomina, aut numerum deſignare potuerit.

Eorũ memoria celebris.

Etſi vero non perpauca eorum Martyrum nomina ignota fuerint, ipſorum tamen & in Latina, & in Graeca Eccleſia perpetuo celeberrima fuit memoria. Quod quidem compertum eſt nedum ex his, quae heic a S.Marutha referuntur, verum etiam ex aliis antiquis Authoribus, qui eos, in unum *Plurimorum* ſeu *Innumerorum Martyrum Perſarum*, congeſtos album, celebrarunt. *Sequente autem anno*, inquit Hermias Sozomenus Hiſt. Eccl. lib. 2. cap. 11. *eo ipſa die, quo Paſſionis quidem Chriſti memoria celebrabatur, Reſurrectionis vero exſpectabatur feſtivitas, crudeliſſimum Edictum Saporis per univerſam Perſarum ditionem propoſitum eſt, quo cuncti, qui ſe Chriſtianos confeſſi eſſent, mortis ſupplicio addicebantur. Quo quidem tempore, ajunt, innumerabilem Chriſtianorum multitudinem gladio caeſam eſſe. Nam & Magi, qui per ſingulas urbes, & vicos ſtudioſe inveſtigabant eos, qui ſe occultarent, & Chriſtiani, nemine ipſos ducente, ultro ſemetipſos prodebant, ne ſilentio ſuo Chriſtum negaſſe viderentur. Porro quum Chriſtiani omnes abſque ulla miſeratione trucidarentur, multi in ipſo Palatio necati ſunt, atque inter hos Azades Eunuchus Regis longe cariſſimus, quem quum Sapores peremptum accepiſſet, incredibili dolore perculſus eſt; & hanc quidem generalem Chriſtianorum caedem compreſſit, ſolos vero Chriſtianae Legis Doctores interimi praecepit*. Et cap.14. *Verum ut ſummatim dicam, cunctos ejus temporis Martyres*

Apud Sozomenum aliosque Scriptores.

Google

tyres tam viros, quam mulieres, quorum nomina recoluntur, ſedecies mille numero fuiſſe perhibent: reliquae vero multitudinis ne numerum quidem iniri poſſe. Atque idcirco difficile admodum viſum eſt Perſis, Syris, atque Edeſſenis, qui hac in re plurimum ſtudii, atque operae poſuerunt, horum nomina percenſere. Eadem ferme, ſed magis contracta habent Nicephorus lib 8. Hiſt. Eccleſ. cap. 37. & Caſſiodorus lib. 3. Hiſt. tripart. cap. 2.

In Martyrologio Romano.

Martyrologium Romanum die xxii. Aprilis: *Eodem die Sanctorum plurimorum Martyrum, qui ſequenti anno poſt obitum Simeonis, annuo item die, quo Paſſionis Dominicae memoria celebrabatur, per totam Perſidis regionem pro Chriſti nomine ſub Rege Sapore gladio caeſi ſunt. In quo fidei certamine paſſus eſt Azades Eunuchus, Regi cariſſimus: Milles Epiſcopus cum Presbytero ſuo Jacobo: item Aithala & Joſepho Presbyteris, Azadane, & Abdieſo Diaconis, & compluribus aliis Clericis: Marcas quoque, & Bicor Epiſcopi, cum aliis viginti Epiſcopis, & Clericis fere ducentis quinquaginta, Monachis etiam, & Sacris Virginibus plurimis, inter quas & S. Simeonis Epiſcopi Soror, nomine Tarbula, cum pediſequa ſua, quae ſtipitibus alligatae, ſerraque ſciſſae, crudeliſſime necatae ſunt.*

In Menologio Graecorū.

Menologium Graecorum, Baſilii Porphyrogeniti Imperatoris juſſu editum, ad diem xiv. Aprilis: *Recurrentem ſanctae, & magnae Paraſceves ſalutarem feſtivitatem etiam ii Chriſtiani, qui in Perſide erant, celebrabant, atque glorioſa recordatione recolebant, Chriſto gratias agentes, quod propter noſtram ſalutem pati dignatus fuerit. Comprehenſo autem, & occiſo Sancto Simeone Epiſcopo, & aliis etiam plurimis cum eo interemtis; ab ipſo ſiquidem magnae Paraſceves die per decem uſque ſequentes dies quicumque comprehendebantur Chriſtiani occidebantur; hi etiam Sancti tenti fuerunt, & cum ipſis Azates Eunuchus, qui dives erat, & in Palatio primus, dilectus plurimum, atque in honore habitus a Sapore. Hi itaque coram Rege adducti, & ab ipſo interrogati, quum Chriſtum animo confidenti profeſſi eſſent, fuerunt omnes interemti. Poenitentia autem ductus Sapores ob mortem S. Azatis, lege cavit, ne quis in poſterum Chriſtianus occideretur, & ad aliquod tempus ejuſmodi edictum obſervatum fuit.* Hactenus Menologium Baſilianum.

In Officiis Chaldaeorū.

In Syrorum, Copritarum, Armenorumque Synaxariis nullam horum Martyrum memoriam reperire licuit; at in Officiis Sanctorum per annum ad feriam ſextam hebdomadae tertiae decimae poſt Pentecoſten, ad quam, ut ſuperius innuimus, Simeonis Feſtum tranſtulerunt Chaldaei, eorundem Martyrum certamen laudatur ipſiſſimis fere verbis, quibus a S. Marutha. Ea idcirco brevitati conſulentes, praetermittimus.

Eorū numerus ignotus.

Porro horum Martyrum numerum adſignare vetat diſcors Scriptorum calculus. Sozomenus loc. cit. ad *ſedecies mille* perducit; Menologium Baſilianum in modo laudatae Commemorationis titulo ad *mille*, qui tamen in Menaeis Socii S.Simeonis dicuntur. Quam demum, ex Scriptore Perſa depromtam, latinitate donandi ſpem ingerebat Renaudotius, Hiſtoria Perſarum Martyrum *bis centum millia* recenſet. Et plurimos quidem tum temporis Martyrio perfunctos eſſe, nedum ex varia Hiſtoricorum ſupputatione, ſed & ex Actis noſtris luculentiſſime colligitur. Cur itaque Menologii Baſiliani author mille tantummodo memoraverit, nobis haud liquet; quum nec Sozomenus, nec Hieronymus, e quibus deſumta ſunt quae de Martyribus Perſis apud ſequiores Latinos, Graecoſque leguntur, nec alii Perſicarum rerum Scriptores hunc numerum unquam deſignaverint.

Cum iis perperam adcenſentur Acepſimas, Jacobus, & alii Martyres.

Verum qui Sozomenum, & Nicephorum exſcripſere, ut Latinorum praeſertim antiqua & recentiora Martyrologia, cum iis adlucinati ſunt, perhibentes ipſo in Certamine Martyrii lauream adeptos Acepſimam, Jacobum, & alios, quos ex genuinis eorumdem Actis, a nobis infra exhibendis, nonniſi ſubſequentibus eam Plurimorum Martyrum caedem annis, Martyrium ſubjiſſe, extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt.

Martyrii tēpus.

Deceptos quoque fuiſſe Sozomenum, Nicephorum, Caſſiodorum, & reliquos Scriptores, alterum a S.Simeonis obitu annum adſignantes, quo Plurimorum horum Maryrum certamen inchoatum eſt, cum ex Menologio Baſilii, tum ex Actis noſtris plane deducitur. Primo etenim hanc edicti promulgationem *ad annum Saporis Regis trigeſimum ſecundum* expreſſe referunt. At annus Saporis 32. niſi in annum Chriſti 341. non competit, quum ab anno 309. Regnum auſpicatus fuerit: Annus vero Saporis 32. Chriſti 341. ille ipſe eſt, quo Simeon Martyr occubuit. Eodem igitur anno & Simeon, & Plurimi iſti Martyres caeſi ſunt. Recolautur quae de Saporicae hujus Perſequutionis Epocha in Praefatione

F 2

ſatione Generali diſſeruimus. Secundo, in Actia noſtris nedum Saporia annus 32. ſed & idem diſertiſſime adnotatur dies: *Hoc eodem die promulgatum eſt Edictum*. Verum hic dies ſi omnino idem, non alius certe ſuit, quam feria ſexta Majoris hebdomadae, qua Simeon mortem oppetiit; hunc quippe unum in praecedentibus adſignavit Maruthas. Quo igitur pacto in ſequentem annum rejici poteſt? Ecquis in animum induxerit, Marutham a Simeonis caede ad Edicti promulgationem ſermonem continua texentem ſerie, utramque autem eodem peractam die adfirmantem, illam tamen alio, quam hanc, anno exſequutioni mandatam intellexiſſe? Quum jam ſi ſequens inſerendus ſit annus, non Saporis 32. ut ſcribit Maruthas, ſed 33. deſignandus ſuiſſet. Tertio, ut quodlibet occludatur eſſugium, Maruthas luculentiſſime adſeverat: *Edictum illud promulgatum ſuiſſe feria ſexta, quae in decimam quartam Lunae Aprilis diem cadebat: ab ejus autem feriae hora ſexta ad alteram Dominicam habdomadae ſecundae Pentecoſtes a caedibus nunquam fuiſſe ceſſatum*. At anno Simeonis obitum ſubſequente, feria ſexta in decimam quartam Lunae Aprilis diem nentiquam incidebat; uti ex tabulis Paſchalibus liquet. Eodem igitur, quo S. Simeon Martyrii laurea donatus eſt, anno & Edictum Saporicum publicatum eſt, & Plurimi Martyres, de quibus agimus, interemti ſunt.

Martyrologii Romani adlucinatio.

Atque hinc primo corrigendum eſt Martyrologium Romanum, quod ex aliorum lapſu tradit, *Plurimos hos Martyres ſequenti anno poſt obitum Simeonis caeſos eſſe*.

Refellitur Authoris Bibl. Orient. de duobus Saporis Edictis ſententia.

Secundo; eliminanda clariſſimi Orientalis Bibliothecae Authoris ſententia, qui tom. 1. a pag. 185. ex uno, eodemque Saporis edicto, a S. Marutha in his Plurimorum Martyrum Actis deſignato, edicta duo autumat lata, alterum eodem, quo Simeon objit, die; alterum *Recurrente eadem feria ſexta*, quam in nonum Aprilis diem incidiſſe, idem Author opinatur, promulgatum. Biſariam, nempe, horum Martyrum hiſtoriam dividit: quae Maruthas ſcribit: *Etenim ab hora ſexta feriae ſextae. quae in decimam quartam Lunae Aprilis diem incidit, qua edictum illud promulgatum fuit, ad alteram uſque Dominicam hebdomadae ſecundae Pentecoſtes, diebus ſcilicet decem, a caedibus nunquam ceſſatum*: ad eundem, quo Simeon interfectus eſt, diem revocat; quae vero initio Actorum praemittuntur: *Hoc eodem die promulgatum eſt Edictum immane*; Latine reddit: *Recurrente eodem die, feria, ſcilicet, ſexta in Paraſceve*; atque ad alterum & edictum, & certamen, & annum refert. At quis penitius, quam doctiſſimus Bibliothecae Orientalis Author introſpexit, in Chaldaico legi dumtaxat ܒܫܢܬ ܬܠܬܝܢ ܘܬܪܬܝܢ ܕܫܒܘܪ ܡܠܟܐ ܒܗ ܒܝܘܡܐ ܗܘ ܘܓܘ. *Anno trigeſimo ſecundo Saporis Regis, hoc eodem die &c.* Porro annus ille idem ſit, neceſſe eſt, quo Simeon Martyrium pertulit; *Recurrentem* igitur, ſeu *ſequentem* haudquaquam infert. Deinde nedum gratis omnino effingit praeclarus Author, duo heic indicari Edicta, verum & contra expreſſam orationis vim. Denuo ſubjiciantur oculis, quae produnt Acta: *Ab hora ſexta feriae ſextae qua Edictum illud promulgatum fuit*. His in verbis videt laudatus Author Edictum, quod eodem die, quo Simeon Martyrium ſubiit, emiſſum eſt. At Edictum illud, non inficiante ipſo Authore, ſi quae alia fuere, illud ipſum fuit primum; Acta vero adjiciunt *Edictum illud* porro τὸ *illud* ad quodnam Edictum referendum eſſet, ſi ex eodem Authore primum dicendum ſit. Demum vel explodenda verborum nativa vis, & ſignificatio, vel adſtruenda ſententia noſtra, quae unum & idem Edictum conſtituit. Nam quum Maruthas hiſtoriae filum ordiens, abſolute tradat; *editum fuiſſe Edictum*, quis non videt, eum poſtea conrelative ſcribentem: *a die, quo illud Edictum promulgatum fuit*: per τὸ *illud*, unum idemque Edictum, initio praemiſſum, deſignaſſe. Ad quid enim *illud*? ſi duo ſunt, jam neutrum *illud* cenſendum.

Lapſus Adonis.

Tertio, caſtigandum Adonis Martyrologium, qui ad diem 22. Aprilis, in quem tamen, ut jam obſervatum eſt, competere nequit feria ſexta in Paraſceve, nullius Scriptoria authoritati innixus, *Plurimos hoſce Martyres tentos, ac jugulatos annuo die quo Paſſionis Dominicae memoria celebrabatur*, perperam obtrudit. Ipſe namque Sozomenus, ex quo horum Martyrum notitiam hauſit Ado, eo quidem die promulgatum fuiſſe Saporis Edictum, ſcribit: Verum neutiquam eo ipſo die necatos fuiſſe hos Martyres; quin Magos exhibet, ſingulas urbes, & vicos ſtudioſe luſtrantes, ut abditos, ſi qui eſſent, Chriſtianos ad lanienam traducerent. Quae quidem inveſtigatio longius, quam ſpatium unius diei patitur, neceſſe eſt, protrahatur.

ܐܘܠܨ

ܐܓܘܢܐ

ܕܣܗܕ̈ܐ ܣܓܝ̈ܐܐ

ܘܕܐܙܕ ܡܗܝܡܢܐ ܕܡܠܟܐ

C E R T A M E N

Plurimorum Martyrum, & AZADIS Regis Eunuchi.

ܒܫܢܬ ܬܠܬܝܢ ܘܬܪܬܝܢ ܕܫܒܘܪ
ܡܠܟܐ ܒܗ ܒܝܘܡܐ ܗܘ ܢܦܩ
ܦܘܩܕܢܐ ܕܠܐ ܚܘܣܢܐ. ܘܐܫܬܠܦܬ
ܣܦܣܪܐ ܕܠܐ ܚܘܣܝܢ ܘܐܬܝܗܒ ܫܘܠܛܢܐ
ܠܦܪܙܠܐ ܠܡܚܒܠ ܟܠ ܕܐܡܪ ܕܟܪܝܣܛܝܢܐ
ܐܢܐ ܐܢܐ ܠܡܫܥܒܕܗ ܠܢܝܪܐ ܘܠܡܐܣܪܗ
ܒܚܒܠܐ: ܢܦܩܘ ܒܗ ܒܪܗܒܐ ܠܗ ܡܚܒܠܢܘܬܗ
ܚܪܒܐ. ܐܝܟ ܕܐܒܐ ܥܠ ܥܢܐ ܠܡܪܥܝܬܗ
ܒܣܝܦܐ: ܩܛܠܐ ܕܩܕܝܫܐ ܕܚܫܝܒ ܕܡܘܬܐ:
ܫܠܝ ܠܡܘܗܒܬܐ ܘܡܘܬܐ ܕܡܝܬܐ
ܘܥܒܪܘ ܫܪܝܐ ܐܠܗܐ ܘܐܒܗܬܗܘܢ
ܠܚܘܒܐ ܕܠܐ ܕܐܟܪܐ ܗܘܐ ܒܐܪܥܝܬܗ
ܘܫܠܝܢ ܗܘܐ ܒܡܣܒܪܢܘܬܗ ܐܦܠܐ
ܠܡܘܬܐ ܕܫܡܫܐ ܘܐܬܟܢܫ ܕܡܐ ܕܒܢܝ
ܠܒܐ: ܩܢܛܘ ܕܝܢ ܕܒܗܘܢ ܠܗ.
ܘܒܪܫܗ ܒܗ ܕܐܬܡܬܚ ܠܗ. ܠܐܝܘ
ܠܟܠܝܗ ܘܐܬܪܦܝܘ ܐܝܕܘܗܝ: ܘܥܡܠܐ
ܠܐ ܠܐ ܥܡܠܬܐ ܠܐ ܐܬܪܦܝ. ܕܠܩܬ
ܢܘܪܐ ܒܚܘܒܐ. ܡܠܝܬ ܫܠܗܒܝܬܐ
ܒܣܒܪܐ ܫܒܩܬ ܥܢܐ ܠܩܛܠܐ. ܐܬܦܬܚ
ܨܠܝܒܐ ܒܩܘܪܒܐ ܕܢܗܪܐ: ܢܚܙܬ
ܒܗ ܥܕܬܐ. ܘܐܬܚܝܠܬ ܢܦܫܗ
ܘܫܡܥܬ ܐܬܦܨܚܬ ܒܗ ܡܬܬܥܕܐ
ܘܐܬܚܠܡܬ. ܒܠܒܗ ܕܚܒܝܒܐ ܘܡܠܝܬ
ܘܐܫܩܝܬ ܠܢܦܫܐ ܡܝܐ. ܕܚܘܒܐ
ܫܡܝܢܝܐ

ANNO trigeſimo ſecundo Saporis Regis, hoc [1] eodem die immaniſſimum promulgatum eſt Edictum, immitis exſerta romphaea, ferroque datum jus ad perniciem cujuſvis fatentis ſe eſſe Chriſtianum, ut ſub jugum cogeretur, & loris conſtrictus in ſervitutem adduceretur. Erupere ſtatim ad teterrimam cladem perpetrandam ſatellites, diſtrictiſque ubique gladiis Piorum gregem invaſerunt. Sanctorum laniena muneris loco haberi coepta eſt, atque funera Chriſtianorum in amoris & benevolentiae teſſeram tranſierunt. Tum vero dignae Deo animae fortes, & ad omnia paratae ſupplicia, morti jam adventanti obviam proceſſere. Potentes robore voravit gladius, bibitque ſanguinem fortium corde. At illi flocciſecerunt eum; quandoquidem acies ipſius hebetata eſt, atque inſultaverunt illi, quia trepidus titubavit. Fatigati ſunt, qui eum exacuebant, & defecerunt, qui ipſum tractabant. Veritas contra non fuit debilitata, nec ſibi imbellis defuit. Adcenſus eſt ignis in caritate, conglomerata eſt flamma in ſpe. Exarſere oves ad lanienam; germinavit Crux juxta rivos ſanguinis, illius adſpectu roboratus Sanctorum grex, gaudio exultavit, & ſalutari ſigno recreatus, idem, quod animo conceperat, robur aliis adſlavit. Caeleſtem Divini amoris aquam potarunt oves,

Anno Saporis II. Perſarũ Regis 23. Perſequutionis 2. Chriſti 341.

1 Immane adverſus Chriſtianos Edictum.

oves, & novellam ſobolem felici partu effuderunt. Creverunt agni, atque in ovile inducti, & vivifico Crucis ſigno notati, exierunt ad paſcua uberrima vernantis Aprilis.

Comparatio Iſraëlis cum Deo.

Macte invictus Jacob, & Dominus ejus! Eia Iſraël & Deus ejus! Quoniam ille, ſubjectis virgulis, oves ſuas adjuvit, ut augerentur; maximum iſte ſuis per Crucem incrementum dedit. Illae virgae candidae fuerunt, ſuoque adſpectu agnos maculoſos, & varios in ſpem vitae progenuerunt. Crux iſta rubea eſt, e cujus adſpectu candorem traxerunt agni, ad necem geniti. Ille duxit oves ſuas ad partum, iſte ad lanienam. Ille ſuis ovibus, ut numero creſcerent, aquas dedit epotandas, iſte mortem propinavit. Ille pavit oves ſuas herbis virentibus in deſerto; iſte gladium in pace ovibus ſuis vertit in pabulum. Ille oves ſuas ad paſtionem duxit per paſcua vernantia in ſolitudine; iſte ad occiſionem in hominum frequentia. Ille oves ſuas aluit, ut & illae pingueſcerent, & is ipſe locupletaretur; iſte ſuis ſalem praebuit, ut praeſenti tempore ſaginaretur. Ille vivus oves ſuas occidit; iſte occiſus ſuas mactavit, ut viverent. Ille ſuas oves ſervavit vivas, quandoque morituras, iſte morientes cuſtodivit, aeternum victuras. Ille aſtu illuſit hominem doloſum, ut ab eo referret, quo fuerat ab eo fraudatus; iſte adverſus fraudum artificem diabolum conſilio uſus eſt, ut e faucibus ejus raperet, quod ſibi raptum fuerat. Superſtes fuit ille, grege pereunte; iſte aeternum permanet, & grex ejus vivit.

Comparavimus hominem Deo, ſed impari prorſus comparatione ſervum cum Domino contulimus; quum infinitum inter utrumque interſit diſcrimen. Adceleremus hinc gradum, reviſuri iſtos, qui promti, & alacres proſiliunt, atque ad horrenda ſanguinis

ܐܬܪܫܡܬ ܒܨܠܝܒܗ : ܢܦܩܬ ܠܡܪܥܝܐ
ܢܝܣܢ ܥܫܝܢܐ .
ܐܘ ܠܝܥܩܘܒ ܘܡܪܗ : ܘܠܐܝܣܪܐܝܠ
ܘܐܠܗܗ : ܕܗܘ ܒܫܒܛܐ ܐܪܒܝ ܥܢܗ
ܗܘܐ ܠܐܢܘܢ ܕܢܣܓܘܢ . ܘܗܢܐ ܒܨܠܝܒܐ
ܐܪܒܝ ܠܒܢܘܗܝ ܕܢܬܪܒܘܢ . ܗܠܝܢ
ܗܘܝ ܫܒܛܐ ܚܘ̈ܪܐ ܕܐܝܠܝܢ ܒܚܙܘܗܝܢ
ܦܬܟܐ ܐܡܪ̈ܐ . ܗܢܐ ܨܠܝܒܐ
ܣܘܡܩܐ ܕܐܝܠܝܢ ܒܚܙܘܗ ܚܘܪܘ
ܠܩܛܠܐ . ܗܘ ܕܒܪ ܥܢܗ ܠܡܘܠܕܐ .
ܘܗܢܐ ܕܒܪ ܥܢܗ ܠܢܟܣܬܐ . ܗܘ
ܡܫܩܐ ܠܗ ܡ̈ܝܐ ܕܢܣܓܐ . ܘܗܢܐ
ܡܫܩܐ ܠܗ ܡܘܬܐ ܕܐܪܥܝ . ܗܘ
ܡܪܥܐ ܠܗ ܥܣܒܐ ܒܡܕܒܪܐ .
ܘܗܢܐ ܡܪܥܐ ܠܗ ܣܝܦܐ ܒܫܠܡܐ .
ܗܘ ܡܕܒܪ ܠܗ ܡܪ̈ܥܝܐ ܒܚܘܪܒܐ .
ܘܗܢܐ ܡܕܒܪ ܠܗ ܠܩܛܠܐ ܒܟܢܫܐ .
ܗܘ ܡܠܒܫ ܠܗ ܠܫܘܡܢܐ ܕܢܬܥܬܪ
ܘܗܢܐ ܡܠܒܫ ܠܗ ܠܡܘܚܣܢܐ
ܕܒܙܒܢ . ܗܘ ܢܟܣ ܠܗ ܠܥܢܗ
ܚܝܐ . ܘܗܢܐ ܢܟܣ ܠܗ ܠܢܦܫܗ
ܒܡܘܬܗ . ܗܘ ܢܛܪ ܚܝ̈ܐ ܐܝܟ
ܕܡܝܬܝܢ ܠܥܠܡ ܘܗܢܐ ܢܛܪܗ
ܒܡܘܬܐ ܐܝܟ ܕܚܝܢ ܠܥܠܡ . ܗܘ
ܐܨܛܢܥ ܠܐ ܢܟܠܐ ܕܢܦܘܩ ܡܢ ܐܒܘܗܝ
ܡܕܡ ܕܥܠܒ ܗܘܐ ܠܗ . ܘܗܢܐ ܐܨܛܢܥ
ܠܐ ܨܝܕܐ ܕܢܣܒ ܡܢ ܒܝܬ ܫܢ̈ܘܗ
ܡܕܡ ܕܐܬܢܣܒ ܗܘܐ ܠܗ . ܗܘ ܥܢܢ
ܗܘܐ ܘܡܬܚܒܠܐ ܥܢܗ : ܘܗܢܐ ܩܐܡ
ܠܥܠܡ ܘܡܬܚܝܐ ܥܢܗ .
ܦܚܡܢ ܥܒܕܐ ܥܡ ܐܠܗܐ ܘܠܐ
ܐܫܘܝܢ . ܘܕܡܝܢ ܥܒܕܐ ܥܡ ܡܪܗ ܘܠܐ
ܫܘܝܢ . ܢܪܗܛ ܡܢ ܡܠܬܐ ܠܐ ܗܢܘܢ
ܕܪ̈ܗܛܝܢ

nis fluenta, & ad triſtes umbras mortis praecipiti plane curſu advolant; qui tyranni typhum calcarunt, & impudentiſſimi, ſuperbiſſimique hominis ferociam repreſſerunt; hominis, inquam petulantiſſimi, atque ſaccerrumi, qui omnia late loca luctu, metuque complevit, & velut aliquo turbine, aut ſubita tempeſtate pervertit. Illo namque tonante, acerbum Edictum emiſſum eſt, ceu horriſonae grandinis excuſſa nubibus procella: qua quidem proruente, ſalutis ſemita, ne in poſterum tereretur, everſa eſt. Eo fragore conterritus grex, primo diſpergitur; mox congregatur, in unum cogitur, & adaugetur, demeſſus colligitur, & ſervatur. Sic gentium, atque populorum cellaria implevit, & ad infelices terras propagatus, oppreſſos fame indigenas, ſua opulentia recreavit, eſurientibus, aut ſine pretio diſtributus, aut juſta commutatione venundatus. Eo praeſente, refuſum infirmis artubus emicuit robur, debilitatiſque deperditas reparavit vires. Sed & univerſi ſalutem in eo, quem tenebant, vitae curſu conſequuti, aliorum mox inopiam ſublevarunt. O Gregem ſummo honore dignum! qui ad tantam amplitudinem profecit, ut omnes poteſtates ſuperaret. Meſſoris manus fruſtrata eſt, vellentis brachium elanguit, contabuit cor, & mens turbata eſt. Quae is moliebatur, ſibi ex voto minime ceſſerunt; quae meditabatur, perinde male verterunt. Tyrannidis namque initium protulit centum, finis reddidit millia.

Etenim ab hora ſexta feriae ſextae, quae in quartam decimam Lunae Aprilis diem incidit, qua Edictum illud promulgatum fuit [2], ad alteram uſque Dominicam hebdomadae ſecundae [3] Pentecoſtes, diebus, ſcilicet, decem a caedibus nunquam ceſſatum. Neque vero inuſitata haec res eſt, ut

Diebus decē in Chriſtianos peſſime ſaevitum.

2

3

feria

feria ſexta occaſu ſuo vivos de medio tollat, ducatque ad interitum, eoſdem reductura ad ortum poſtera luce Sabbathi futuri, de quo Apoſtolus meminit docens. Populo Dei relictum eſſe ſabbathiſmum. O praeclaram horam, quam magnum, celeberrimumque feſtum excepit! In ea quippe perfecti ſponſi, ſecundo baptiſmate tincti, ſunt recreati, ne peccati labem in poſterum timerent, qui vero per jejunium quadraginta dierum in ſqualore jacuerant, in ſubſelliis gloriae luctum depoſuere, jucundiſſimam voluptatem adepti, innumeros annos duraturam. O horam, in qua ſordes ſuas propriis aquis Sacerdotes expiarunt, ut nullo praeterea poenitentiae remedio, nullo lacrymarum lavacro in poſterum indigerent! O horam, in qua turbinibus, atque ſaeva tempeſtate hactenus jactati, in tranquillum portum invecti ſunt, ubi nulla vexat, perturbatque cura ſeculi, quod mare procelloſum eſt, atque incertiſſimum. O horam, in qua viri liberi facultatum, rerumque domeſticarum moleſtias exeuſſerunt; Feminaeque item liberae a textrinae artis opificio, & ſeculorum negocio conquieverunt! Servis aliquando licuit tranquillas noctes ducere, nullo, ſcilicet, excitante ad obſequia, atque opera dominorum; & Ancillae herili timore ſolutae, domeſticorumque laborum oblitae, optata quiete potitae ſunt.

Ebr. 4. 9

O mucro, qui nobis pincerna factus es, hem quanta nequitia tua eſt! O fica, quae dapes nobis inſtruis, hem quot tibi ſunt nocendi artes! Alter enim poſtquam convivas inebriavit, illos ad veritatem abjiciendam impulit, altera quum eoſdem exſaturavit, caritatem deponere coëgit; alter poculis venena infudit, quae tamen in ſalutis praeſidia ceſſerunt; altera inſidioſe ſuis epulis mortifera pharmaca immiſcuit, quae tamen in mortis remedium, hoc eſt,

Reſurrectio mortis remedium.

ܡܢܝ ܐܦܝܗܘܢ ܡܘܬܐ ܐܬܗܦܟܬ ܠܩܝܡܬܗ
ܘܦܘܪܥܢܗܘܢ ܢܗܘܐ ܡܘܬܐ ܕܬܪ̈ܬܝܢ .
ܢܬܦܪܥܘܢ ܕܐܬܦܪܥܘ ܡܢ ܕܡܢ .
ܢܬܦܩܥܘܢ ܕܐܬܦܩܥܘ ܡܢ ܒܣܪ̈ܢ
ܢܬܬܚܕ ܣܝܦܟ ܠܗ ܒܬܠܝܬܗ ܘܢܬܚܒܫܝܘܗ
ܘܢܬܩܛܘܠ ܣܝܦܟ ܠܗ ܣܝܦܗ ܘܢܬܚܒܫܝܘܗ :
ܢܬܪܓܙ ܪܘܓܙܟ ܠܗ ܪܘܓܙܗ ܘܢܬܟܒܫܝܘܗ
ܘܢܬܕܝܢ ܕܝܢܟ ܠܗ ܕܝܢܗ . ܘܢܬܟܒܫܝܘܗ .
ܗܠ ܕܝܢܐ ܫܠܝܛ ܗܠ ܕܝܢܐ ܡܪܝ ܟܕ
ܡܬܢܨܚܢ ܫܢܕ̈ܝܢ ܟܕ ܡܬܬܟܠܢ ܐܘܠܨ̈ܢ
ܟܕ ܡܬܒܠܥ ܡܘܬܢ ܘܡܬܬܩܠܝܢ ܚܝ̈ܝܢ
ܡܥܝܩܐ .

ܐܬܢܝ ܗܘܐ ܫܪܒܐ ܠܥܡܡܐ ܗܢܐ
ܡܢ ܟܠ ܕܘܟ ܟܕ ܪ̈ܗܛܝܢ ܠܡܣܒ
ܡܘܗܒܬܐ ܗܕܐ ܕܚ̈ܝܐ . ܘܡܬܢܟܣܝܢ
ܗܘܘ ܐܝܟ ܐܡܪ̈ܐ ܡܢ ܐܢ̈ܫܝ ܐܬܪܐ .
ܘܥܠ ܡܘܩ̈ܦܝܐ ܕܡܢ ܐܬܪ̈ܘܬܐ ܪ̈ܚܝܩܬܐ
ܐܬܐ ܗܘܐ ܠܗܘܢ . ܡܬܚܫܒܝܢ ܗܘܘ ܠܗܘܢ
ܚܒܫܝܗܘܢ ܥܬܠܝܬܐ ܟܕ ܡܠܝܢ ܒܟ̈ܪܣܛܝܢܐ .
ܕܡܣܟܝܢ ܕܢܦܩܘܢ ܦܘܩܕܢܐ ܕܗܘܐ
ܘܡܣܬܟܝܢ ܗܘܘ ܕܐܡܪ ܠܗ ܢܬܟܢܫܘܢ
ܠܩܛܘܠܐ ܘܡܚܫܒܝܢ ܐܝܟ ܠܫܘܒܚܐ
ܡܠܐ ܕܢܬܠ ܗܘܘ ܠܫܒܝܚܘܬܐ
ܣܦܩܐ ܝܬܝܪ̈ܐ . ܘܟܕ ܩܘܡ ܣܝܦܐ ܘܐܬܪܘܝ .
ܩܕܡ ܣܝܦܐ ܠܗ ܐܝܟ ܒܣܪ̈ܐ ܕܩܕܝ̈ܫܐ
ܠܩܘܫܬܐ . ܘܟܕ ܣܒܥܐ ܣܝܦܐ
ܘܐܬܠܥܒ . ܘܩܕܡܝܢ ܗܘܘ ܠܗ
ܦܬܘ̈ܪܐ ܥܬܝܕ̈ܐ ܠܩܛܘܠܘܬܗ . ܘܗܘܐ
ܕܢܫܬܘܢ ܡܬܩܛܠܢܐ ܘܩܛܘܠܐ ܪ̈ܘܝܢ :
ܐܬܩܛܠܝܢ ܡܝܘ̈ܬܐ ܘܐܬܟܦܢܘ ܡܩܛܠܢ̈ܐ .
ܐܬܦܫܛ ܨܘ̈ܪܐ ܘܐܬܚܪܦܘ ܣܝܦܐ
ܐܬܩܥ ܕܡܐ ܘܐܬܚܡܬ ܣܝܦܐ .
ܐܬܚܙܝܘ ܫܠ̈ܕܐ : ܘܐܬܦܪܥ ܡܘܬܐ
ܐܬܩܛܠܘܗܝ

est, Reſurrectionem, converſa ſunt. Fiat, oro, Domine, merces eorum ſecunda mors, & retributio eorum gehenna. Infernus alter poena premat, quos noſter cruor delectat, diſtentique carnibus noſtris diſrumpantur. Exſere, quaeſo, gladium tuum, & ferrum tyranni jube in vaginam recondi. Prodeat mucro tuus, & ſica illius pereat. Iraſcere irato, & iram ejus compeſce. Judicantem judica, & judicium ejus tua ſapientia confunde. Ita, Domine, ut noſtra interim ſupplicia cedant in triumphum; mortem vita excipiat, nomini noſtro caritas accedat, noſtroque honori decus, adnuente te, Jeſu, ſpes noſtra, & fiduciam noſtram ſuſtentante, qui noſtrae es author ſalutis.

Jeſus ſpes noſtra, & ſalutis author.

Ceterum ubi ea percrebuit fama, fit undique Chriſtianorum concurſus, iſtud ſalutis munus ſibi depoſcentium; mactabantur itaque pecorum in modum, & Praefecti, ad quos idem rumor per diſſitas etiam regiones pervagatus devenit, carceres Chriſtianis compleverant, dum immane Regis Edictum praeſtolantur, qui eos ad ſupplicium trahi juberet; inanem, nimirum, gloriam inſani captabant. Jamque eo res deducta videbatur, ut gladius Sanctorum cruore inebriatus, & inde in rabiem actus, ingentes ampliſſimaſque lagenas, ad ſuam ſitim reſtinguendam, devolveret; mucronem item, eorumdem carnibus exſaturatum, continuo obſcena fames invaderet, ad quam explendam, menſas ſibi ipſe lautiſſimas inſtrueret. Hinc factum eſt, ut biberent interfecti, & interfectores temulenti evaderent: morientes eſurirent, & carnifices inſatiabili voracitate in epulas irruerent: cervicem illi porrigerent, & iſti ferrum acuerent: clamaret ſanguis, & ſica exceandeſceret. Caeſorum interea corpora ſpectabantur, & mors irrugiebat, ſanguis hu-

Pecorum in modum mactantur Chriſtiani.

mum contexerat, & Infernus ſibi ipſe gratulabatur.

ܘܐܬܒܣܡ ܫܝܘܠ ܘܦܨܚ ܥܡܗ.

Ad ſolam nominis Confeſſionem Chriſtiani maſtantur.

Porro haec tanta eum feſtinatione agebantur, ut ad ſolam nominis confeſſionem Chriſtiani interficerentur, nullo interpoſito, praemiſſove examine.

ܘܗܟܢܐ ܒܣܘܪܗܒܐ ܗܘܘ ܐܙܠܝܢ ܕܐܦ ܠܐ ܒܥܐ ܫܘܐܠܐ ܗܘܐ ܢܩܛܠܝܢ ܗܘܘ. ܐܠܐ ܠܝ ܒܠܚܘܕ ܒܫܡܐ ܕܡܘܕܝܢܘܬܐ.

Inter quos Azades Eunuchus.

4 Interea quum quidam Eunuchus, Regi cariſſimus, nomine [4] AZADES, ex praecipiti hac Judicii forma, lubens pro Chriſti nomine interemtus fuiſſet, re comperta, Rex magna animi perturbatione, ac moerore adflictus eſt:

ܡܛܠ ܕܐܦ ܡܗܝܡܢܐ ܚܕ ܘܪܚܡܐ ܗܘܐ ܠܗ ܡܠܟܐ ܫܡܗ ܐܙܕܐܕ. ܐܬܩܛܠ ܒܥܘܒܕܢܘܬܐ ܗܕܐ ܒܪܘܚܝܢܗ ܒܥܝܪ ܡܫܝܚܐ ܕܫܡܥܗ ܗܘܐ ܐܪܕ. ܘܫܡܥ ܡܠܟܐ ܘܐܬܥܝܩ. ܘܟܪܝܬ ܠܗ ܛܒ

In ſolos Chriſtianorū Duces deinceps ſaevitum.

5 Edictoque cavit, ne deinceps in obvios quoſque pro ipſorum arbitrio ſaevireтur; ſed eorum dumtaxat judicia exercerentur, qui viae iſtius [5] Duces eſſe videbantur.

ܦܩܕ. ܘܦܩܕ ܕܠܐ ܢܩܛܠܘܢ ܡܢܟܐ ܠܐ ܢܫܘܢ ܟܠ ܐܢܫ ܐܠܐ ܠܐ ܡܢܢ ܕܪܫܝܢܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܗܘ ܕܐܘܪܚܐ ܗܕܐ.

Plurimorum Martyrū nomina ignota.

Quocirca virorum, mulierum, atque puerorum, hoc temporis intervallo caeſorum, nomina ad noſtram notitiam necdum pervenerunt, iis exceptis, qui in ipſa urbe coronati ſunt. Plurimi ergo Martyres occubuerunt, quorum nomina ignora; quum plerique exteri fuerint, aliarumque regionum indigenae.

ܥܡܡܐ ܕܝܢ ܕܓܒܪܐ ܘܕܢܫܐ ܘܕܛܠܝܐ ܕܐܬܩܛܠܘ ܒܙܒܢܐ ܗܢܐ ܕܡܢܐ ܗܘܐ: ܐܠܐ ܠܝ ܒܠܚܘܕ ܕܡܕܝܢܬܐ ܠܐ ܐܫܬܡܥܘ: ܡܛܠ ܕܣܗܕܐ ܗܘܘ ܘܠܐ ܝܕܝܥܝܢ ܗܘܘ ܫܡܗܝܗܘܢ ܡܛܠ ܕܣܓܝܐܐ ܡܢܗܘܢ ܐܬܪܘܬܐ ܗܘܘ ܢܘܟܪܝܐ.

Milites Regii non pauci Martyres.

6 Iſtorum inſuper Martyrum numerum auxerunt Milites [6] Regii Exercitus non pauci, qui pro iſta Confeſſione Dei noſtri Martyrii gloriam adepti ſunt.

ܘܐܦ ܪܒܐ ܡܢܝܢܐ ܡܢ ܚܝܠܘܬܗ ܕܡܠܟܐ ܦܠܚܐ ܐܬܩܛܠܘ ܒܣܗܕܘܬܐ ܗܕܐ ܕܥܠ ܐܠܗܐ ܐܠܗܢ ܘܐܬܟܠܠܘ.

ADNOTATIONES.

(1) H*Oc eodem die*; nempe, feria ſexta in Paraſceve. Ita Sozomenus, & ex eo Nicephorus, Caſſiodorus, & Martyrologi omnes; qui tamen adlucinati ſunt in differenda crudeliſſimi hujus Edicti promulgatione ad annum poſt Simeonis Agonem proximum. Nam, ut aperte notat Maruthas, id contigit *Anno Saporis 32. feria ſexta in Paraſceve, Luna xiv. Aprilis*. At Annus Saporis 32. niſi cum anno Chriſti 341. componi non poteſt, & feria ſexta in Paraſceve, nonniſi eo anno in Lunam Aprilis decimam quartam incidit, ut in Praefatione Generali demonſtratum eſt. Eodem igitur anno, & die, quibus Martyrii lauream Simeon obtinuit, Saporis in Chriſtianos Edictum promulgatum fuiſſe, liquido patet.

(2) Hinc conſtat, Saporis in Chriſtianos Edictum, de quo ſupra, eodem anno, & die, quibus Simeon Bar-ſaboë Martyrium ſubiit, non vero ſequenti anno, eo die recurrente; ut ſcribit Sozomenus, & ex eo clariſſimus Bibliothecae Orientalis Author, fuiſſe emiſſum.

(3) *Ad alteram aſque Dominicam hebdomadae ſecundae Pentecoſtes*: hoc eſt, Dominicam in Albis. Nam Pentecoſtes nomine Chaldaei, & Syri totum illud quinquaginta dierum ſpatium intelligunt, quod Reſurrectionis Paſcha inter, & Adventum Spiritus Sancti interjacet; atque adeo Dominica hebdomadae ſecundae Pentecuſtes apud illos eadem eſt, quae Latinis Dominica in Albis.

(4) *Azades*: hunc cl. Bibliothecae Orientalis Author loc. ſupracit. cum S. Guhſciatazade Bethſeleucienſi, Artaxerſis, ſeu Ardaſciri, Hadia-

Hadiabenorum Reguli, Eunncho, qui anno Perſequutionis 4. Saporis Regis 34. Martyrium pertulit, confundere videtur. Etenim quae apud Sozomenum Hiſt. Eccl. lib. 2. cap. 11. de noſtro Azade leguntur: *Porro quum Chriſtiani omnes abſque ulla miſeratione trucidarentur, multi in ipſo palatio necati ſunt, atque inter hos Azades Eunuchus, Regis longe cariſſimus, quem quum Sapores peremptum accepiſſet, incredibili dolore perculſus eſt*, &c. idem Bibliothecae Orientalis Author ad Guhſciatazadem illum refert, quem quidem alium omnino eſſe a Sancto Azade, de quo Sozomenus, & Maruthas heic agunt, nemo inficias ibit, ſi ejus praeſertim Acta, a nobis infra exhibenda, cum his, quae de S. Azade modo dicebantur, comparaverit.

(5) *Viae iſtius Duces*: Sozomenus loc. cit. habet; *Chriſtianae Legis Doctores*; Epiſcopi, nimirum, Presbyteri, Diaconi, & Clerici, necnon Sacrae Deo Virgines, & Monachi, in quos inde potiſſimum ſaevitum fuiſſe, liquet ex hujuſce Perſequutionis hiſtoria, quae in poſterum nonniſi hujus generis Martyrum Acta ſuppeditabit.

(6) Horum quoque Martyrum nomina deſiderantur. Nam praeter Azadem, quocum mille alios recenſet Menologium Graecorum, juſſu Baſilii Imperatoris editum, & B. Tharbam, ejuſque Sororem, & Ancillam, quas in urbe Ledao, menſe Majo, Martyrii lauream adeptas fuiſſe, liquet ex earumdem Actis, a nobis mox exhibendis, reliquorum, hoc in Certamine ibidem corona donatorum, neque heic, neque alibi nomina, aut numerum aſſignat Maruthas.

ADMONITIO

In Martyrium SS. THARBAE, & Sociarum.

Unde Acta a Graecis, Latiniſque habita?

BEatae Tharbae, & Sociarum Martyrii hiſtoriam, cujus ſummam paucis exhibet Hermias Sozomenus lib. 2. Hiſt. Eccleſ. cap. 11. e Metaphraſte exſcripſere Lipomanus, & Surius ad diem 5. Aprilis, Henſchenius, & Papebrochius die 22. ejuſdem menſis, Theodoricus Ruinartus, & ſexcenti alii; ipſe vero Metaphraſtes haud dubie ab incerto vetuſtiori Interprete, qui eam, ex Actis noſtris Graece redditam, Menologio, Baſilii Imperatoris juſſu, longe ante Metaphraſtis aetatem edito, ſuppeditavit. Si etenim, qui in vulgatas verſiones cum Graecas, tum Latinas, ob Chaldaicae, ſeu Syriacae linguae imperitiam irrepſere, errores emendentur, nedum ea Actis noſtris adamuſſim reſpondebit, ſed & eumdem omnino contexet ordinem. Porro innumeri fere ſunt, quibus illae ſcatent, lapſus: at ne plus nimio hoc opus excreſceret, praecipuos tantummodo, in quibus authographa horum Actorum editio a vulgatis longius diſcrepat, heic a nobis ſubnotatos perſpiciet lector, cujus quidem labori in primis conſultum volumus. Utilius quippe arbitrati ſumus, ſi ad imperviorum locorum explanationem properaremus, quam ſi indigeſtum aliorum recoqueremus foetum.

Quae Filiae Foederis, & Virgines Deo Sacrae?

Quum igitur B. Tharba, ejuſque Ancilla hiſce in Actis *Virgines*, & quidem *filiae Foederis*, ſeu Deo Sacrae, nuncupentur; ut hujus vocis, quae paſſim in hac Saporicae Perſequutionis hiſtoria occurrit, vim totam exhauriamus, praemittendum ducimus, Monialium Monaſteria in Meſopotamia, & Perſide, nonniſi poſt Antonii, Aoniſque, ſive Eugenii aetatem, quarto, ſcilicet, Chriſti ſeculo exeunte, certis ex documentis, quae ab Aſſemano Bibl. Orient. tom. 3. part. 2. referuntur, propugnari poſſe. In aliis vero regionibus, ut recte colligunt Thomaſſinius, ac Tillemontius, tum floruere, quum primum, Conſtantino Magno imperante, pax, & ſerenitas Eccleſiae illuxit; ad eam quippe Epocham feminarum, virorumque revocantur Monaſteria, quorum communis author fuit Antonius.

Monialium Monaſteria poſt Antonii, Aoniſque aetatem in Perſide conſtructa.

Virginum Inſtitutum ipſi Eccleſiae coaevum.

At Virginum Sacratum inſtitutum ipſi Eccleſiae coaevum eſt, earumque profeſſio, ſeu conſecratio una cum Evangelica ſemente ſtatim ab exordio nominis Chriſtiani per univerſum orbem propagari coepit. Teſtes locupletiſſimae ſunt quatuor Filiae Virgines Philippi Diaconi, quas laudant Acta Apoſtolorum cap. 21. Unde Tertullianus exclamabat: *Quot Spadones voluntarii! quot Virgines utriuſque ſexus!*

De Reſur. Carnis.

Triplex olim Virginum claſſis.

Triplex autem erat Virginum claſſis. Aliae Deo ſe devoventes, veſtem ſibi ipſae fuſcam induebant, ac permodeſtam, qua Sanctimoniales a ceteris diſcernebantur; & haec quidem erat earum irrevocabilis profeſſio. Aliae ab Epiſcopo inter Miſſarum ſolennia Conſecrationis Velum, ſpectante populo, accipiebant; quarum meminit S. Ambroſius,

Exhort. ad Virg.

quum

quum diceret; *Venit Paſchae dies: in toto orbe Baptiſmi Sacramenta celebrantur: velantur Sacrae Virgines. Una ergo die ſine dolore aliquo multos filios, & filias ſolet Eccleſia parturire*. Tertia demum claſſia ex iis, quae Diaconatus munere in Eccleſia ſungebantut, coaleſcebat. Cujus quidem claſſis Virgines Chaldaeis, & Syria ܒܢܬ ܩܝܡܐ *Bnath Kiama*, ſeu *Filiae Foederis*, ut & mates, qui ad Eccleſiaſticum aliquod munus obeundum conſtituti ſunt ܒܢܝ ܩܝܡܐ *Bnai Kiama*, hoc eſt, *Filii Foederis* dicuntur. Virginum bujuſmodi cboros a S. Ephraemo Syro primum in Meſopotamia inſtitutos, ut odas in Eccleſia canerent, tradit anonymus Authot Syriacae ejuſdem Sancti Doctoris Vitae, quam ad hujuſce Operis calcem adjiciemus, eaſque *Filias Foederis*, ſive puellas, quae Virginitatem ſuam Deo ſtabili ſoedere obſtrinxerant; ſive *Canonicas*, quae, nimirum, Canonice, ſeu tegulariter ad canendum in Eccleſia deputatae fuerant, diſerte adpellat.

Cujus Virginum Claſſis B. Tharba ejuſque Ancillae fuerint?

Hinc colligere eſt, B. Tharbam, ejuſque Ancillam in harum Vitginum, quae, ſcilicet, Vitginitatem profeſſae, Diaconatus munere in Eccleſia fungebantur, non vero in Monialium coetu, ac numero reponendas eſſe, ut & reliquaa Vrgines, quae in hoc Opere *Filiae Foederis* nuncupantut, *Varda*, nempe, *Thecla*, *Danacha*, *Tatona*, *Mama*, *Mazachia*, *Anna*, *Abiatha*, *Hates*, *Mamlaca*, *Maria*, *Thecla* altera, *Maria* altera, *Tata*, *Ama*, *Adrana*, *Mama* altera, *Maria* tertia, & *Maracha*; quarum quidem omnium Martyrii Acta inſra dabimus.

Antiqua Virginum vivendi ratio.

Quamquam vero hujuſmodi Vitgines, graſſante Perſequutionum ſaevitie, necdum Monaſtetiorum ſeptis includerentur, ipſae tamen ſibi Monaſterium domi ſtruebant, ubi vitam caſtiſſimia his, & Caeleſtibus impendebant deliciis, ſeceſſui, Pſalmodiae, Orationi, Jejuniis, iiſdem que inſeneſcebant pietatis exercitiis, quibus hodiernae Moniales, quae in Monaſteriis inſtituuntur. Unum proinde eximium coetum a vulgo Fidelium ſegregatum, & tamquam gtegis Chtiſti portionem longe praeclatiſſimam, componebant; quum a S. Cypriano *illuſtrior portio Chriſti* dicantur, teſtatumque ipſe faciat, eam intaminatam viguiſſe in Eccleſia legem, ne Vitgines iſtae Deo Sactae una unquam in domo verſatentur cum viris: *Nec pati virgines cum maſculis habitare, non dico ſimul dormire, ſed nec ſimul vivere*. Adfirmat denique idem S. Cyprianus hujuſmodi Virgines & adulteras, & inceſtas fieri, ſi fidem, Chriſto deſponſam, non retineant: *Quae hoc crimen admiſit, non mariti, ſed Chriſti adultera eſt*. Praeivetat Tettullianus, quum ſacrilegos vocat eos, qui velum detraxerint, quo ſe ultro obumbtaverant Vitgines, quove ſe mundo ſuffutabantur, & Deo Sacram praeſeferebant virginitatem: *O ſacrilegae manus, quae dicatum Deo habitum detrahere potuerunt!* Quod & luculentiſſime comprobant illa B. Tharbae ad Praefectum, ipſius pudicitiam ſolicitantem, verba: *O iniquum, & Deo inviſum caput, obmuteſce, neque talia poſthac effutire audeas tam nefaria, atque exſecranda ... Sponſa ſum Chriſti, Virginitatem proinde meam ei ſervo illibatam*.

De hab. Virg.

Lib. 1. Epiſt. 11.

Ibidem.

De Virg. velan.

Tharbae & Sociarũ Martyrii tempus.

Porro de anno, quo S. Tharba ejuſque Sociae Martyrium pertulerunr, non diu laborandum. Nam, ut in Certamine Plurimorum Mattyrum demonſtratum eſt, immane Sapotia in Chriſtianos Edictum feria ſexta Majotis hebdomadae, qua Simeon Bar-ſaboe paſſus eſt, anno ejuſdem Saporis 32. quem in annum Chriſti 341. incidiſſe, diximus, emanavit, iiſdemque ſerme diebus, qui *Plurimi* inſcribuntur *Martyres*, mactati ſunt. Atqui *per id temporis*, diſertiſſime tradunt Acta, in B. Tharbam, & Socias ſaevitum fuiſſe; Anno igitur Sapotis 32. Perſequutionis 2. Chriſti 341. celeberrimae hae Martyres lauream adeptae ſunt. Qua vero die id contigerit, nulla poteſt eſſe difficultas, quum ea in Actis expreſſa ſit, Luna, ſcilicet, Maji quinta, quae eo anno in ſolarem ejuſdem menſis diem VIII. incidit; non veto in 5. Aprilis, ut perperam ex Metaphraſte ſcribunt Lipomanus, aliique Paſſionis B. Tharbae Interpretes.

Memoria celebris in Menologio Baſiliano.

Harum itaque Martyrum memoriam Menologium Gtaecorum, juſſu Baſilii Potphyrogeniti Imperatoris editum, tecolit die v. Aprilis, in haec vetba: *Certamen Sanctae Martyris Pherbuthae* (ſic Tharbam vocat) *& Sociarum ejus. Pherbutha Chriſti Martyr poſt certamen, & mortem fratris ſui Simeonis Epiſcopi quiete degens in ſuo habitaculo una cum Sorore, & Ancilla eos, qui ad ipſam accedebant, Chriſti fidem edocebat. Invidebant autem Judaei, id aegre ferentes: & occaſionem nacti, ipſarum caedem hac ratione moliti ſunt. Uxor Saporis, Perſarum Regis, Judaeos protegebat: eo autem tempore infirma*

Digitized by Google

ma valetudine utebatur; adceſſerunt proinde Judaei ad ipſam & calumniati ſunt Sanctas, haec ajentes: Quia a Viro tuo occiſus fuit Simeon Epiſcopus, ideo Sorores ipſius Magicis artibus conantur te perimere. Si autem cupis priſtinam recuperare valetudinem, jube eas per medium diſſecari, & ipſarum diſſecta membra ſuſpendi; tu vero tranſi per medium illorum; atque ita ſoſpes & incolumis evades. Hoc igitur peracto, Sanctae Chriſti Martyres Caelorum regnum adeptae ſunt. Regina vero non modo ſanitatem non recuperavit, ſed etiam gehennam ſortita eſt. Hactenus Baſilii Menologium.

Graecorum quoque Menaea edit. Venet. ad eundem v. Aprilis diem hocce elogio Sanctam Tharbam, & Socias commemorant. Quod nonnihil quidem ab Actis genuinis discrepat. Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, τῆς ἁγίας Μάρτυρος Φερβούθης, καὶ τῆς παιδίσκης αὐτῆς, καὶ τῆς συνοδίας αὐτῶν. Αὗται ὑπῆρχον ἐπὶ Σαβωρίου Βασιλέως Περσῶν· ἀδελφαὶ τυγχάνουσαι τοῦ ἁγίου Συμεὼν τοῦ Ἐπισκόπου, τοῦ μετὰ χιλίων ἑτέρων μαρτυρήσαντος παρὰ Πέρσαις. Τῆς οὖν βασιλίσσης ἔκ τινος νόσου μαλακιζομένης, καὶ ἀῤῥωστούσης, ὡς διαβολὴν φαρμάκων δηλητηρίων κατασκευῆς, αὗται κατέσχοντο. ὅθεν καὶ συλληφθεῖσαι, ἄγονται πρὸς τὸν ἀρχιμάγον, καὶ τὰς αἰτίας τῶν ἐγκαλουμένων, ἀπολυόμεναι, Χριστιανὰς ἑαυτὰς ἔλεγον εἶναι· καὶ Χριστιανοῖς μὴ εἶναι θέμις τοιαῦτα δημιουργεῖν. διπλῆν δὲ ἤδη δεξάμεναι τὴν κατηγορίαν, προστεθείσης τῇ φαρμακείᾳ καὶ τῆς γοητείας, τὴν θανατηφόρον ἔλαβον ψῆφον. καὶ ἐκταθεῖσαι πάλοις, κατὰ τοῦ τραχήλου καὶ τῶν ποδῶν, πριονιδιηρέθησαν, καὶ ξύλοις ἀνεσκολοπίσθησαν, μετὰ τὴν διαίρεσιν. καὶ διελθοῦσα ὑπ' αὐτῶν ἡ Βασίλισσα τὴν ἴασιν ἔλαβεν. οὕτω γὰρ οἱ διαβάλλοντες εἶπον, μὴ ἂν ἄλλως ταύτην ἰαθῆναι, εἰ μὴ διὰ τῶν νεκρῶν σωμάτων τῶν ἁγίων ὑπέλθοι γυναικῶν. *Eodem die* (Aprilis 5.) *Commemoratio Sanctae Pherbutae Martyris, ejus Pediſſaeque, & Sociarum. Iſtae fuerunt tempore Saporis Perſarum Regis, & Sorores ſunt Sancti Simeonis Epiſcopi, qui cum mille aliis apud Perſas Martyrium ſubiit. Quum autem Regina morbo quodam adfecta langueſceret, illae, tamquam laethalia paraſſent pharmaca, incuſatae ſunt. Quamobrem comprehenſae, Archimago ſiſtuntur; abjectorum vera ſibi criminum adcuſationem refellerunt, quum dicerent, ſe Chriſtianam fidem profiteri, & Chriſtianis nefas eſſe, ejuſmodi patrare facinora. In duplex itaque crimen vocatae, quod, nempe, venena etiam incantamentum addidiſſent, capitali ſententia, damnatae ſunt, ac palis collum, & pedes adligatae, ſerra interſectae ſunt, atque inde lignis adfixae. Regina autem per medium tranſiens ſanitatem recuperavit. Ita quippe delatores dixerunt, non alio pacto Reginae poſſe reſtitui valetudinem, niſi inter mortua Sanctarum Mulierum corpora pertranſiret.* Deinde haec duo diſticha ſubnectuntur.

Ἔχεις δὲ προσθήκην με διπλῆν Φερβούθαν,
Διαπλοῦ μεταθεὶς Χριστὲ διπλῆν τὴν φύσιν.
Δούλας ἀληθεῖς δεσπότου Θεοῦ δύο,
Δούλην τε καὶ δέσποιναν ἔτεμεν πρίων.

Habes Corollarium me duplicem Pherbutam,
Duplicem immutas, Chriſte duplex, naturam,
Famulas veras Domini Dei duas,
Ancillam, & dominam diſſecuit ſerra,

At in MSS. Menaeis Bibliothecae Ambroſianae idem Feſtum ad diem praecedentem, ſeu Aprilis iv. revocatur. *S. Pherbuta, Pediſſequa, & ejus Sociae; Sorores S. Simeonis Epiſcopi, quae ſub Sapore Rege Perſarum Religionis Chriſtianae, & veneficii, qua tentaſſent Reginam inficere, reae, ſerris diſſectae ſunt. Poſt quarum mortem Regina ſub illis pendentibus tranſiens, a morbo relaxata fuit.* Hoc autem poſtremum de recuperata a Regina valetudine adſertum, quam a veritate ſit alienum, in Adnotationibus oſtendemus.

Demum Martyrologium Romanum, cujus lapſum de tempore Martyrii harum Sanctarum, quod cum Plurimorum Martyrum Certamine ad annum, Simeonis caedem ſequentem, incaute revocavit, ſuperius perſtrinximus, & una omnium feſtum refert ad diem Aprilis 22. & unius Tharbae, ejuſque Ancillae, omiſſa Sorore, meminit, his verbis: *Inter quas Simeonis Epiſcopi Soror, nomine Tarbula, cum Pediſſequa ſua, quae ſtipitibus alligatae, ſerraque ſciſſae, crudeliſſime necatae ſunt.*

In Menaeis Graecorum.

In Martyrologio Romano.

ܣܗܕܘܬܐ

ܕܬܪܒܘ ܘܚܬܗ ܘܥܒܕܬܗ ܕܒܬܘܠܬܐ ܩܕܝܫܬܐ .

M A R T Y R I U M

SS. THARBAE Virginis, ejuſque Sororis Deo Sacrae, Et Ancillae item Virginis.

Anno Saporis II. Perſarum Regis 32. Perſequutionis 2 Chriſti 341.

ADCIDIT importune, ut Regina per idem temporis morbo corriperetur. Quoniam vero pra-
1 vis Judaeorum [1] opinionibus imbuta fuerat, homines nefarii, & Crucis hoſtes, ex inſita ſibi nequitia, ipſi a B. Si-
2 meonis [2] Sororibus, acceptam, nempe, ob fratris necem, injuriam perſequentibus, morbum veneficio immiſſum fuiſſe, facile perſuaſerunt.

Calumnia in SS. Martyres.

Res continuo ad Regem defertur. Comprehenditur THARBA [3] Virgo, ejuſque Soror [4] Deo Sacra, cum
3 Ancilla, item Virgine, quae Chriſtia-
4 nae Diſciplinae omnem impendebat operam. Tres iſtae Mulieres ad Regii gin̄aecei veſtibulum ſiſtuntur: aguntur in quaeſtionem. Aderant cauſſam
5 cognituri ſummus [5] Praefectus, & principes Viri duo: Beata autem Tharba & eximia oris ſpecie, & ſumma adeo venuſtate praefulgebat, ut omnium virginum formoſiſſima haberetur. Quamobrem, ut ſe in conſpectum dedit, extemplo Judicum in primis oculos, animumque rapuit, atque ita incendit, ut ſinguli ſecum ipſi mente perpenderent, ſi qua Virginis potiundae, explendaeque libidinis via pateret. Nihilominus ad ſeveritatem compoſito vultu, ſic Virgines interpellanr: Summum profecto ſupplicium promeritae eſtis, quae veneficiis Reginam, to-
6 tius [6] Orientis Dominam, divexare tentaſtis.

Comprehenditur Tharba cum Sorore, & Ancilla.

At illuſtris Tharba: Quorſum tandem haec pertinent, repoſuit, quae in

ܓܕܫ ܒܥܕܢܐ ܗܘ̇ ܐܝܟ ܕܒܣܘܥܪܢܐ
ܐܬܟܪܗܬ ܡܠܟܬܐ ܘܡܛܠ ܕܪܥܝܢ
ܗܘܐ ܪ̈ܢܝܢܗ ܠܝܗ̈ܘܕܝܐ ܒܥܠܕܒ̈ܒܘܗܝ
ܕܨܠܝܒܐ : ܐܡܪܘ ܠܗ̇ ܒܚܣܡܐ ܕܝܠܗܘܢ
ܚܪ̈ܫܐ ܐܝܟ ܕܡܚܪ̈ܫܢ . ܕܐܚ̈ܘܬܗ ܠܗܝ
ܕܫܡܥܘܢ ܚܪ̈ܫܝ ܠܗ̇ ܚܫ̈ܫܐ ܡܛܠ
ܕܐܬܩܛܠ ܐܚܘܗܝ .

ܘܟܕ ܡܛܝܐ ܡܠܬܐ ܠܡܠܟܐ
ܐܬܬܨܝܕܬ ܬܪܒܘ ܒܪܬ ܩܝܡܐ ܘܚܬܗ
ܡܫܡܫܢܝܬܐ ܘܐܡܬܗ ܒܪܬ ܩܝܡܐ
ܕܪܕܝܐ ܗܘܬ ܠܗ̇ ܒܝܘܠܦܢܐ ܟܠܗ
ܕܡܫܝܚܐ . ܘܐܩܝܡܘ ܐܢܝܢ ܠܬܪܥܐ
ܕܡܠܟܬܐ : ܐܝܟ ܕܠܥܘܠܐ : ܘܐܬܥܬܕ
ܡܘܦܛܐ ܪܒܐ ܘܬܪܝܢ ܦܘܩ̈ܕܢܐ
ܐܝܟ ܕܢܫܡܥܘܢ ܕܝܢܗܝܢ : ܘܟܕ ܚ̈ܙܘ
ܗ̈ܢܘܢ ܕܝ̈ܢܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܚܙܘ ܕܦܐܝܐ ܗܘܬ
ܚܙܘܗ̇ ܘܡܫܦܪܐ ܒܪܘܝܬܗ̇ ܪܘܫ ܡܢ
ܕܟܠܗܝܢ ܢܫ̈ܐ : ܕܫܦܝܪܬܐ ܘܫܒܝܚܬܐ
ܐܝܟܢܐ : ܘܟܕ ܥܠܬ ܠܩܕܡܝܗܘܢ
ܟܠܗܘܢ ܚܕ ܚܫܒܐ ܐܬܡܠܟܘ ܘܚܕ
ܒܚܢܝܢܐ ܦܫܐ ܐܬܬܒܝܣܬ ܠܗ̇ ܚܕ
ܚܕ ܠܡܣܒܗ̇ ܠܐ ܝܕܥ ܗܘܐ : ܡܥܝܢ
ܐܡܪܘ ܠܗܝܢ ܕܚܝܒܬܝܢ ܡܘܬܐ :
ܕܡܛܠ ܚܪ̈ܫܝܢ ܐܝܬܝܟܝܢ ܠܐ ܕܢܚܪ̈ܫܝܢ
ܡܪܬܐ ܠܡܠܟܬܐ ܡܪܬ ܟܠܗ ܡܕܢܚܐ .
ܚܝܒܬ ܡܪܬܐ ܬܪܒܘ ܘܐܡܪܬ ܠܗܘܢ
ܡܢܐ

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

in noſtrae Profeſſionis ſanctimoniam non cadunt? Nedum enim ab hujuſmodi flagitiis veriſſima, certiſſimaque Chriſtianorum Religio quamlongiſſime abeſt; ſed nihil omnino a nobis in vos admiſſum, ſcio, quod vel minimo nobis vitio vertere poſſitis. Ceterum, ſi noſtrum ſititis ſanguinem, ſitim explere quis vetat? Si corporum noſtrorum lanienam, quum quotidianis Chriſtianorum caedibus manus veſtras contaminare vos delectet; en Chriſtianae ſumus, Chriſtianae moriemur, & Chriſtianam Religionem numquam non profitebimur, utpote quibus, unum Deum colere, nec uſpiam illi rerum Caeleſtium, nedum Terreſtrium figuras coaequare: incantatorem vero, quicumque, aut ubivis ille repertus fuerit, univerſi Populi manibus ad ſupplicium eſſe rapiendum praeſcribitur. Quis ergo credat, nos in veneficiis, atque incantationibus verſari, quae iſtam nefariam artem, perinde ac violatae Divinae Religionis crimen, exſecramur?

A veneficiis quamlongiſſime abeſt Chriſtiana Religio.

Tharbae, ejuſque Sociarum Confeſſio, & Conſtantia.

Deut. 6.

Exod. 22.

Haec B. Tharba. At incaſſum, una etenim omnes capitis condemnantur. Sententia vero, quamquam Judicum impietatem ſumma adficeret voluptate, eorum tamen effrenatae libidini permoleſta adcidit, dum taciti egregiam B. Tharbae formam, paremque formae ſapientiam, prudentiamque admirantur, dumque illam quiſque ſibi in ſponſam, ſperat, eſſe obventuram, confidens, haſce nuptias ab ea minime detrectatum iri; quandoquidem certam ſuo beneficio mortem evaſiſſet.

Morti adjudicantur.

Pergit tamen Praefectus: Fruſtra Religionem obtruditis, quaſi vero non conſtet, vos eam violare maluiſſe, quam inultam fratris necem relinquere, comparato in caput Reginae veneficio, interdicente nihiloſecius Religione, ac nefas id eſſe, ut dicebatis, ſanciente.

Cui

Cui generoſa Tharba reſpondit: Atqui nulla nobis cauſſa fuit, eur fratris necem ulciſci vellemus: ſiquidem nihil ei irrogatum eſt, quod nos dolere poſſemus, ut propterea in Deum peccare tam graviter vellemus. Quamquam enim ex odio, atque invidia ipſi mortem intuleritis; vivere tamen ille haudquaquam deſiit, vitam immortalem adeptus in Caeleſti Regno, quod imperium veſtrum, quamvis firmiſſimum, peſſumdabit, voſque ab hac Dominatione dejiciet, & caducum hoc, fluxumque decus profligabit.

Tharba Praefecti nuptias reſpuit, unius Chriſti Sponſam ſe profitens.

Poſt haec Virgines in carcerem detrudi & ſub cuſtodia adſervari juſſae. Poſtera vero die Praefectus B. Tharbam per interpretem rogat, an ſibi velit [7] nubere. Si adnuat, ei, Sociabuſque libertatem, atque veniam a Rege impetraturum ſe, pollicetur. Perhorruit ad haec nobilis Virgo, &: O iniquum, exclamavit, ac Deo inviſum caput! Obmuteſce, neque talia poſthac effutire audeas tam nefaria, atque exſecranda; ne forte impura oratio ad puras aures perveniat, indeque pudicam, & Deo Sacram, invadat mentem. Sponſa ſum Chriſti; Virginitatem proinde meam ei ſervo illibatam, quem veritatis, ac religionis, quam profiteor, authorem agnoſco: ipſi me, vitamque meam committo, cui expeditiſſimum eſt, me a veſtris manibus, atque malitioſa libidine integram, inviolatamque praeſtare. Mortem utique non metuo, nec ſupplicia exhorreo. Viam illa mihi patefacient, qua ad Simeonem Epiſcopum, fratrem meum cariſſimum, perveniam, ſummam ab aerumnis, ac moleſtiis, quibus me adficitis, quietem, atque ſolatium cum illo conſequutura.

Interim duo illi principes Viri, qui in ejus cauſſa Judices ſederant, ſinguli clam ſociis de hoc ipſo nuptiarum negocio S. Virginem interpellant: quos

ܟܕ ܗܟܢ ܣܟܪܬܗ ܡܥܠܝܐ ܠܗ ܬܪܒܘ
ܕܟܪܝܗܬܐ ܗܕܐ . ܘܗܢܘܢ ، ܒܚܒܠܬ
ܘܡܫܠܡܬ ܒܚܘܒܠܐ ܕܒܢ̈ܬ ܩܝܡܐ
ܐܬܚܒܠܬ ܐܢܝܢ . ܘܫܕܝܢ ܥܠܝܗܝܢ ܚܪܫܐ
ܡܠܟܐ ܡܦܣܩܐ ܐܬܐܡܪ ܘܐܣܬܒܪ
ܠܟܘܡܪܐ ܘܡܠܟܐ ܚܘܝܐ ܘܐܡܪܝܢ
ܕܡܪܚܩܢ ܕܚܪܫܬܐ ܐܢܝܢ : ܒܪܡ ܗܘܐ
ܕܝܢ ܡܠܟܐ ܦܬܓܡܐ ܘܐܡܪ ܕܠܐ ܗܘ
ܕܠܫܡܫܐ ܠܡܣܓܕ ܠܐ ܢܬܩܢܝܢ ܡܛܠ ܕܒܥܕ
ܚܪܫܐ ܠܐ ܬܒܥܝܢ .

ܘܟܕ ܫܡܥܝܢ ܗܕܐ ܥܢܝܢ ܘܐܡܪܝܢ .
ܕܠܐܠܗܐ ܒܪܘܝܗ ܠܐ ܡܫܠܦܝܢ ܐܢܚܢܢ .
ܘܬܫܡܫܬܐ ܕܒܪܝܘܬܐ ܠܫܡܫܐ ܒܪܝܬܗ ܠܐ
ܝܗܒܝܢ ܚܢܢ . ܘܠܬܫܢܝܩܝܢ ܕܡܠܟܐ ܡܛܠ
ܠܝܫܘܥ ܠܐ ܡܦܪܫܝܢ .

ܘܡܚܕܐ ܚܪܫܐ ܕܝܢ ܡܓܘ̈ܫܐ ܘܐܡܪܘ
ܒܚܕ ܩܠܐ ܡܢ ܡܠܟܬܐ ܥܒܕܝ ܡܛܠ
ܕܒܝܫܐ ܒܪ̈ܢܫܐ ܗܠܝܢ ܠܡܠܟܬܐ ܐܬܒܪܬ.

ܘܝܗܒ ܐܫܬܘܬܐ ܠܗܘܢ ܡܓܘܫܐ
ܕܥܠܝܐ ܕܗܘܐ ܕܢܦܩ ܡܢ ܦܠܓܐ
ܐܢܝܢ : ܡܛܠ ܕܐܡܪܘ ܕܢܦܠܓܘܢ
ܦܓܪܝܗܝܢ . ܘܬܥܒܪ ܡܠܟܬܐ ܒܝܬ
ܦܠܓܘܬܗܝܢ ܘܬܬܚܠܡ .

ܘܟܕ ܡܦܩܝܢ ܠܗܝܢ ܠܩܛܠܐ
ܗܦܟ ܫܐܠ ܠܗ ܡܦܩܕܐ ܠܬܪܒܘ
ܒܝܕ ܡܬܪܓܡܢܐ : ܕܐܢ ܡܫܬܡܥܐ ܠܝ ܠܐ
ܐܢܬܝ ܡܝܬܐ . ܐܦܠܐ ܚܝܐ . ܗܝ ܕܝܢ
ܕܒܚܬܐ ܒܥܠ ܕܒܠ ܚܫܘܟܗ ܟܕ ܐܡܪܬ
ܕܐܘ ܚܫܘܟ ܘܡܪܡܐ ܪܫܐ ܡܢܐ ܡܫܬܡܥܬ
ܒܥܝܢܘܬܟ ܡܛܠ ܕܠܐ ܒܗܬ ܘܠܐ ܥܒܕܬ
ܐܢܐ ܡܡܠܬܟ ܡܝܬܐ ܐܢܐ ܚܝܐ ܐܢܐ
ܡܫܬܘܬ ܠܐ ܚܝܐ ܐܢܐ . ܘܡܘܬܐ ܐܢܐ :
ܐܝܟ ܐܢܝܢ ܕܝܢ ܠܡܓܘܫܐ ܠܒܪ ܡܢ
ܡܕܝܢܬܐ

quos quum B. Tharba, pari verborum acerbitate indignabunda, repuliſſet, in perniciem Sanctarum Virginum omnes una mente conſpirant, eaſque, perinde atque veneficii convictas, iniquiſſimo judicio reas eſſe, pronunciant. Id tamen Regi [a] haudquaquam perſuaſerunt, qui Feminas nefariae artis prorſus ignaras eſſe ſuſpicatus, neutiquam capiris eſſe condemnandas judicavit, dummodo Soli litarent. 8

Negaverunt illae in haec verba: Certum, fixumque nobis eſt, Deum cum re creata neutiquam commutare, nec, uni debitum Condirori, cultum operi ejus communem facere. Fruſtra intentantur ſupplicia: Nec enim ulla minarum ſaevirie movemur, ut a Jeſu Chriſto, Servatore noſtro, divellamur.

Soli cultum denegant.

Dixerant, & continuo una voce Magi conclamarunt: O male pereant Feminae, quarum adflara veneficiis, Regina morbo dudum intabuit!

Tum denique amplior facta eſt poteſtas a Rege, ut, quo ipſi deliberaverant, mortis genere Sanctas Virgines interimerent. Secare illarum Corpora placuit: praedixerant enim Magi fore, ut Regina morbo convaleſceret, ſi conlocatis hinc, atque inde caeſorum Corporum fruſtis, ea per intermedium ſparium traduceretur.

Ducebantur tres Virgines ad ſupplicii locum, quum Praefectus per Interpretem rurſus B. Tharbam de nuptiarum negocio interpellar, propoſita immuniratis ſpe. Tum vero ſibi Virgo caſtiſſima temperare non potuit, quin hominis perdiriſſimi perulantiam his verbis retunderet: O impurum, & nequiſſimum caput! Quamdiu tandem te rem adeo inhoneſtam, ac turpem procaciter tentare non pudebit? Mihi enimvero fortiter occumbere, vivere eſt: viram autem ignavia partam, morte graviorem duco.

Ubi ad ſupplicii locum ventum eſt,

Dire interficiuntur.

eſt, ſingulas duobus ſtipitibus, velut oves tondendas, adligant: mox ſerra medias diſſecant. Sectas in partes ſenas diſcindunt, fruſtaque, in totidem ſportulas conjecta, bifurcis paxillis ſuſpendunt: & quandoquidem hinc inde intermedia via pali diſpoſiti fuerant, dimidiatam Crucis imaginem efformaverant, diſſectorum Corporum dimidiam perinde partem ſuſtentantes, tamquam poma totidem ſuſpenſa ramis, ſatori Deo jucunda, Tyrannis e contrario amara.

Atrox ſane ſpectaculum, & lugubri oratione, ac multiplici commiſeratione dignum! Neque enim ulla profecto acerbior ſpecies fuit, aut luctuoſior. Cui ergo adlubeſcit luctus, huc adcedat, & piis ſe proluat lacrymis: ampliſſimam quippe lugendi occaſionem ſuppeditabit atra illius diei recordatio, quando ſuis denudata veſtibus honeſtiſſimarum Virginum Corpora, & ſanctiſſimum membrorum omnium decus in compitis, atque publicis viis ante frequentiſſimi populi oculos expoſita, pependerunt. Illa, inquam, Corpora, quae, quum viverent, inaceſſis privatae domus penetralibus perpetuo fuerant abdita. Hoc itaque modo nobiliſſimae Virgines publicum dedecus, & infamiam lubentes ſubivere. Tu vero interea mirare in tanta hominum perverſitate, atque licentia Divinae Juſtitiae ſilentium. Silet illa, nimirum, atque mortalium flagitiis laceſſita, diſſimulat; quia, quandoque poenas exactura, non miſerebitur, nec parcet. Simulque obſtupeſce, quouſque immanis humanae ſuperbiae audacia ſeſe efferat, quantumve petulanter intumeſcat! At enim quum repreſſa, atque perfracta fuerit, una omnis inſtaurandae dignitatis, ſalutiſque reparandae ſpes concidet, ac prorſus evaneſcet.

Ceterum hoc ſaeviſſimum, & omnis

[illegible]

ܐܟܠܝ ܐܢܫܐ ܚܝܐ. ܐܝܟ ܗܘ
ܕܟܬܝܒ. ܕܚܝܐ ܒܠܥܘܢ ܗܘܘ
ܠܢ. ܠܡܢܘ ܕܝܢ ܚܕܝ ܗܘܐ ܚܙܘܐ
ܣܢܝܐ. ܠܡܢܘ ܕܝܢ ܒܣܝܡܐ
ܗܘܬ ܚܙܬܐ ܕܒܣܠܝܬܐ. ܡܢܘ ܕܝܢ
ܗܘ ܕܥܝܢܐ ܚܝܣܢܐ ܩܒܥ ܐܬܡܟܝ.
ܘܡܢܘ ܕܝܢ ܗܘ ܕܐܠܒܫ ܐܦ̈ܘܗܝ
ܘܐܬܚܙܝ ܠܬܡܢ. ܗܢܘ ܡܕܝܢ
ܠܐ ܗܘܐ ܟܝܢܢ ܗܘ. ܘܐܦܠܐ ܐܚܘܬܐ
ܓܢܣܗ ܡܢ ܐܕܡ.
ܐܝܟ ܗܘ ܕܐܡܪܝ ܠܡܠܟܬܐ
ܟܕ ܬܠܝܢ ܗܘܘ ܦܓܪ̈ܝܗܝܢ ܕܩܕܝ̈ܫܬܐ
ܕܒܬܘ̈ܠܬܐ ܬܠܝܢ ܗܘܘ ܥܠܝܗ̇
ܥܒܪܘܗ̇ ܒܡܨܥܬܗ̇ ܕܐܘܪܚܐ
ܕܡܫܪܝܬܐ ܗܘܬ ܕܡܠܟܐ.
ܐܬܕܠܠ ܕܝܢ ܢܘܚܫܬܐ
ܒܗ ܒܝܘܡܐ ܢܦܩ ܡܠܟܐ
ܡܡܕܝܢܬܐ.

omnis humanitatis expers, genus hominum, qui iſtarum Virginum diſſecuerunt Corpora, & diſſecta palis ſuſpenderunt, eos profecto voracibus lupis, corporum adhuc ſpirantium artus dilanianribus, ſimiles judico, quippe qui in homines vivos eam adhibuerunt crudelitatem, cujus Sacrae etiam Literae verbis illis meminere: *Quum exſurgerent homines in nos, forte vivos deglutiſſent nos*. Ecquis in eo lugubri ſpectaculo laetatus eſt? Cuinam jucunda adcidere potuit horrenda illa ſpecies? Quis oculos fixos adeo, atque immotos habuit, ut eos teterrimo paſceret adſpectu? Quis frontem ferream induit, ut illuc vultum converteret? Hic profecto communem, ut arbitror, nobiſcum naruram non eſt nactus, neque a communi parente Adamo genus duxit. *Pſal. 123. 2. 3.*

9 Reginam [9] perinde, ut Magi condixerant, pendentibus adhuc eo in loco Sanctarum Virginum Corporibus, per intermediam viam traduxere. Sequutus eſt univerſus [10] Exercitus: Hoc ipſo enim die [11] Rex ab Urbe diſceſſit. 10 11

Illuſtres autem Virgines quinta Lunae menſis [12] Maji Martyrii Coronam adeptae ſunt. *Martyrii tempus.* 12

ADNOTATIONES.

(1) Reginam ejuſdem cum Judaeis opinionis fuiſſe, & ad eorum morem vitam inſtituiſſe, adfirmat Sozomenus lib. 2. Hiſtor. Eccleſ. cap. 12.

(2) Ex Metaphraſte Lipomanus tom. 7. die 5. Aprilis, & ex Aprili Bollandiano ad diem 22. ejuſdem menſis Ruinartus, addunt cognomentum Sancti Simeonis, quod in hiſce Actis praetermittiur. At pro *Bar-ſaboë* habent *Jombaphæum*, & *Gnaphæum*. Fortaſſe pro Baphæo, hoc eſt, Papae Diſcipulo, nomen Jombaphaeus, & Gnaphaeus obrepſit, ut ſuperius in Actis S. Simeonis adnotavimus.

(3) *Tarbulam* vocat Sozomenus, Caſſiodorus, & Uſuardus *Tharbuam*, *Thermetem* Metaphraſtes: Menologium autem, Baſilii Imperatoris juſſu editum, ut & Godefridus Henſchenius, Daniel Papebrochius, & Theodoricus Ruinartus *Pherbutam*, & *Pherbutem*. Sed corrupte apud omnes. Tharba enim, nomen Chaldaicum a verbo ܬܪܒ quod creſcere, ſeu augeri ſignificat, deductum: ac proinde ܬܪܒܘ *Tarbam*, recta *Creſcentiam* latine interpreteris.

(4) Tharbae Sororem, cujus memoria deſideratur in Martyrologio Romano ad diem 22. Aprilis, *Pherbutam* vocat Metaphraſtes. Id vero nominis ei fuiſſe, nec in Codicibus noſtris, nec apud Sozomenum, alioſque Scriptores legitur. Eam, Sozomenus, *poſt Viri mortem abſtinuiſſe a Nuptiis, eamdemque cum Tharba vivendi rationem tenuiſſe*, tradit lib. 2. cap. 12. Quod & innuunt Acta noſtra, quum, praetermiſſo Virginis titulo, illam praeciſe *Deo Sacram* nuncupant.

(5) Orientis nomine Aſſyriam, Chaldaeam, & Perſidem Syri, Arabeſque intelligunt. Hinc corrigendus Metaphraſtes, a quo Saporis Conjux non Orientis, ſed *totius Orbis Terrarum Regina, ac Domina* dicitur.

(6) Perſica vox ܡܘܦܛܐ, quae Praefectum ſonat, perperam a Metapraſte apud Lipomanum, & Bolland. loc. cit. rēdditur *Mau-*

 ptas

ptas Magorum Pontifex, ſeu *Princeps*.

(7) Sozomenus lib. 2. cap. 12. ſcribit, *quamdam ex Magis Tarbae amore captam, miſſa ad eam pecunia, ſollicitaſſe eam de ſtupro, & ipſi, & ſodalibus incolumitatem pollicitum, ſi morem ſibi gerere vellet*. At potiori jure vindicanda fides Actis noſtris, quae veriſimiliorem utique referunt Judicum libidinis impudentiam.

(8) Maximi momenti eſt haec adnotatio; attamen cum a Metaphraſte, tum a Sozomeno, aliiſque Interpretibus omittitur.

(9) In Synaxario Graecorum ad diem 4. Aprilis pag. 20. cap. 1. legitur, Regina, Saporis Perſarum Regis Conjux, valetudinem recuperaſſe, dum per diſſecta SS. Tarbae, ejuſque Sociarum Corpora tranſiret, ſecundum Magorum praedictionem, qui ad eum finem illarum Martyrum Corpora ſecanda eſſe ſuggeſſerant. Verum primo palam contra hiſtoriae fidem haec oggeruntur: ſincera etenim Acta noſtra, ab oculato Teſte exarata, ut & ſequioris aevi Scriptores ne ullum quidem de hac recuperata valetudine habent verbum. Secundo Menologium, Baſilii Porphyrogeniti Imperatoris juſſu editum, luculentiſſime tradit, *Reginam non modo ſanitatem non recuperaſſe, ſed etiam gehennam ſortitam eſſe*. Tertio demum horrenda haec veritatis depravatio nedum ſceleſtiſſimis hominibus Divinum adtribuit adflatum, ſed & Deum exhibet immaniſſimo eorum ſceleri mercedem rependentem: quum hujuſcemodi valetudinis recuperatio nonniſi miraculo, & quidem ſuperioris ordinis, adſcribenda foret.

(10) Ex Metaphraſte Lipomanus *Catervam*, Godefridus Henſchenius, Daniel Papebrochius, & Ruinartus *Turmam* ſufficiunt.

(11) *Rex diem illum celebrabat*, inquit ex Metaphraſte Lipomanus: Henſchenius autem, & ex eo Ruinartus, *Imperator cenſum recipiebat*.

(12) Metaphraſtes perperam habet *Nonas Aprilis*. Luna autem quinta Maji, anno Chriſti 341., quo S. Tharbae, & Sociarum Martyrium contigiſſe oſtendimus, in ſolarem ejuſdem menſis diem incidit, ut ex tabulis Paſchalibus liquet.

ADMONITIO

In Martyrium Sanctorum MILIS Epiſcopi, & Sociorum.

Acta hucuſque ignota.

JAm tandem e tenebris eruta, in lucem, Deo auſpice, prodit, quam ingeminatis votis, *ſi adhuc uſpiam exſtaret, ad augendum ſaltem operis ſui ſupplementum, ſibi communicandam*, expetebat Bollandus, S. Milis & Vitae, & Martyrii hiſtoria. Quamquam enim Sanctiſſimi hujus Martyris memoriam cum veteres, tum ſequioris aevi Scriptores Graeci Latinique concelebraverint; adcuratam tamen ejus praeclare geſtorum ſeriem nullus hucuſque edidit. Acta autem noſtra, a S. Marutha Chaldaice exarata, & adoleſcentiam, & obitum, & intermediam aetatem adeo exacte complectuntur, ut erudito Lectori nihil plane deſiderandum ſuperſit. Ad majorem tamen rei elucidationem vetera monimenta, cum hiſce Actis facillime concilianda, more noſtro praemittimus, commentitia quaeque explodenda adnotaturi.

S. Milis memoria celebris, apud Sozomenum.

Sozomenus itaque Hiſt. Eccleſ. lib. 2. cap. 14. *Sub idem tempus*, inquit, graſſante, nempe, Saporis Perſequutione, *Miles quoque Martyrio perfunctus eſt. Hic initio quidem apud Perſas militaverat, poſtea vero, relicta militia, Apoſtolicam vivendi rationem aemulatus eſt. Quum autem Perſicae cujuſdam Civitatis ordinatus eſſet Epiſcopus, multa ſaepe numero paſſus eſſe dicitur, & verbera, tractuſque membrorum ſuſtinuiſſe. Sed quum nemini illic perſuadere potuiſſet, ut Chriſtianus fieret, moleſte id ferens, malum imprecatus eſt civitati, & alio migravit. Nec multo poſt, quum primores illius urbis in Regem deliquiſſent, immiſſus in eas Exercitus cum trecentis Elephantis urbem eorum ſubvertit, & aratrum ſolo impingens, velut in arvo ſementem fecit. Miles vero peram dumtaxat geſtans, in qua Sacrum Evangeliorum Codicem reconditum habebat, Hieroſolymam orationis cauſſa profectus eſt, atque inde in Aegyptum perrexit, ut Monachos ibi degentes videret. Quanta porro iſte vir, & quam admiranda opera perpetraſſe memoretur, teſtes ſunt Syri, qui ejus vitam, & Actus literis prodiderunt*. Quibus quidem verbis non alia, quam Acta haec Chaldaica, a S. Marutha, authore Syro, conſcripta, Sozomenum deſignaſſe, liquet vel ex eo, quod eadem cum modo relata ipſius Sozomeni narratione adprime conveniant.

In Martyrologio Romano.

In Martyrologio Romano ad diem Aprilis XXII. S. Miles audit *Milles*: *In quo fidei certamine paſſus eſt Milles Epiſcopus Sanctitate, & Miraculorum gloria inſignis*.

Ba-

In Menologio Baſiliano.

Baſilii autem Porphyrogeniti Imperatoris Menologium, S. Milis, & Diſcipulorum ejus memoriam die XIII. Novembris recolit in haec verba: *Certamen Sanctorum Milis Epiſcopi, & Diſcipulorum ejus Eborae, Papae, & Saboae Diacoui. Hi ex Perſide fuerunt. Sanctus vero Miles ſtipendia belli mereus, poſtea militiae munere abdicato, quum ſe totum Dei ſervitio addixiſſet, Epiſcopus in ea Perſidis urbe ordinatur, ubi Daniel Propheta viſiones vidit. Sed inde ab infidelibus ejectus Hieroſolymam venit. deinde Alexandriam ad B. Antonium: demum in Perſidem reverſus, a Miſtophoro Regulo, ejuſque fratre gladio in corde trajicitur, quod ſoli, & igni ſacrificare noluiſſet. Quibus ille, dum adhuc animam ageret, praedixit fore, ut die ſequenti mutuis Regulus & frater vulneribus eadem, qua ipſe caeſus fuerat, hora conciderent. Quare vehementius commoti, Diſcipulos ejus tamdiu fuſtibus contudere, dum animas Deo traderent. Poſtridie autem, juxta Sancti praedictionem, fratres in furias acti, mutuis ſeſe vulneribus confecere.* Quamquam autem hoc S. Milis, ejuſque Diſcipulorum Certaminis elogium ex Actis noſtris unice deſumtum eſſe videatur; pluribus tamen ſcatet mendis, quae ex Interpretis certe incuria obrepſerunt, quaeque in Adnotationibus noſtris mox ſubjiciendis, deſignabimus.

In Menaeis Graecorum.

In Menaeis Graecorum tam manu exaratis, quam typis vulgatis *Milus* & *Nilus* promiſcue ſcribitur, ejuſque, & Diſcipulorum feſtum ad diem X. Novembris hoc fuſiori quidem vitae elogio, quod & noſtris hiſce Actis Chaldaicis magis conſonat, revocatur. Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ μνήμη τοῦ Ἁγίου Μάρτυρος Μίλου Ἐπισκόπου, καὶ τῶν δύο μαθητῶν αὐτοῦ. Οὗτος ὁ Ἅγιος Πατὴρ ἡμῶν Νῖλος, ἐν μιᾷ πόλει τῶν Περσῶν τεχθεὶς καὶ βαπτισθεὶς, τὰ ἱερὰ γράμματα ἐξεμάνθανε, μέλλοντος δὲ αὐτοῦ στρατευθῆναι τῷ ἐκεῖσε Βασιλεῖ· εἰς ἡλικίαν ἐλάσαντος, ὀπτασία διεκώλυσε τοῦτον νυκτερινὴ καὶ φοβερά. Καὶ ἐκ τότε ἐν παρθενίᾳ ἦν καὶ ἀσκήσει ἐξιλασάμενος τὸν Θεὸν, ὑπέρ τε ἑαυτοῦ, καὶ παντὸς τοῦ γένους αὐτοῦ· καταλιπὼν τὴν πόλιν αὐτοῦ μετὰ χρόνους τινὰς, γέγονε Μοναχός· Καὶ οἰκήσας ἐν ᾧ τόπῳ ὁ Προφήτης Δανιὴλ, τὰς ὀπτασίας ἑώρακεν. ἀξιοῦται τῆς Ἐπισκοπῆς τῆς ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας· διὰ χειρὸς Γενναδίου Ἐπισκόπου Ὁμολογητοῦ, καὶ Μάρτυρος γενομένου καὶ πολλὰ κοπιάσας ἐκεῖ ὁ Ἅγιος, ἐλέγχων καὶ ἔργοις καὶ λόγοις τοὺς ἀνομοῦντας. ἀποτυπτόμενος ὑπ' αὐτῶν καὶ διωκόμενος, ὡς ἔγνω τούτους, ἀδιορθώτους. προκηρύξας αὐτοῖς τὴν μέλλουσαν ἐπελθεῖν αὐτοῖς ἐκ Θεοῦ ὀργὴν, ἀνεχώρησεν. ἤδη δὲ τριῶν μηνῶν παραδραμόντος καιροῦ. Καὶ τῶν ἀρχόντων τῆς πόλεως αὐτοῦ, ἐξ ἁμαρτίας τινὸς, θυμῷ περιπεσόντων βασιλικῷ τὴν μὲν πόλιν ὁ Βασιλεὺς στρατιώτας ἀποστείλας μετὰ τριακοσίων Ἐλεφάντων· τελείως κατέστρεψε· τοὺς δὲ ταύτης οἰκήτορας, ἀπέκτεινε ἐν μαχαίρᾳ. Ὁ δὲ Ἅγιος καταλαβὼν τὰ Ἱεροσόλυμα, ἀπῆλθε πρὸς Ἀμμώνιον μαθητὴν τοῦ Ἁγίου Ἀντωνίου. Παύσας ἐκεῖ χρόνους δύο, ὑπέστρεψεν ἐν Περσίδι· ἐν δὲ τῷ ὑποστρέφειν αὐτὸν, ἦλθε πρὸς Μοναχόν τινα σπήλαιον οἰκοῦντα· Καὶ ἰδὼν δράκοντα φοβερὸν εἰσιόντα, ἐν ᾧ ἦν σπηλαίῳ, τρώγοντα δύο πτωχοὺς ὄντας, λέγει πρὸς αὐτόν. ἔφθασε δράκων ἐπὶ σὲ ἡ ῥομφαία τοῦ Κυρίου. καὶ ὡς εἶπε, τὴν τοῦ τιμίου σταυροῦ σφραγῖδα δεξάμενος. καὶ συντεθεὶς, διεῤῥάγη. ἀπελθὼν δὲ ἐν τῇ πόλει αὐτοῦ ᾠκοδόμησεν ἐκκλησίαν εἰς συγγνώμην τοῦ ἀπειθήσαντος λαοῦ, καὶ πικρῷ θανάτῳ τοῦ τῷ ἀπαλλαγέντος. καὶ χρόνον ἐκεῖσε ἱκανὸν διαβιβάσας εἰς τὴν Κτησιφῶντα πόλιν ἀφίκετο· ἐν ᾗ καὶ Σύνοδον εὗρεν Ἐπισκόπων, ἵστη ἐν μέσῳ αὐτῶν ἐλέγχων τὸν Ἐπίσκοπον, δι' ὃν καὶ ἡ Σύνοδος γέγονε· τοῦ δὲ ἐξουθενίζοντος τὸν ἅγιον, καὶ μυκτηρίζοντος. καὶ τοῖς αὐτοῦ προβλήμασιν ἐπὶ πάντων ἐγκαυχωμένου, ὁ ἅγιος, πρὸς αὐτόν. Ἐπειδὴ ἀδιόρθωτος φησὶ μένων, ἀλαζονείᾳ γαυριᾷς κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου μου Ἀρχιερέων, ὡς ἐπισυνάψε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἤδη ἔφθασεν ἐπὶ σὲ ἡ ὀργὴ τοῦ Κυρίου, ἡμίξηρόν σε, ἀποκατασταθῆναι ἐπὶ χρόνοις πλείστοις· ἐφ' ᾧ διὰ σοῦ, καὶ τοὺς λοιποὺς σωφρονισθῆναι, καὶ ἅμα τῷ λόγῳ, σκηπτὸς ἐξ οὐρανοῦ κατελθὼν ἀπὸ βροντῆς φρικώδους. ὡς εἶδος ἀστραπῆς, ἡμίξηρον αὐτὸν εἰργάσατο, καὶ ἔμεινεν οὕτως ἐπὶ χρόνους δώδεκα ἡμίξηρος, καὶ μετὰ ταῦτα τὴν πόλιν ἐκείνην λιπὼν, πάλιν εἰς ἑτέραν πόλιν ἀφίκετο. ὁ οὖν ἄρχων τῆς πόλεως χαλεπῷ μαστιζόμενος νόσῳ, ἐπὶ χρόνοις δυσὶ, τὴν τούτου παρουσίαν μαθὼν, μηνύσας ἱκέτευεν ἀφικέσθαι πρὸς αὐτὸν εὐχῆς μεταδοῦναι καὶ ἐπισκέψασθαι νοσοῦντα δεινῶς· καὶ ὡς κατήγγειλε τὴν ἄφιξιν ὁ ἀποσταλεὶς, ὁ ἅγιος πρὸς αὐτόν. ἄπελθε φησὶν εἰπὲ τῷ ἀποστείλαντί σε ἄρχοντι, μεγάλῃ τῇ φωνῇ. τάδε ὁ Ἐπίσκοπός σοι δηλοῖ· ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃν ἐγὼ κηρύττω ὁ ἀνάξιος καὶ εὐτελὴς, ἀποβαλοῦ πᾶσαν περιέχουσάν σε νόσον· καὶ περιζωσάμενος τὴν ὀσφύν σου, ἐλθὲ τοῖς ποσί σου περιπατῶν, καὶ ὄψομαί σε· τοῦ δὲ ἀπελθόντος, καὶ εἰρηκότος αὐτῷ κατὰ τὸν τοῦ ἁγίου λόγον. ὁ ἄρχων ἀναῤῥωσθεὶς καὶ ἐνδυναμωθεὶς, ὡς μηδ' ὁπωσοῦν λείψανον τοῦ δεινοῦ νοσήματος περιφέρων, ἀπῆλθε πρὸς τὸν ἅγιον οἰκείοις βαδίζων ποσίν. οὗ τοῖς τιμίοις ἑαυτὸν προσρίψας ἴχνεσιν ἀμφοτέραις χερσὶν ἐπιβαλλόμενος, ἐκυλινδεῖτο καὶ κατησπάζετο εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ τῷ οὕτως αὐτὸν δοξάσαντι· τοῦτο τὸ παράδοξον θαῦμα, πολλοὺς πρὸς τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν ἐπεσπάσατο· ἐκεῖσε καὶ δαί-

μονας

Digitized by Google

μονας ἀπήλασεν ὁ ἅγιος ὐκ ὀλίγους. Καὶ γυναῖκα κλινήρη οὖσαν ἐπὶ χρόνους ἐννέα παραμβάλων, τῆς χειρὸς κρατήσας ἀνέστησεν ὑγιῆ. καὶ ἄδικον τινα καθ' ὕπερ ὑφαιρούμενον, καὶ τὰ ἀδικείας δι' ὅρκων καταφρονητικοῖς διαβεβαιούμενον, καὶ τοὺς λόγους τοῦ ἁγίου οὐδὲν θέμενον, διὰ προσευχῆς τὴν τοῦ Γιεζῆ λέπραν καθόλου τοῦ σώματος σχεῖν παρεσκεύασεν, εἰς διόρθωσιν τῶν πολλῶν. ὡς καὶ τούτου πλῆθος οὐκ ὀλίγον τῆς πόλεως προσελθεῖν τῷ ἁγίῳ, καὶ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν ἀνακαλέσαι. Καὶ ἕτερα σημεῖα ἐν διαφόροις τόποις οὐκ ὀλίγα ἐποίησεν. Ἀλλ' ὁ βασιλίσκος τούτων ἀκούσας, μεταστέλλεται τὸν ἅγιον. καὶ παραστήσας σὺν τοῖς δυσὶ μαθηταῖς αὐτοῦ. Καὶ ὡς εἶδε τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν ἀκλινῆ καὶ ἀσάλευτον, πάμπολλα εἰς αὐτοὺς πρότερον δεινὰ ἐνδειξάμενος, αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ τὸ ἴδιον ξίφος ἀνασπασάμενος. Βάλλει κατὰ τοῦ στήθους τὸν ἅγιον. Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἀδελφὸς τοῦ βασιλίσκου τῷ ἰδίῳ ἀδελφῷ συναιρούμενος. Βάλλει καὶ αὐτὸς τὸν ἅγιον κατὰ τῆς καρδίας, ὁ δὲ τοῦ Κυρίου ἀθλητὴς ἔτι ἔμπνους ὤν, ἐπειδὴ συνεφωνήσατε φησὶν ἀναίτιον ὄντα με ἀποκτεῖναι. ἀνελεῖν ταύτῃ τῇ ὥρᾳ ἐκ χειρὸς ἀλλήλων τὸ αἷμα ὑμῶν ἐκχυθήσεται. Καὶ ἡ μήτηρ ὑμῶν ἄτεκνος ἔσται. Καὶ ταῦτα εἰπὼν παρέδωκε τὴν ψυχὴν τῷ Κυρίῳ. Καὶ τοὺς δύο μαθητὰς αὐτοῦ, εἰς δύο βουνοὺς ἀναγαγὼν ὁ δυσσεβὴς βασιλίσκος, τοῖς λίθοις συνέχωσε. τῇ δὲ ἑξῆς ἐξελθὼν ὁ δυσσεβὴς καὶ ὁ αὐτοῦ ἀδελφὸς εἰς θήραν. οὐδὲν ἐκλογισάμενος τὸ τοῦ ἁγίου πρόσρημα. ἔλαφον εὑρόντες καταφθάσαντες μονώτατοι. ἐξ ἑκατέρου μέρους αὐτῆς εὑρεθέντες, ἀφῆκαν τὰς λόγχας κατ' αὐτῆς. αἱ δὲ ὡς ῥοίζῳ τινὶ κατ' αὐτῶν ἐλθοῦσαι. ταῖς καρδίαις αὐτῶν ἐμπεπήγασι. καὶ οὕτως τὰς ψυχὰς αὐτῶν βιαίως ἀπορρήξαντες, τοῦ ζῆν ἀπηλλάγησαν. οἱ δὲ ἅγιοι τοῦ Χριστοῦ μάρτυρες ὑπὸ τῶν πιστῶν κηδευθέντες, τὴν ἀπελεύτητον καὶ ἀΐδιον ζῶσι ζωήν. *Eodem die* (Novembris ſcilicet x.) *Commemoratio Sancti Nili Epiſcopi, & duorum ejus Diſcipulorum. Sanctus hic Pater noſter Nilus in quadam Civitate Perſarum natus, ac baptizatus, ſacras didicit literas. Quum vero militiae Regis, qui ibi imperabat, nomen eſſet daturus, poſteaquam adoleviſſet, per terrificam in ſomnis viſionem prohibitus eſt. Ex eo autem tempore pudicitiam colens, piiſque animum exercitationibus perpoliens, cum ſibi, tum univerſo ſuo generi Deum placare ſtudebat. Aliquot poſt annos, patria relicta, Monachus factus eſt; eoque in loca commoratus, ubi Daniel Propheta viſiones vidit, dignus habitus eſt, qui ad Sanctiſſimae Eccleſiae Epiſcopatum per manus Gennadii Epiſcopi, qui Confeſſor fuit, & Martyr, proveheretur. Ibi vero quum opere, & ſermone in arguendis peccatoribus multum deſudaret, verberibus tandem exceptus eſt, ac dire vexatus. Eos itaque ab emendatione prorſus alienos deprehendens, impendenti ipſis ira Dei praenunciata, diſceſſit. Tribus autem vix elapſis menſibus, quoddam ob crimen, ejus Civitatis primores Regis indignationem ſubivere: qui, miſſo propterea cum Elephantis trecentis Exercitu, urbem funditus evertit, ejuſque incolas gladio percuſſit. Interim vero Sanctus Hieraſolymam profectus eſt, inde Ammonium, Sancti Antonii Diſcipulum adiit; ibique duobus tranſactis annis in Perſidem reverſus eſt. Quum autem rediret, ad Monachum quendam, qui ſpeluncam incolebat, divertit, & conſpicatus horrendum Draconem cubitorum triginta, in ipſam ſpecum ſeſe inſerentem, ducta in Crucem manu, exclamavit: Gladius Domini in te, o draco, pervenit: Illico tumefactus draco, diſruptus eſt. Suam inde in Civitatem regreſſus, ad impetrandam veniam contumaci populo, qui vitam crudeli morte commutaverat, Eccleſiam conſtruxit. Ibi aliquandiu verſatus, Cteſiphontem ſubinde Civitatem petiit; in qua Synodum Epiſcoporum congregatam quum inveniſſet, in medium proceſſit, & Epiſcopum, cujus cauſſa ea Synodus coacta fuerat, graviter reprehendit. Is vero quod Sanctum flocciſaceret, irrideretque, ac in objectis ſibi criminibus gloriaretur; haec in ipſum intorſit Sanctus: Quoniam inemendabilis es, & decreto Sacerdotum Domini mei, quos Spiritus Sanctus congregavit, proterve inſultas, ecce in te irruit ira Dei, quae te in plures annos ſemiaridum efficiet, ut reliqui fato tuo admoniti, tandem reſipiſcant. Dixerat, & continuo fulmen cum horrendo tonitru e Caelo delapſum, dimidiam corporis illius partem areſecit. Atque ita per decem annos perſtitit. Inde Sanctus profectus, in aliam Civitatem ſe contulit, cujus Princeps, qui biennium iniqua valetudine conflictabatur, quum Sancti adventum accepiſſet, miſſo ad ipſum Nuncio, ut ſe periculoſe aegrotantem inviſeret, ſibique benedictionem impertiretur, etiam atque etiam rogavit. Ubi vero nuncius legationis ſuae cauſſam expoſuit, Sanctus ad eum: Redi, inquit, & aegro, qui te miſit, alta voce dicito: Haec tibi ſignificat Epiſcopus: In nomine Jeſu Chriſti, quem ego indignus, ac vilis praedico, omnis, qua detineris, a te recedat aegritudo, & lumbis adcinctis, tuis ad me pedibus adcede, teque videbo. Reverſus nuncius, ſtatim ac Sancti verba protulit, Princeps convaluit, reparatiſque viribus, adeo ut nullae morbi reliquiae adparerent, pedeſter Sanctum adivit, cujus ad vene-*

randos

randos pedes advolutus, & ambabus manibus complexus, eos deoſculabatur, gratias Deo agens, qui tantam illi gloriam largiretur. Inſigne hoc miraculum complures ad Chriſti fidem adtraxit. Illinc & multos Sanctus ejecit Cacodaemones; mulierique annos novem in lecto decumbenti, ſummo languore confectae, manu adprehenſa, ſanitatem reſtituit. Quum vero alienum quidam ſurripuiſſet, & per ſummum contemtum, jurejurando interpoſito, ſuam purgare iniquitatem auderet, atque nihili Sancti verba faceret, ut Giezi lepra per totum ejus corpus diffunderetur, Sanctus a Deo obtinuit, ad emendationem multorum: adeo ut magna inde Civitatis multitudo ad Sanctum conflueret, & Chriſti fidem expoſceret. Alia quoque diverſis in locis non pauca patravit miracula. Verum Regulus de iis certior factus, Sanctum adcerſivit: quumque Sanctus una cum duobus Diſcipulis ei ſiſteretur, ille vero inconcuſſam horum, & invictam in Chriſtum fidem deprehenderet, multis prius, ac variis ſuppliciis eos adfecit, & gladium tandem exſerens, Sancti pectus ſuis ipſe manibus transfixit. Frater quoque Reguli, fratri ſuo opem ferens, ipſe ſimiliter cor Sancti ferro tranſverberavit. Verum Athleta Domini adhuc ſpirans: Quoniam, inquit, ad occidendum innocentem ambo conſpiraſtis, cras hac eadem hora ſanguis veſter mutua a vobis manu effundetur, & mater veſtra filiis orbabitur. Haec effatus, animam Domino tradidit. Impius autem Regulus ambos ejus Diſcipulos, in duos colles deductos, lapidibus obruit. Poſtero die ſceleſtus Regulus, & ejus frater de Sancti praedictione minime cogitantes, venatum egreſſi, ingenti cervo occurrentes, hinc inde ſoli quum conſtitiſſent, & jacula in eum vibraſſent, iſta in eos retorſa ſunt, ipſorumque cordi infixa. Atque ita animas evomentes, vitam cum morte commutarunt. Sancti vero Chriſti Martyres a Fidelibus tumulati, vitam vivunt ſempiternam. Hoc praeterea diſticho celebrantur:

Μίλος ὁ Ἐπίσκοπος σὺν μύσταις δύο
Τριπλὸν ἔλαβε τὸν θρόνον ἐν τῷ πόλῳ.
Milus Epiſcopus cum duobus Diſcipulis
Triplicem obtinuit thronum in Caelo.

Demum Coptitae Sanctum Milem, ſub nomine *Nili*, & *Milii* in Synaxario ſuo ſemel, atque iterum commemorant. Et primo quidem die x. Emſciri, ſeu 7. Februarii, his verbis: In Sinaxario Copticarum.

تكار القديس نيلوا اسقف ارض فارس الذى استشهد على يد ملك الفرس حتى
لا يعبد النار ولا يسجد للشمس . فعقبه كثيرًا . واستشهد اخيرًا بحدّ السيف .

Commemoratio Sancti Nili, Epiſcopi regionis Perſidis, qui, ne ignem coleret, ſolemve adoraret, Martyrium ſubiit. Plurimis autem cruciatibus, juſſu Regis Perſarum, adtritus, demum capite plexus, lauream adeptus eſt. Ad diem vero XXVIII. Barmudi, ſeu 25. Aprilis, haec de eodem Mile, & Sociis tradunt. في هذا اليوم استشهد القديس ميليوس .

هذا القديس كان ناسكًا ومجاهدًا . وقطع طول زمانه ساكنًا في المغاير والجبال . فسكن هو
وتلميذين له بجبل كراسان . فخرجا ولدين الملك كراسان ومعهم مماليك . ونصبوا
شباكًا ليصيدوا بها الوحوش ويقتلوا بالحشوت . فساروا مسافة اربعين ميلاً ونصبوا
الشباك . ولمّا جعوهم حصل القديس داخلهم وكان لابسًا ثوب من شعر وشعره قد طال زايدًا .
فلما اراوه الولدين خافوا منه وسالوه . انت من الانس او روح . فاجابهم . انا انسان خاطي
ساكنًا في هذا الجبل ساجدًا للرب يسوع المسيح ابن الله الحي . فاجابوا ليس اله الا الشمس
والنار فتقدم واسجد لها لئلا نقتلك . فاجابهم ان هذه مخلوقه وانتم ضالين . وانا اسالكم
ان تعترفوا بالاه الحقيقي خالق هذه كلها . فاجابوه انت تزعم ان المصلوب من اليهود الاهًا .
فقال نعم . ذاك الذي صلب الخطية وقتل الموت هو الاه . فمسكوه هو والتلميذين الذين معه
وعذبوه . ثم قتلوا التلميذين بضرب العنق واما الشيخ فمكثوا يعاقبوه مدة مقامهم في الصيد .

وفي

وفى اليوم الخامس عشر اقاموه فى الوسط · ووقف احد الوليين امامه والاخر خلفه · ثم رموه
بالنشاب · فقال لهما · من اجل انكما اتفقتما انفسكما على قتل من لم يوذيكما ·
غدا فى مثل هذا الوقت تتلكما اتنينكما بسهامكما وتموتان بهما · فما التفتوا لقوله ولم
يزلوا يرميان بالنشاب الى ان تنيح وفى الغد اتيا ليتصيدا كعادتهما · فتراكضا خلف
حمار وحش ورموه بالنشاب · فاعاد الله النشاب فى قلبهما وماتا كقول القديس · وهذا
الاب اظهر الله على يده ايات عظام · منها انه عبر بقوم قد شكوا راهبا واتهموه بقتيل · فصلى واقام
الميت · وقال له انا اودع القسيس مال · فقتلني وارماني هناك · ثم سال القديس ان ياخد المال من
القسيس ويعطيه لبيته · فاجابه القديس · ارقد بسلام الى ان ياتى السيد المسيح ويقيمك ·

Hoc die (28. menſis Barmudi , ſeu 25. Aprilis) *Martyrium ſubjit Sanctus Milius , continentia , & laboribus plurimis inſignis , utpote qui integrum vitae ſuae tempus in ſpeluncis , & montibus tranſegit . Duos autem habuit Diſcipulos , ſedemque ſuam in Monte Craſan defixit . Illic itaque eo tum Diſcipulis duobus commorante , duo Regis Craſani filii cum pluribus ſervis venatum egreſſi , retia per quadraginta circiter milliaria extenderunt , ut quidquid concluſum fuiſſet , venarentur , contiſque interficerent . Contractis autem retibus , iis incluſus repertus eſt Sanctus , veſte piloſa indutus , ipſe vero totus piloſus . Expaverunt ad ejus adſpectum duo Regis Filii , tum ipſum interrogaverunt : Siſne homo , an ſpiritus , nobis ediſſere ? Quibus ille : Homo ſum peccator , hujus Montis adcola , & Domini noſtri Jeſu Chriſti , filii Dei vivi , ſervus . Illi vero : Non eſt praeter ſolem , & ignem alius Deus ; adcede igitur , iiſque ſacrifica , ne te perimamus . Tum Sanctus : Haec , inquit , creaturae ſunt , voſque erratis . Obſecro igitur vos , ut Deum verum , omnium iſtorum conditorem , cognoſcatis . Exceperunt illi : An a Judaeis Cruci adfixum eſſe Deum ? Utique , repoſuit Sanctus , eum , qui Cruce ſuo peccatum ſuſtulit , mortemque devicit , hunc ego eſſe verum Deum adfirma . At illi comprehenſum Senem cum duobus ejuſdem Diſcipulis ſupplicio adfecerunt . Tum duos quidem Diſcipulos capite obtruncarunt : Senem vero quandiu venationi operam dedere , ſaeviſſime torſerunt ; die autem quinta decima in medio conlocatum , ſagittas in eum vibrarunt unus ante , a tergo alter . At ille : Quandoquidem , inquit , vos uno conſenſu innoxium effunditis ſanguinem , cras hac ipſa hora vos mutuis confoſſuri jaculis , concidetis . Verum illi ejus monitum nihili pendentes , ab emittendis in ipſum ſagittis non deſtitere , donec occubuiſſet . Poſtero autem die venatum de more profecti , cervumque inſequuti , in eum jacula diſplodere , quibus in ſemetipſos divinitus retorſis , ſua invicem pectora perfoderunt , & juxta praedictionem Senis animam evomuerunt . Plura autem miracula , opitulante Deo , iſte Pater perpetravit , ex quibus hoc quidem memoratu dignum . Pertranſeunti S. Milio per quemdam locum occurrit Monachus ab incolis , velut homicidii reus , detentus . Sanctus vero accipiens calumniam Monacho impactam , oravit , & interfecto homini vitam reſtituit . Is vero interrogatus , repoſuit : Presbytero adſervandam dedi pecuniam , qui , ea accepta , continuo me jugulavit , illucque exanimem projecit . Subinde Sanctum rogavit , ut a Presbytero pecuniam recuperaret , ſuiſque traderet liberis . Cui Sanctus : Requieſce in pace , donec advenerit Chriſtus Dominus , teque excitaverit .* Hactenus Synaxarium Coptitarum .

In Vitis PP. — Eadem ferme narrat de Abbate Milide , ſeu Mileſio Incertus Author apud Roſweidum in Vitis Patrum pag. 585 , & apud Cotelerium in Apophtegmatibus PP. tom 1. Monument. Eccleſ. Graec. pag. 565. Nec dubium eſt , illum de noſtro Mile loqui , quum idem ferme utrobique & vitae , & mortis genus occurrat . Porro quae heic de S. Mile minus adcurate proferuntur , quis jam non advertit , ea a Graecis , Coptitiſque recentioribus eſſe conficta ? Primo etenim nequaquam cum genuinis hiſce Actis , & Menologio Baſilii Imperatoris concinunt Menaea , quum Sanctum Milem ad Eccleſiam ſuam inſtaurandam , revertentem exhibent . Ea quippe , juxta illius praedictionem , *cum urbe diruta , atque in arvum redacta , ad hoc uſque tempus aratro ſubigitur , ac ſeritur* . Secundo . Qui ex Synaxario Epiſcopus deſignatur , ſi integrum vitae tempus in montibus , ac ſpeluncis

Synaxaria Graecorum , Coptitarumque emendantur .

tran-

tranſegit? Tertio, in priori Coptica Commemoratione dicitur capite plexus, in altera vero jaculis confixus. Verum & Actorum noſtrorum cum adulteratis hiſce Graecorum, Coptitarumque narratiunculis, quam quiſque facile inire poteſt, conlatio, necnon Adnotationes noſtrae mox adjiciendae, reliquum diſcriminis plane declarabunt.

Inter Scriptores Syros Sanctum Milem merito conlocat Aſſemanus Bibl. Orient. tom. 3. par. 1. ex iis, ſcilicet, quae Ebedieſus Metropolita Sobenſis in Catalogo tradit: **S. Milis Scripta.**

ܡܝܠܣ ܐܦ ܗܘ ܣܡ ܐܓܪ̈ܬܐ ܡܫܚܠ̈ܦܬܐ ܘܡܐܡܪ̈ܐ ܣܓܝ̈ܐܐ .

Miles etiam compoſuit in varia argumenta Epiſtolas, & Sermones: de quibus tamen nihil dicere poſſumus, quum necdum ad manus noſtras pervenerint.

Sanctum Milem Synodo Hieroſolymitanae anno Chriſti 335. habitae, in qua Templum S. Sepulcri dedicatum eſt, interfuiſſe, ſcribit Eminentiſſimus Annalium Eccleſiaſticorum Parens; idque recte quidem colligit ex illis Euſebii Caeſarienſis de eodem Concilio verbis, lib 4. de vita Conſtantini cap. 43. *Aderat etiam Epiſcoporum Perſidis ornamentum, Vir Sanctus, & in Divinis Scripturis apprime eruditus*: *Milles hic nominatus erat*, ſubdit Baronius ad annum 335. *qui, ut auctor eſt Sozomenus, ad inviſenda Loca Sancta Hieroſolymam ſe contulit: hic autem poſtea in perſecutione adverſus Chriſtianos excitata Martyr occubuit*. Baronii ſententiam, cui minime adverſantur Acta noſtra, Hieroſolymitanum iter a S. Mile ſuſceptum confirmantia, ſequuti ſunt ceteri, qui ejus Concilii apud Labb. tom. 2. pag. 464. meminerunt. Attamen Clariſſimus Bibliothecae Orientalis Author, tom. 3. part. 2. pag. 53. ea Euſebii verba: *Epiſcoporum Perſidis ornamentum, Vir Sanctus, & in Divinis Scripturis apprime eruditus*: de Sancto Jacobo Niſibeno, quem & laudatae Synodo, Hieroſolymis ſub Conſtantino Magno celebratae, uno anno, anteaquam Conſtantinopolim evocatus, precibus ſuis, teſte Theodoreto Hiſt. Relig. cap. 1. cum Alexandro, ejuſdem Urbis Epiſcopo, conjunctis, impii Arii interitum a Deo impetraret, praeſentem adfuiſſe, ultro fatemur; non vero de Sancto Mile Epiſcopo intelligenda eſſe, prolixa contendit oratione; & quidem ſuo cohaerenter ſyſtemati. Nam ſi Saporis Regis Perſequutio anno Chriſti 330. ut ipſe autumat, mota fuiſſet, dubio procul Sanctus Miles coactae anno 335. Hieroſolymitanae Synodo non interfuit, qui ex genuinis Actis altero graſſantis Perſequutionis anno Martyrium perpeſſus eſt. Verum, pace tanti viri dixerim, adlucinatur doctiſſimus Author. Qui etenim Elogium Euſebianum: *Aderat Epiſcoporum Perſidis ornamentum, &c.* Sanctum deſignaret Jacobum, qui non in Perſide, ſed in orbe Romano, Niſibis, ſcilicet, Civitatis Epiſcopus erat? Vel igitur invertenda Euſebiani textus nativa vis, & ſignificatio; vel aliquis ex Perſide Epiſcopus agnoſcendus, ſanctitate, & doctrina inſignis: at non alius is fuit, quam Sanctus Miles, qui ex omnibus Scriptoribus eo ferme tempore Hieroſolymam ſe contulit. Subleſtae ergo clariſſimi Authoris conjecturae, ut cetera omittam, hoc uno concidunt munimine.

Synodo Hieroſolymitanae interfuit.

Ejus Elogium ex Euſebio Caeſarienſi.

Annus autem quo Miles cum Diſcipulis Abroſimo, & Sina Martyr occubuit, adſignatur a Martyrologio Romano Sancti Simeonis Bar-ſaboë necem ſubſequens, quem Aſſemanus ad annum Chriſti 330. revocat, Baronius vero ad 344., & Bollandus ad 350. differunt. At compertum eſt, Martyrium S Milis, & Diſcipulorum anno Saporis Regis 32. Perſequutionis 2. ad quem & refertur S. Simeonis obitus, contigiſſe. *Sub initium*, tradunt Acta, *Perſequutionis noſtrae*. Annum autem Saporis 32. in 341. Chriſti annum competere, abunde oſtendunt noſtrae in Acta Plurimorum Martyrum, & S. Tharbae Admonitiones, nec non Generalis hujuſce Operis Praefatio. Id itaque intervalli inter Simeonis & Milis caedem intercedit, quod ille menſe Aprili, hic vero Luna tertiadecima Novembris, quae in ſolarem ejuſdem menſis diem eo anno incidit, Martyrii lauream adeptus eſt.

SS. Milis, & Sociorum Martyrii tempus.

MARTYRIUM

SS. MILIS, *Suſae Epiſcopi*, ABROSIMI *Presbyteri*, *Et* SINAE *Diaconi*.

Anno Saporis II. Perſarũ Regis 32. Perſequutionis 2. Chriſti 341.

Scriptoris Prologus.

QUAMQUAM nihil mihi moleſtius adcidere poſſit, quam de iis, qui virtute plurimum praeſtant, eximie omnia non dicere, nihilque magis aegre feram, quam pari me eos oratione proſequi non poſſe, qui praeclariſſimis ſuis geſtis ſummas ſibi laudes promeriti ſunt, & me licet plane imparem dicendo, ac verborum copia deſtitutum ſentiam; dicere tamen conſtitui, atque ea, qua poſſum, eloquentia orationem meam explicare decrevi. Adeo me ad dicendum provocant patrata a praeſtantiſſimis, fortiſſimiſque Viris prodigia: adeo me capit vera, minimeque fucata oris venuſtas, & gratia: adeo me exſtimulant nobiliſſimi, honeſtiſſimique ab illis ſuſcepti, confectique labores. Dum enim eorum cogito ſinceram in Deum caritatem, amorem minime otioſum, victricem fidem, invictamque patientiam, dum video atrociſſimam necem, horrenda ſupplicia, ac effuſi ſanguinis veſtigia; inde mihi extemplo ſuboritur ſpes, fore ut a ſuaviſſima eorum recordatione omnis poſthac meorum ſcelerum memoria perpetua oblivione deleatur. Ipſi denique, quos Divina virtus roboravit, & ad fortiter agendum natura munivit, invictiſſimi Athletae, mentem ipſi meam incendunt, compelluntque, & animum meum ad ſua praeclare geſta celebranda adliciunt, ac prope rapiunt: ipſi, quo

[illegible]

quo ſuos triumphos apta oratione recenſeam, dicendi copiam mihi ſufficiunt: ipſi ſuadent, atque pro poteſtate imperant, ut emenſum ab ipſis virtutis ſtadium commonſtrem, quibuſve perfuncti fuere, labores perſequar pro dignitate. Sentio itaque Divinitus inditum menti Caeleſtis eloquentiae fontem, nec talem, cujus fluenta oris mei anguſtiae capere valeant. Haeret idcirco anceps, trepiduſque calamus, quum ea, quae dictantur, infra rerum ab iis geſtarum magnitudinem jacere, & velut humi repere videantur. Ipſae, quibus utor, membranae ſuo mihi ſilentio ſubmurmurant, humilem ſtylum eximio huic argumento non eſſe utique parem.

Attamen lecturis, atque audituris hanc hiſtoriam certum eſto, etſi nobis dicendi facultas argumento par defuerit, nos tamen veritati numquam defuiſſe; ſed honorificentiſſima eorum in ſubeundo Martyrio Acta, quae hujuſmodi rerum ſtudioſis hominibus faciant ſatis, ingenue, integreque protuliſſe. Martyrum quippe mortes oppetitam a Chriſto per acerbiſſimos, & humanum captum ſuperantes cruciatus mortem referunt, eamque cognatione quadam adtingunt. Illuc, nimirum, fortes Athletae ſupplicem, ac inſtantis mortis acerbitate commotam mentem, quaſi arcum, erigunt, & velut ad ſignum conlimantes, ſuos illuc cruciatus, quaſi ſagittam, dirigunt. Neque enim inanem, futilemque ſibi hominum laudem conſequuturi, ſed veram ipſi; quem ſibi veluti exemplar vitae ſuae propoſuerunt, a quo omnis in ſe virtus derivatur, & ex quo ſpem ſuam omnem hauriunt, ſalutis authori Chriſto gloriam quaeſituri, acerbis adeo laboribus objiciunt ſeſe, atque ſuppliciis. Illo namque telo, quod ipſe contorſit, eorum militum manus roboravit, quos militiae ſuae diſcipli- Chriſtus ſalutis author.

 nam,

nam, & mores ſuſcepturos praenovit. Chriſtum ſiquidem ſuus amor, & voluntas in Crueem ſuſtulit: ſuus itidem amor, ae libera voluntas Martyrem adfixit Cruci.

Chriſtum in Crucem ſuſtulit ſuus amor & voluntas.

At enim illo in ſtadio ſicut victoriam, & eoronam invenit quicumque ad pietatis regulam vitam ſuam inſtituit, & Divinis chariſmatibus, aç Caeleſtibus donis cumulatur qui diſciplinam libenter ſuſcipit, ejuſque praeceptis mores conformat; ita & in hoe ipſo ſtadio dedecus, ac infamia eos excipiunt, qui puerili levitate per inertiam, atque ſegnitiem a ſcopo aberrant, atque aerumna, & pauperies fatuis ſunt repoſitae, qui monentem ſuperbe contemſerunt. Interea in hac ipſa arena expeditam, atque inſtructam dolorum aciem, & velut omnium ducem, & caput, ipſam Crucem eontemplare: intuere ſtillantem ex ea, ſimulque clamantem magni Martyris, ac Martyrum Regis ſanguinem. Ibi peccanti praeparatur venia, & vita de morte. Ibi reus ſanguinem ſuum, culpa eorruptum, Jeſu Chriſti cruore innovatum excipit. Ibi Juſtus, dum mortem ſuam Chriſti nece nobilitat, laborum ſuorum mercedem praeſtolatur. Oppido quam multi ſuum in hoc agone profudere ſanguinem, dum Redemtoris ſui eruore aſperſum patibulum ſpectant, dumque Domini ſui mortem geſtiunt imitari! Non enim mors hujuſmodi eos a Chriſti amplexibus ſeparabat; mortis quippe eommunicata cum Chriſto damna communis eum ipſo vitae conſortium, velut propriam mercedem, repoſeebant.

O inclytas Animas, quae veſtram in Jeſum Chriſtum caritatem veſtro ſanxiſtis ſanguine! Proh quantum ille, quandoquidem jam revixit, vos quoque ad vitam evocari deſiderat! O fortes Athletae, qui Crucis amorem morte comprobaſtis, quanto cum triumpho

ܠܗܘܢ ܡܠܟܐ ܕܫܡܝܐ ܘܡܩܒܠ ܠܗܘܢ
ܘܚܕܐ ܐܝܟ ܕܚܕܝܐ ܐܢܘܢ : ܠܐ ܕܢܫܬܘܫܛܘܢ
ܕܢܦܩܢ ܠܗܠܝܢ ܕܝܗܒ ܠܗܘܢ ܐܝܟ
ܡܠܟܐ ܫܡܝܢܐ : ܐܬܦܪܥܬܘܢ ܡܢܗ
ܒܫܘܘܕܝܐ ܕܡܫܘܕܥ ܠܗܘܢ : ܕܟܠ ܕܢܘܕܐ
ܒܝ ܩܕܡ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܐܦ ܐܢܐ ܐܘܕܐ
ܒܗ ܩܕܡ ܐܒܝ ܕܒܫܡܝܐ ܘܩܕܡ
ܡܠܐܟܘܗܝ ܩܕܝܫܐ :
ܗܘܐ ܕܝܢ ܡܪܝ ܡܝܠܣ ܡܢ ܒܝܬ ܪܙܝܩܝܐ
ܘܥܠ ܠܦܠܛܝܢ ܕܡܠܟܐ ܥܕܡܐ ܕܐܫܬܘܝ
ܠܡܐܢܐ ܓܒܝܐ ܗܢܐ ܕܢܦܠ ܒܣܝܢܐ
ܘܐܝܟ ܚܕ ܡܢ ܡܠܐܟܐ ܫܡܝܢܐ
ܐܬܩܒܠ ܒܦܠܚܘܬܐ ܕܡܠܟܐ ܫܡܝܢܐ
ܘܐܬܥܡܕ ܘܐܬܚܦܛ ܒܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ
ܕܢܛܪ ܦܓܪܗ ܕܠܐ ܛܘܠܫܐ : ܘܐܦ
ܒܨܘܡܐ ܘܒܫܗܪܐ ܘܒܬܫܡܫܬܐ
ܗܘܐ ܥܒܕ : ܘܒܚܟܡܬܐ ܪܘܚܢܝܬܐ
ܡܬܚܪܛ ܗܘܐ ܒܟܠ ܝܘܡ : ܘܟܕ
ܟܠܗ ܥܘܡܪܗ ܒܛܘܒܐ ܫܠܡ
ܠܗ ܒܚܝܐ ܕܡܫܝܚܐ ܘܒܡܫܝܚܘܬܐ
ܒܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܡܠܐ ܗܘܐ ܘܪܬܚ
ܒܪܘܚܗ ܘܡܫܠܡ ܗܘܐ ܠܡܟܢܫ
ܘܠܡܪܢܝܘ ܠܥܕܬܐ :
ܘܫܢܝ ܡܢ ܟܪܟܐ ܕܡܠܟܘܬܐ
ܠܟܪܟܐ ܕܝܠܐܡ ܕܩܪܝܒ ܠܫܘܫܢ
ܘܟܕ ܗܘܐ ܬܡܢ ܒܡܠܠܐ ܕܒܝܬܐ
ܘܒܟܢܘܫܝܐ ܕܥܕܬܐ ܗܘܐ ܡܬܚܦܛ
ܗܘ ܕܢܬܠ ܠܗܘܢ ܡܪܕܘܬܐ ܕܠܐ
ܡܫܬܥܝܢܐ : ܘܡܐ ܕܗܘܐ

pho vos illa, in regnum ſuum tranſlatos, excipiet, quantamque de veſtra ſalute, atque felicitate laetitiam percipiet! Quae, ſcilicet, vobis Chriſtus dedit, rependiſtis ei, ut ipſe rurſus ex illa ſua vos prouiſſione recrearet: *Qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in Caelis eſt, & coram Angelis ejus.* Matth. 10. 32.

S. Milis Patria.

Ceterum Electionis Beati Milis ratio haec plane fuit. Natus eſt S. Miles in Regione [1] Razichitarum. Adoleſcens Regis Aulam iniit, donec, adſpirante Dei gratia, qui hoc vas admirabile in coeno jacere cum hominum foece non eſt paſſus, velut Angelorum aliquis, aut e Caeleſtibus civibus unus, ad Caeleſtis Regis militiam ſeſe contulit. Sacro itaque fonte expiatus, inſtinctu, adflatuque Divini Spiritus, ut nullam a corpore contagionem contraheret, ſeque integrum, caſtumque ſervaret, & carnem quidem crebris jejuniis, vigiliiſque in officio contineret, ſpiritum vero Caeleſti ſapientia imbueret, Chriſti veſtigiis ſibi adcurate inſiſtendum eſſe didicit.

1 Adoleſcens Regis Aulam Init.

Mox Chriſtianae militiae adſcribitur.

Quum igitur hunc vitae curſum Beatus Miles emetiretur, Dei providentia factum eſt, ut maximarum rerum gerendarum menti ſuae occurreret, atque pateſieret via. Quum enim Divino Spiritu plenus arderet, nec interioris incendii, oſſium medullas pervadentis, aeſtus continere animo poſſet, a loco, in quo fuerat eruditus, ſecedere, atque Deo, ad procurandam proximorum ſalutem vocanti, reſpondere decrevit. Ea re deliberata, ex Urbe [2] Lapeta commigravit [3] Ilam, cui proximum eſt Caſtrum [4] Suſan. Quo quidem in loco cum privatis ſermonibus, tum etiam publicis concionibus Civium animos ad virtutem conformare, atque a vitiis deducere ſtuduit. Hoc tamen in negocio incredibile, quantos ſubjerit labores, quantaſque

Ex Urbe Lapeta Ilam commigrat.

2

3 Urbi Ilam proximū Caſtrum Suſan.

4

A Gadiabe Lapetae Antiſtite, poſtea Martyre, Suſae Epiſcopus ordinatur.

taſque devoraverit aerumnas. Interea quod Eccleſiae maxime intereſſe cognoſcebat, ad Epiſcopalem Dignitatem gradatim [5] ſe promoveri paſſus eſt

5

6

per impoſitionem manus a Gadiabe [6] Lapetae Urbis Antiſtite, qui poſtea Martyrii coronam adeptus eſt. Exacto

A Civibus Suſanis immaniſſime habitus.

itaque per ingentes labores, ſummaque incommoda triennio, inde non modo nullum pro voto ſuo, Deique gloria fructum conſequutus eſt, quin imo ſaepeſaepius per vias & compita ab impiis Civibus raptatus, extra Urbem ſemianimis projectus eſt: inſuper quotidie verberatus, & immaniſſime habitus. Quam injuriarum atrocitatem etſi Vir ſanctiſſimus forti animo, obfirmatoque perferret, nihilominus quum homines inſano Idolorum cultui, ac Magorum ſuperſtitionibus impenſius addictos eſſe cerneret, quam ut ad ſaniora conſilia eos traduci poſſe confideret, loca haec deſerere, atque

Alio migrat, Suſae Divinã ultioñé praenuncians.

alio migrare conſtituit. Ferunt B. Antiſtitem ab Urbe [7] diſcedentem eidem Divinam ultionem denunciaſſe in haec

7

verba: Quandoquidem, Urbium infeliciſſima, reparandae fortunae tuae, atque ad ſummam amplitudinem perducendae occaſionem, ſingulari Dei beneficio, tibi oblatam, per extremam vecordiam abjeciſti; ecce in te propediem inopinatus ab immani hoſte interitus miſerrime irruet, ac ſuprema clades, quam & ſublimium aedificiorum tuorum ruina, & ſuperborum Civium ad incertas ſedes fuga cumulabit.

Quae tribus ab ipſius diſceſſu menſibus in Urbem, ac Cives irruit.

Vix tribus, ex quo ipſe diſceſſerat, elapſis menſibus, Rex nobilium Ilamitarum quadam conſpiratione Regiam Majeſtatem graviſſime laeſam arbitratus, validam illuc militum manum cum trecentis Elephantis miſit, a quibus dirutae aedes, caeſi incolae, & univerſa Civitas vaſtata eſt: ſubinde vero in arvum redacta, ad hoc uſque tem-

ܣܘܦ ܟܕ ܒܦܕܢܐ ܢܦܠܚܐ ܕܡܙܪܥܐ
ܗܘܐ ܣܘܥܪܗ ܕܝܢ ܕܩܕܝܫܐ ܡܐܪܗ ܗܘܐ .
ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܡܢ ܐܢܫ : ܘܥܒܪ ܕܢܦܘܩ
ܠܗ ܠܐܘܪܫܠܡ ܐܝܟ ܚܕܐ : ܘܡܬܡܢ ܕܐܙܠ
ܢܥܡܪ ܗܘܐ : ܘܡܛܠ ܕܢܚܙܐ ܠܐܡܘܢܝܣ
ܒܝܬ ܣܝܢܝ ܠܐ ܐܬܚܙܝ ܘܐܬܚܙܝܬ ܠܐ
ܐܠܐ ܒܫܢܬܐ ܐܝܟ ܠܗܝܢ ܘܐܬܚܙܝ
ܠܗ : ܘܗܘܐ ܡܢܫܐ ܕܡܠܟܘܬܗ
ܕܐܬܥܡܪܬ ܠܡܕܝܢܬܐ ܕܡܪܬܗ ܐܝܟ ܕܒܟܐ
ܠܝ ܠܟܪܐ ܘܫܒܩ ܐܝܟ ܠܟܐ : ܐܢܐ
ܠܒܪ ܗܘܐ ܒܗܝܟܠܐ ܕܡܪܝܐ ܫܠܝܚܐ
ܡܢ ܫܡܥ ܠܫܡܥ ܐܝܟ ܕܠܐܬܕܟܪ ܒܗܬܐ :
ܘܕܫܟܢܬܗ ܐܬܪܝܬ ܗܘܐ ܗܘ ܒܠܗ .
ܘܩܡ ܡܢ ܫܡܗ ܒܕܘܟܐ ܠܓܘܪܗ :
ܐܡܪ ܕܝܢ ܠܡܠܟܐ ܐܝܟ ܗܘ ܕܐܡܝܢܬ
ܒܗܘܐ ܡܫܡܠܝܐ ܢܗܪ ܗܘܐ . ܘܐܦ ܠܝ
ܕܠܐ ܐܝܬ ܠܝ ܒܗ ܘܡܫܟܚ ܠܐ ܐܬܕܢܝ :
ܡܠܟܐ ܕܝܢ ܠܓܘܪܐ ܒܓܠܗ ܦܠܚ
ܘܐܡܪ ܠܗ ܕܒܝܫ ܐܠܗܐ ܒܓܢܣ ܕܝܠܗ
ܒܠܓܒܘܬܐ ܗܘ ܒܗ ܒܢܝ ܐܢܫܐ
ܠܫܡܐ ܐܝܬ ܡܬܠܥܒܐ ܒܥܠܬܐ ܦܘܫܝܢ
ܬܘܒܗ ܘܡܟܬܘ ܒܫܒ ܒܘܡܪܐ ܗܘܐ
ܬܘܒܗ .

ܘܡܚܝ ܥܕܡܐ ܠܣܐܘ ܗܘ ܡܢ
ܪܝܫܗ ܠܓܘܪܬܐ ܐܣܪܬܐ : ܗܘ ܕܝܢ
ܠܓܘܪܐ ܕܒܪ ܗܘܐ ܘܠܒܐ ܠܐܝܒܝܢ
ܡܢܝܚܐ ܘܥܡܗ ܕܒ ܒܒܪܐ ܡܬܒܥܐ
ܡܢ ܐܬܪܐ ܢܗܘܐ ܠܦܘܩܕܢܐ : ܡܛܠ
ܣܢܝܐ ܗܘܐ ܠܐܠܗܐ ܕܒܕ ܗܘܐ ܘܡܫܬܪܐ
ܘܚܘܝܘ ܥܕܡܐ ܗܘܐ ܘܗܘܒܪܐ : ܗܘܐ
ܪܡܢ ܡܠܟ ܕܒܝܐ : ܘܝܗܒ ܗܘܐ ܠܗ
ܠܚܒܪܐ : ܘܡܢ ܪܡܢ ܥܒܕ
ܠܗ ܕܠܐ ܕܢܫܒܘܩ ܕܠܐ ܒܒܝܬܗ ܐܚܪ
ܕܠܢܦܫܬܐ

tempus aratro ſubigitur, ac ſeritur.

Interim S. Miles nihil aliud praeter Sacrum Evangeliorum Codicem ſecum deferens, Hieroſolymam profectus eſt. Inde Alexandriam perrexit, Ammonium, ⁸ Antonii, Lugentium ⁹ Ducis, Diſcipulum, inviſurus. Biennium ibi commoratus eſt, ut Monachos, eorumque Coenobia in deſertis poſita viſitaret. In patriam demum poſtliminio revertitur: ibique apud Monachum quemdam, qui vitam in ſpelunca ducebat, conſedit. Quum vero aliquando matutinas Preces ambo peragerent, repente adparuit immanis Draco, quem Noſephum vocant, foeda, ac terrifica ſpecie, abnormique magnitudine. Duos enim ſupra triginta cubitos excedebat: jamque in ſpeluncam ex more, utpote qui illic cubaret, ſeſe inferebat. Expavit ad adſpectum monſtri B. Miles. At mox, converſo in indignationem metu, manum minantis in modum in adverſum anguem intendens, contentiſſima intonuit voce: O deteſtandum, & homini inimicum monſtrum! Hoccine tu audeas, nobis praeſentibus? Tune nos ſub dio agere cogas, ut tu interim tute habites? Quin modo te Domini gladius a ſummo ad imum diſcindat, ut omnes caſum mirentur! Extemplo tumefactus ſerpens, a ſummo capite ad caudam uſque diſciſſus, diſruptuſque, interiit. Quum autem Monachus obſiſteret, beſtiam cicurem fuiſſe, & innoxiam, utpote quae ab aliquo tempore una ſecum habitaſſet, a B. Mile reprehenſus eſt, ajente. Id ſibi neutiquam probari, quandoquidem ex Dei ſententia indictum fuerat homini adverſus ſerpentem perpetuum bellum. Nefas eſſe proinde proſcripto per Dei judicium inimico ſe credere, & communes cum ipſo habere lares. Fuitque author Monacho, ut aliam ſibi ſedem deligeret.

At

Hieroſolymā, inde Alexandriam proficiſcitur, Ammonium Antonii Diſcipulū inviſurus.
8
9

In Patriam redux, apud Monachū in ſpelunca cōſidet.

Immanem Draconē Divinitus interimit.

Inde Niſibin venit, ibique apud S. Jacobum aliquandiu commoratus.

At B. Miles Monacho vale dicens, Niſibin [10] in Urbem venit, reperitque Sanctum [11] Jacobum in conſtruenda Eccleſia occupatum: cujus
10 egregium, ac ingentem animum, ſu-
11 ſceptique aedificii amplitudinem, & majeſtatem demiratus, ibidem aliquandiu commoratus eſt. Quum vero in
12 Hadiab [12] deſcendiſſet, non mediocre S. Jacobo fili ſerici pondus, quo ſuae domus ſumtum levaret, dono tranſmiſit.

13 Paullo poſt ad Aramaeos [13] profectus, Seleuciae, & Cteſiphontis Eccleſiam teterrimo ſchiſmate vexatam comperit. Luctuoſae adeo diſcordiae potiſſima cauſſa ferebatur Papas, [14] Aghaei filius, ejuſdem Eccleſiae Epiſcopus; homo intemperanti omnino
14 inſolentia, atque adrogantia plane ſingulari, adeo ut Antiſtites, qui ex diverſis locis ejus cauſſam cognituri ad Synodum [15] convenerant, ſuperbe,
15 crudeliterque aſpernaretur; Presbyteros vero, & Eccleſiae ſuae Diaco-
16 nos immaniſſime [16] exagitaret. Miles hominem Deo exoſum, & Civibus ſuis infeſtum hac reprehenſione in publico invadit loco: Ecquod te, inquit, fratrum tuorum crimen impulit, ut talia adverſus eos audeas, membra tua ſuperbe deſpiciens, eademque ſine cauſſa, ac praecipiti plane odio exagitans; quaſi vero Deum quum cogitas, tete fabulari arbitrere? Annon ſcriptum eſt:
Matth. 20. 27. *Qui fuerit Princeps inter vos, ſit veſter ſervus*? Cui Papas: Tu me, ait, iſta doceas, inſulſiſſimum caput, quaſi vero non illa ego norim? Tum vero Miles ex pera in medium tulit ſanctum Evangeliorum Codicem, ipſumque pulvinari ſuperpoſuit, mox in Papam intuens: Si te, inquit, piget iſta a me, qui mortalis ſum, diſcere, agedum ab Evangelio Domini, quod prae oculis habes, judicium praeſtolari ne pudeat; quandoquidem internus mentis tuae

Ad Aramaeos profectus, Seleuciae, & Cteſiphontis Eccleſiam ſchiſmate vexatam comperit, ejuſque authorem Papam redarguit.

ܕܠܝܩܘܡܬܐ ܕܒܝܬܐ.
ܘܢܦܩ ܗܘܐ ܠܗ ܠܢܨܝܒܝܢ ܡܕܝܢܬܐ:
ܘܐܫܟܚܗ ܠܩܕܝܫܐ ܗܘܐ ܒܒܢܝܢܐ ܕܥܕܬܐ
ܕܐܬܡܢܐ ܕܗܠܝܢ ܘܕܡܬܚܫܒܢ
ܕܡܬܚܙܐ ܗܘܐ ܠܟܠ ܒܪ ܐܢܫ:
ܘܐܬܕܡܪ ܒܗ ܗܘܐ ܠܗ ܐܠܡܘܢܐ
ܕܐܬܘܬܐ ܕܐܝܬܝ ܗܘܐ ܠܗ ܐܝܟ
ܕܠܒܝܬܗ: ܘܡܫܬܡܠܝܐ ܗܘܐ ܬܡܢ ܠܗ
ܡܫܝܢܐ ܘܡܫܝܢܐ ܕܡܫܒܚܬܗ:
ܘܒܬܪ ܩܠܝܠ ܕܐܙܠ ܕܠܒܝܬ ܐܪܡܝܐ
ܘܐܫܟܚܗ ܕܡܢ ܐܢܫܐ ܒܚܕ ܡܕܝܢܬܐ
ܘܐܡܪ ܠܗ: ܕܡܠܟܘܬܐ ܫܡܝܐ ܐܝܬ
ܘܡܬܬܪܥܐ ܠܐ ܐܢܫ ܘܡܫܡܫܢܐ:
ܘܡܢܗ ܐܝܬ ܒܗܘܢ ܡܪܝܐ
ܘܡܫܡܫܢܐ ܐܝܟ ܐܢܫܐ ܕܠܐ ܐܠܗܐ:
ܠܐ ܗܘܐ ܗܘܝܐ ܒܗܢܐ: ܕܡܢ ܕܗܘܐ
ܠܗܘܢ ܕܫܐ ܢܗܘܐ ܠܗܘܢ ܥܒܕܐ:
ܐܡܪ ܠܗ ܦܦܐ: ܐܢܬ ܡܠܦ ܐܢܬ ܠܝ
ܗܠܝܢ ܐܘ ܣܟܠܐ: ܠܐ ܗܘܐ ܝܕܥ ܐܢܐ
ܐܢܐ ܗܠܝܢ ܐܢܐ ܠܗܘܢ: ܘܡܢܫܬܡܥܗ
ܡܠܐ ܘܣܡܗ ܠܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܒܬܪܡܠܘܗ
ܠܐ ܒܡܠܬܐ ܣܓܝܐܐ ܘܐܡܪ ܠܗ: ܕܐܢ
ܡܢܐ ܕܝܠܟ ܐܝܟ ܕܡܢ ܒܪܢܫܐ ܠܐ ܡܬܚܙܐ
ܠܡܠܦ: ܐܬܕܪܫ ܡܕܝܢ ܡܢ ܐܘܢܓܠܝܘܢ
ܕܡܪܢ ܗܘܝܐ ܕܩܕܡ ܥܝܢܝܟ ܒܟܬܒܐ
ܐܢܬ ܗܘ ܡܬܠܡܕܐ ܫܘܐ ܒܡܩܕܫܘܗ
ܒܫܢܐ ܕܟܫܐ ܕܐܬܚܙܝܬ: ܗܘ ܕܝܢ
ܦܦܐ ܒܫܡܥܗ ܒܥܠܬܐ ܐܚܕ ܐܝܕܗ
ܒܪܘܓܙܗ ܘܐܪܡܝ ܠܟܠܗ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ
ܘܐܡܪ: ܕܡܠܠ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܡܠܠ.
ܐܬܕܚܠ ܕܝܢ ܡܪ ܡܝܠܣ ܘܢܦܩ ܥܒܕܗ
ܠܐܘܢܓܠܝܘܢ ܘܢܫܩܗ ܘܣܡܗ ܥܠ ܥܝܢܘܗ
ܘܡܠܠ ܢܦܩ ܐܡܪ ܠܥܡܐ ܕܟܠܗ
ܥܕܬܐ

ܒܥܝܢܐ ܗܘ : ܕܒܥܠ ܕܐܡܕܢܫܐ ܒܦܘܩܕܢܘܗܝ
ܠܐ ܡܠܟܘܗܝ ܫܠܝܬܐ ܕܡܚܝ ܗܘܐ ܡܚܝܠ
ܡܠܬܗ ܘܡܚܝܪ ܠܐ ܦܠܚ ܘܒܥܝܢܘ :
ܘܐܬܗ ܕܝܠܗ ܘܡܘܕܝܢܐ ܠܐܘܢܓܠܝܢ :
ܘܠܐ ܐܬܚܙܝ ܡܢ ܚܕܐ ܠܐ ܐܬܦܢܝ ܠܐܠܐ
ܘܠܐܡܕܡܕܢܐ : ܘܕܥܒܕܗ ܢܣܒ
ܕܡܫܝܚܐ ܚܕܐ ܡܢ ܥܡܐ ܘܡܚܝܘܗܝ
ܡܢ ܥܢܘ ܠܦܠܓܗ : ܘܡܬܠ ܗܘܐ ܠܗ
ܚܕ ܦܠܓܗ ܕܦܓܪܗ ܕܠܐ ܡܬܚܠܠ
ܥܠܝܗ ܥܠܡܐ ܕܬܗܪܐ : ܘܡܢ ܗܘ ܐܦ ܗܠܝܢ
ܡܢܗ ܗܘܐ ܕܝܠܗ ܘܐܘܚܕܢܐ ܒܟܠܗ
ܒܥܝܢܐ ܗܘ .

ܘܡܢ ܕܒܪܝܢ ܐܦ ܗܘ ܗܘܐ ܠܗ ܠܐܬܪܐ
ܕܡܝܫܢ ܠܘܬ ܚܕ ܕܝܪܐ ܡܢܐ ܚܘܝܫܐ
ܕܒܡܕܒܪܐ ܗܘܐ ܒܡܕܒܪܐ ܘܟܕ ܝܕܥ
ܡܪܢ ܕܐܬܪܐ ܗܘ ܒܟܪܝܗ ܗܘܐ
ܒܟܘܪܗܢܐ ܥܫܝܢܐ ܫܢܝܢ ܬܪܬܝܢ
ܘܫܕܪ ܗܘܐ ܠܗ ܕܐܬܐ ܡܠܝܠ
ܠܘܬܗ : ܡܥܒܕ ܡܪܢ ܡܢܗ
ܐܝܟ ܕܢܬܐ ܠܘܬܗ : ܦܢܝ ܐܡܪ ܠܗܘ
ܕܐܡܪ ܠܗ : ܕܬܐ ܘܡܠܐ ܕܡܪܐ ܐܝܬ
ܐܡܪ ܒܩܠܐ ܪܡܐ : ܕܐܡܪ ܡܝܠܣ
ܕܒܫܡܗ ܕܝܫܘܥ ܢܨܪܝܐ ܐܬܐܣܝ
ܘܩܘܡ ܗܠܟ : ܘܩܕܡ ܐܬܒܪܝܬܐ ܦܬܓܡܐ
ܘܚܙܐ ܡܥܡܪܢܘܬܐ : ܘܐܬܐܣܝ ܗܘ
ܓܒܪܐ ܗܘ ܐܬܐ ܠܘܬܗ : ܘܡܫܒܚ
ܗܘܐ ܠܐܠܗܐ ܗܘ ܘܥܡܗ ܐܬܪܐ ܗܘ :
ܘܟܢܫܐ ܠܐ ܐܬܬܩܢܘ ܡܠܐܟܘܬܐ
ܐܬܐ .

ܘܐܣܝ ܐܦܢ ܠܚܕ ܥܠܝܡܐ ܚܕ
ܕܒܪ ܕܒܪ ܐܬܪܐ ܚܕܐ ܗܘܐ ܠܗ :
ܘܡܢ ܛܠܝܘܬܗ ܒܪܘܚ ܡܫܬܢܩ ܗܘܐ :
ܘܒܫܡܗ ܕܡܫܝܚܐ ܨܠܝ ܘܐܣܝܗ
ܘܣܓܝܐܢ

tuae oculus ad ejus mandara caecutit. Heic vero Papas Diabolicis actus furiis, & Sacrum Codicem impia manu contundens: Loquere, air, Evangelium, loquere. Ad has voces commotus Beatus Miles, adcurrens Evangelium manibus complexus, oſcularus eſt, oculiſque ſuis admovit. Deinde audiente frequenti populo, alta voce Papam compellans: Quia, inquit, o ſuperbe, talia auſus es adverſus verba vitae Domini Noſtri; ecce adſtirit Angelus ejus, & corporis dimidium tui arefacier ad terrorem multorum; neque tamen inrerim exanimaberis, ſed vira tibi in ſignum, ac portenrum dudum adſervabirur. Eodem momenro Papas e Caelo tactus, dimidia corporis parre obriguir, & ad alrerum larus conlapſus, eo in ſitu per duodecim annos ad mortem uſque incredibili cum dolore jacuit. Quae res ingenri terrore populum univerſum perculir.

Papas Epiſcopus Sacrum Evangeliorũ Codicem impia manu contundens, dimidia corporis ſui parte, juxta praemonitum S. Milis, obrigeſcit.

Subinde B. Miles in regionem [17] Maiſan profectus, apud Monachum quemdam in Eremum divertit. Quod ubi inrellexir ejus loci Dominus, qui graviſſimo per biennium morbo urgebatur, ſervum miſit, qui B. Anriſtitem rogaret, ut ad ſeſe adcedere dignarerur. Cui Vir Sanctus: Revértere, inquir, & Domini cubiculum ingreſſus, haec alra voce proclamaro: Dixir Miles: In Nomine Jeſu Nazareni convaleſce, ſurge, & ambula. Paruit ille, & extemplo aegrorus morbo eſt relevatus, confirmariſque plane viribus, ad Sanctum Antiſtitem adceſſir, arque una cum incolis loci Deo gratias egit, quas potuit maximas. Quo miraculo permoti complures Ethnici, Chriſtianam Religionem ſuſceperunt.

S. Miles Maiſanae regionis Domino valetudinem confert. Unde cõplures Chriſtianam Religionem ſuſcipiunt.

17

Eodem in loco Juvenem quemdam Lunaticum, qui a nefario ſpiritu teneris ab annis exagitabatur, orans, & ipſum in nomine Jeſu obſignans, liberavit. Plura ejuſmodi miracula S.Mi-

Juvenem Lunaticum a nefario ſpiritu exagitatum liberat.

les in ea regione ad amplificandam Dei gloriam patravit.

Nobili Feminae Razichitae membrorum uſum reſtituit.

Non multo poſt in Terras Razichitarum conceſſit, ubi in quodam Caſtello nobilis Femina eidem ſiſtitur, quae per novennium iniquiſſima valetudine conflictata, membrorum fere omnium uſum amiſerat. Haec quum B. Milem inibi adeſſe comperiſſet, ſervorum manibus ad Beati Viri hoſpitium ſeſe deportari curavit. Quam ille intuens, animadvertenſque mulierem aegre ad poſtulandam valetudinem deſcendere, quod morbo nullatenus ſe levari poſſe exiſtimaret, interrogat: Num in unum Deum credere, & ab eo incolumitatem ſperare velit? Cui illa: Etiam, Domine, unum profiteor Deum, & unicum. Tunc B. Miles, quum tantiſper oraſſet, mulieris dexteram adprehendens: In nomine, inquit, Dei, in quem credidiſti, ſurge, & ambula, ac valetudinem, Dei beneficio, tibi in integrum reſtitutam, gratulare. Haec Miles. Atque illa continuo priſtinum in aegrum corpus robur recipere coepit, ac torpentibus antea artubus uti, adeo ut per ſe incedere, domumque ſe referre potuerit. Quod quidem Miraculum communi omnium loci incolarum admiratione, & gaudio exceptum eſt.

Furem perjurum, qui proinde elephantiaſi corripitur, detegit.

Alterum eodem in Caſtello adeidit prodigium mirificentiſſimum. Convenere ad B. Milem duo viri, quorum alter alterum furti cujuſdam reum ſuſpicatus, crimen jurejurando purgari poſtulabat. Quam conditionem quum alter ſuſcepiſſet, a S. Mile monebatur, ut ſibi a perjurio caveret: Cogita, ajebat, fili, ne mendacii teſtem Deum adhibeas, neve fratrem tuum hoc in negocio aliqua fraude circumvenias. At improbus ille, atque impius Beati Viri monita nauci pendens, conceptis verbis pejerare non eſt veritus. Tum vero B. Miles hominem fixis oculis intuens: Atqui ſi tu quidem, ait, fidem tuam pro

ܒܥܡܗܘܢ ܕܦܪܣܝܐ : ܡܫܒܚܐ ܫܡܗ ܕܡܪܢ
ܗܢ ܕܡܐ ܠܐ ܐܦܫܪ ܠܗ : ܘܡܫܬܟܚܬܐ ܕܐܡܪ
ܘܥܒܕ ܐܬܘܬܐ ܕܟܠܗܝܢ ܠܐܬܪܐ ܗܘ ܐܝܟ
ܠܬܫܒܘܚܬܐ ܕܐܠܗܐ .

ܘܡܢ ܒܬܪܟܢ ܐܙܠ ܗܘܐ ܠܗ ܠܐܬܪܗ
ܕܒܝܬ ܪ̈ܙܝܩܝܐ ܟܕ ܗܘܐ ܠܩܣܛܪܐ ܚܕܐ
ܘܐܝܬ ܗܘܐ ܬܡܢ ܐܢܬܬܐ ܚܕܐ ܒܪܬ
ܓܢܣܐ ܗܘܬ ܕܟܠܗܘܢ ܗܕ̈ܡܝܗ
ܡܚܪܒܝܢ ܗܘܘ ܬܫܥ ܫܢܝ̈ܢ . ܘܟܕ ܫܡܥܬ
ܕܐܬܐ ܠܗܘ ܐܬܪܐ ܡܥܠܝܢ ܗܘܘ ܥܒ̈ܕܝܗ
ܘܐܝܬܝܘܗ ܠܘܬܗ ܠܐܟܣܢܝܐ : ܘܟܕ ܚܙܐ
ܠܗ ܗܘ ܡܪܗ ܕܠܐܢܫ ܡܚܝܠ ܕܡܫܐܠ ܚܠܝܡܘܬܐ
ܣܒܪܐ ܡܢܗ : ܫܐܠܗ ܐܡܪ ܠܗ
ܕܡܗܝܡܢܬܝ ܒܚܕ ܐܠܗܐ ܗܘ ܕܢܣܒܝ
ܚܘܠܡܢܐ ܣܒܪܐ ܠܟܝ : ܐܡܪܐ ܠܗ
ܡܗܝܡܢܐ ܐܢܐ ܡܪܝ : ܕܚܕ ܗܘ ܐܠܗܐ
ܠܚܘܕܘܗܝ ܘܠܝܬ ܐܚܪܝܢ : ܗܝܕܝܢ ܨܠܝ ܘܐܚܕ
ܒܐܝܕܗ ܘܐܡܪ ܠܗ : ܒܫܡܗ ܕܐܠܗܐ
ܕܗܝܡܢܬܝ ܒܗ ܩܘܡܝ ܘܗܠܟܝ : ܘܗܘܝ
ܚܠܝܡܐ ܡܢ ܟܘܪܗܢܝܟܝ . ܘܡܚܕܐ ܒܚܝܠܬܐ
ܠܚܠܝܡܘܬܐ ܐܢܫ̈ܬܐ ܗܝ ܡܢ ܟܘܪܗܢܗ
ܘܡܗܠܟܐ ܐܙܠܬ ܠܒܝܬܗ : ܘܗܘܬ ܬܗܪܐ
ܘܚܕܘܬܐ ܠܟܠܗ ܐܬܪܐ .

ܘܥܒܕ ܒܩܣܛܪܐ ܗܘ ܐܦ ܬܕܡܘܪܬܐ ܪ̈ܒܬܐ
ܚ̈ܕܬܐ ܕܢܘܡܐ ܚܕ ܠܚܒܪܗ ܡܛܠ
ܓܢܒܘܬܐ ܕܥܒܕ : ܐܡܪ ܠܗ ܡܝܠܝܣ ܠܗܘ
ܕܝܡܐ . ܐܢܐ ܕܝܢ ܠܐ ܬܐܡܐ ܒܕܓܠܘܬܐ
ܘܐܬܠܡܕܢܐ ܠܣܓܝ ܗܘܐ ܢܛܪܬܐ :
ܠܐ ܬܥܒܕܘܢ ܘܐܡܕܝܢ ܘܡܚܝܠ : ܦܓܥܝ
ܚܕ ܒܗ ܘܐܡܪ ܠܗ ܘܠܘܬܗ ܕܒܫܡܫܬܐ
ܥܒܕܐ ܕܝܢ ܒܨܪ ܐܝܟ ܡܠܝܢ ܠܗܠܝܢ
ܘܠܐ ܠܒܗ ܕܝܠܗ ܢܦܫܗ : ܘܝܡܐ ܒܫܘܩܪܐ
ܒܬ ܢܛܪܘܗ ܡܢ ܗܡܢܝܢ : ܘܡܢ ܚܕܐ
ܐܡܪ

pro veritate, Deo teſte, obligaſti, ſanus, ac integer domum repetes. Sin autem perfidum ſacramentum dixiſti, quae Giezim olim lepra corripuit, ea in te actutum ſaeviet, atque hinc non ſine ignominia, & dedecore abſcedes. Extemplo perjurus ille elephantiaſi correptus eſt, adeo ut ingens in loci incolis commotio fieret, & complures Pagani Idolorum cultum ejurantes, Chriſtianis ſeſe ritibus informandos traderent.

Proflúenti calceatus ſe committit, & aquas intrepidus calcans, in alteram ripam incolumis evadit.

Inde profectus, in alias Terras contendebat. Abeunti duo ex eodem loco Monachi ſe itineris comites addidere. Jamque in viam proceſſerant, quum occurrit fluvius, ob alvei altitudinem pedibus plane impervius. Quum itaque fruſtra ad ſolidum diem ibidem ſuſtinuiſſent, rati detumeſcentibus tandem undis, futurum fuiſſe, ut vadum ipſum facile ſuperaretur, B. Miles Sociis, ut ad ſua ſe reciperent, perſuaſit, eiſque bene precatus, vale dixit. Verum illi, ſimulato receſſu, quid ipſe Miles conſilii in ea difficultate caperet, quave arte fluvium trajiceret, obſervabant. Tunc B. Antiſtes ſtans tantiſper oravit, deinde profluenti calceatus ſe commiſit, & aquas intrepidus calcans, in alteram fluvii ripam incolumis evaſit.

Diaconum inceſtus reum monet, ne Miniſterium ſuú obeat. Is vero Pſalmos e ſuggeſto canere auſus, exanimis concidit.

Inde ad proximum Vicum progreſſus, quum Diaconum quemdam inceſtus crimine adcuſatum offendiſſet, eum in Eccleſia hortabatur his verbis: Fatere, Fili, ſi flagitii iſtius forte es reus & poenitentia Divinum placare Numen ſtude; quia miſericors eſt, ac ignoſcet tibi: neve audeas, ſi mundus non es, coram eo miniſtrare, ne illius juſtitia repente te opprimat. At ille confidenter: Apage iſta, Domine, reſpondit, neve immane ſuſcipias crimen, dum me criminis immerito adcuſas. Illud quippe flagitium calumnioſo, impudentique mendacio inuſtum mihi eſt.

Sic

Sic fatus, Codicem Davidicum audacter accipit, conſcendenſque in ſuggeſtum Pſalmos canere adgreditur. Tum vero manus cujuſdam ſpecies e Sanctuario emicare viſa eſt, oſque impuri illius Diaconi ferire. Quo ictu illico exanimatus Diaconus, concidit. Hujuſmodi vero prodigium incolis loci ingentem incuſſit timorem.

Adoleſcentem cruribus, pedibuſque captum ſanat.

Eodem in Caſtello B. Mili Juvenis praeſentatus eſt, cui miſere adeo a primis annis corrupta fuerant, atque diſtorta crura, & pedes, ut genibus incumbens, humi repere cogeretur. Hunc etiam S. Antiſtes, adprehenſa ipſius manu, ſanavit illis verbis: *In nomine Jeſu Nazareni ſurge, & ambula.* Atque ad haec pedes illico, & crura in nativam formam extenta ſunt. Is autem Juvenis vigeſimum annum adtigerat.

Act. 3. 6.

Plurima Miracula per B. Milem patrata.

Ceterum inſignes Curationes, & Miracula a B. Mile manifeſta Numinis virtute patrata, nec omnia ob eorum numerum licuit recenſere, neque ea, quae memoravimus, ampliori oratione perſequi, commodum fuit, ad narrationem feſtinantibus Miraculi illius, quo is maxime inclaruit; quum, ſcilicet, ſanguinem, & vitam profunderet, & Chriſto glorioſum rependeret teſtimonium; quo quidem ſuis plane triumphis cumulum impoſuit.

Cum Abroſimo Presbytero, & Sina Diacono comprehēſus, trahitur Maheldagdaram.

Dum haec a B. Mile geruntur, Hormiſda [18] Guphrizius, qui Provinciae ſumma cum authoritate praeerat, ſingulari ſuperbia homo, faſtuque intolerando, aegerrime ferens, B. Antiſtitem Diſcipulos, ut fama proditum fuerat, habere coepiſſe, comprehendi eum, trahique Maheldagdar [19] Razichitarum in Civitatem imperavit. Capti una cum S. Mile duo alii ejuſdem Diſcipuli, Abrosimus Presbyter, [20] & Sina Diaconus. Omnes in vincula conjecti ſunt, biſque flagris caeſi, ac impulſi, ut ſoli litarent. At illi Tyrannum

Omnes in vincula conjecti, ſoli litare abnuentes, flagris caeduntur.

[illegible]

num irridere, ejuſque tiphum, & inſolentiam perſtringere, ac palam contemnere non dubitabant, invictiſſimaque conſtantia veram adteſtantes Religionem, perpetuo Deum conlaudabant.

Dum itaque publica cuſtodia incluſi, ad capitale reſervantur ſupplicium, ſolennis, ineunte " Anno, venatio Hormiſdae indicta eſt, in vicinis peragenda montibus: cujus adparatu vehementer ille delectatus, praecepit, ut praedicti Martyres illuc catenati, ad quaeſtionem traherentur. Ubi autem in conſpectum Tyranni pervenerunt, Beatum ille Milem, irridentis more, interrogat: Tu quis ſis, ediſſere, Deus ne, an homo? Quaenam tibi Religio, quaeve placeant Dogmata? Agedum arcanam exprome pectoris tui ſapientiam, ut tuam edocti conditionem, in tuam nos diſciplinam concedamus. Sin autem pergas ſectam tuam occultare, ſic habeto te, non ſecus ac feras iſtas, illico jugulatum iri.

Solennis venatio Toparchae indicta.

21

Illuc catenati Martyres ad quaeſtionem trahuntur.

Cui Beatus Antiſtes intelligens, quo iſta animo dicerentur: Homo ſum, repoſuit, non Deus. Quod ad cetera adtinet, deliberatum eſt, verae Religionis arcana tuis nugis neutiquam immiſcere, aut pura Myſteria impuris auribus ingerere. Verumtamen hoc ingenua a me tibi fide dictum volo. Vae tibi, impie, & flagitioſe Tyranne, tuique ſimilibus & Religionem, & Deum averſantibus: quoniam futurum eſt, ut vos judicet Deus in venturo ſeculo, & paratis ignibus, ac tenebris addicens, ſuperbiae veſtrae ſempiternum fletum, & ſtridorem dentium rependat; quia opes, & fortunas, quibus fruimini, atque inſoleſcitis, ab illo conſequuti, nec gratos vos ipſi, nec memores praeſtitiſtis.

S. Miles praeſenti animo Toparchae audaciam retundit.

His B. Milis dictis eo uſque exarſit homo ſceleratus, ut multis coram adſtantibus e ſella praeceps exſurgeret, &

A Toparcha, & Narſete ejus Fratre pugionibus transfoditur.

& ſtricto pugione, quem ad latus ſuſpenſum geſtabat, in B. Antiſtitem inſiliret, humerumque, adacto ferro, trajiceret. Aderat forte frater Tyranni, Narſes nomine, qui pari excandeſcens furore, exſerto pugione, adverſum B. Viri latus tranſverberavit.

Agens animā horrendum ambobus fratribus fatum praenunciat.

Quumque illuſtris Chriſti Martyr ageret animam, & ad optatam mortem per immane hoc ſupplicium properaret, horrendum ambobus Fratribus fatum praenunciavit in haec verba: Quandoquidem fraterna caritate praepoſtere uſi, ambo in hoc crudeliſſimum facinus conſpiraſtis, ut ſanctum, & innoxium ſanguinem funderetis; ecce die craſtina, hac ipſa recurrente hora, hoc ipſo in loco, veſter veſtris manibus ſanguis mutua caede fundetur: & veſtrum quidem cruorem canes lingent; carnes vero alitibus in praedam cedent, atque uno die mater veſtra gemina prole orbabitur, & uxores veſtrae viduae fient. His dictis, obijt.

SS. Abroſimus, & Sina lapidibus obruuntur.

Interea dum ita in B. Milem ſaevitur, Abroſimus, & Sina ad duos colles deportantur; atque alter contra alterum conlocati, miſſis a Tyranno ſatellitibus, lapidum, ſaxorumque grandine ** obruuntur.

22

Hormiſdae Guphrizii Toparchae, & Narſetis ejus fratris, interitus.

Eam noctem Guphrizius inibi tranſegit, & quum ſub lucem diei ſequentis ferae frequentes adparuiſſent, exarſit ad exſpectatam praedam, & B. Milis minarum oblitus, rapido, concitatoque curſu feras conſectari coepit. Ea itaque hora, qua Sanctus Martyr praecedenti die fuerat interfectus, poena Dei judicio conſtituta, fratres hoſce bellatores, doctos tractare arcum, & inſtructos haſta effundere ſanguinem, egregios venatores, conſequuta eſt. Quum enim cervus, diſciſſis retibus, quibus ſaltus circumſeptus fuerat, celerrimo curſu evaſiſſet, fratres ambo, incitatis equis, eum inſectati ſunt, utpote qui praecipiti morte perimendi eſſent,

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

ſent, quia praecipiti judicio hominem
necaverant; atque tramitem hinc inde
alius in alium adverſi occuparunt. Dum
ergo illac tranſeuntem [23] cervum, ex- 23
cuſſo uterque arcu, deſtinat ad ictum,
quaſi alter in alterum conlimaſſet, Gu-
phrizius Narſetem in ventre, Narſes
Guphrizium in pectore transfodit. Am-
bo itaque ſimul occubuere eodem in
loco, ubi Miles interemtus fuerat.
Quae res cum magnam ſpectantibus ad-
mirationem, tum non mediocrem au-
dientibus per univerſam illam Provin-
ciam formidinem injecit. Sed & inſu-
per feris, atque alitibus eorum corpo-
ra in praedam conceſſerunt. Id enim
fert Perſarum [24] conſuetudo, ut cada- 24
vera tamdiu inhumata relinquantur,
quamdiu, conſumtis carnibus, nuden-
tur oſſa, eaque ſola in ſepulcrum infe-
runt.

SS. Martyrū Corpora in Caſtello Malcan ſepulcro condita, illud ab Sabaeorum incurſionibus liberant.

Horum trium Martyrum corpo-
ra eadem nocte inde ſurrepta, & in
quodam Caſtello, Malcan dicunt, tranſ-
lata, loci incolae compoſito tumulo
condiderunt. Quod etiam ingens Mi-
raculum conſequi viſum eſt. Quum
enim Sabaei [25] continuis incurſionibus 25
Terras illas infeſtarent, praedicti Ca-
ſtelli confinia nec adtingere deinceps
potuerunt, nec unquam diripere. Idque
velut ſingulare beneficium indigenae
Sanctorum Reliquiis, in angulo Caſtel-
li repoſitis, acceptum referunt.

Martyrii tempus.

Beatus autem Miles, & Socii die 26
tertiadecima [26] Lunae Novembris Mar-
tyrii coronam conſequuti ſunt.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

AD-

ADNOTATIONES.

(1) **R***Azichitae*, ſeu Razichaei, Cataraejs, & Meſenis finitimi, apud Arabes الرماني *Ramanitae* audiunt. Horum praecipua Urbs *Mabeldagdar*, a Suſiana non longe diſtans. Ibi S. Miles, & duo Diſcipuli Abroſimus, & Sina Martyrium perpeſſi ſunt; ut & Daniel Preſbyter, necnon Varda, ſeu Roſa Virgo, de quibus infra. Apud Jacobitas Razichitarum Epiſcopus inter Maphriani, ſeu Orientis Primatis Suffraganeos ſextum obtinet locum. Id liquet ex Chronico Syriaco Gregorii Bar-Ebraei, cujus ſummam edidit Aſſemanus Bibl. Orient. tom. 2. Verum in Epitome Canonum Synodicorum ab Ebedjeſu Sobenſi concinnata, cujus bina Exemplaria, Chaldaice exarata, in Bibliotheca Vaticana adſervantur, ſub Theodoſio, Neſtorianorum Patriarcha, Chriſti, ſcilicet, anno 852. Razichitarum Eccleſia inter Metropolitanas recenſetur.

(2) *Lapeta*, ſeu ܒܝܬ ܠܦܛ *Beth-Lapet*, Huzitarum, quos Uxios, ſive Oxios Graeci, Latinique vocant, Metropolis. Arabibus سوق الاهواز *Suk-Ahuaz*, hoc eſt, Vicus Huzitarum dicitur. Juxta Abulphedam Tab. Geograph. 303. octoginta paraſangis diſtat ab Aſpahano. Ibi olim primi Neſtorianorum Metropolitae Sedes, qui in Marabae, & Theodoſii Conſtitutionibus, necnon in Pontificali Chladaeorum, Cod. Amid. Vatic. V. Huaitarum, Ilamitarum, & Gandiſaporenſium Metropolita nominatur. Suos inter Epiſcopos Lapeta recenſet SS. Gadiabem, & Sabinum, ſaeviente Sapore Rege, Martyres, de quibus mox, Johannem anno 630., & Marementem 640. uti legitur in Codice Syriaco Vaticano XVI. qui binas Jeſuiabi, Hadjabeni Metropolitae, ad eoſdem Antiſtites exhibet Epiſtolas. Ex eadem Urbe oriundus S. Jacobus Interciſus, cujus Acta Martyrii infra dabimus.

(3) *Ilam*, ſeu *Elam*, Graecis, Latiniſque *Elymais*, antiqua Metropolis *Ilamitarum*, ſive *Elymaeorum*, quibus Elam, Semi filium, nomen dediſſe liquet ex Geneſ. cap. 10. v. 20. Unde Regio *Ilamitica*, ſeu *Elymaitica*, quae ad Perſidis ſtricte ſumtae occaſum in Suſianae confinio, inter Sinum Perſicum ad meridiem, & Mediam ad Septentrionem potiſſimum extenditur, finitimoſque proinde habet Suſios, ſeu Suſianos, Uzios, ſive Oxios, & Chuſaeos, de quibus Cellar. tom. 2. Geograph. antiq. lib. 3. pag. 796. & 806. Arabes vero recentiores uno fere nomine quatuor hoſce deſignant populos, quorum regionem خوسستان *Chuſiſtan* vocant, quae eadem in Itinerario Beniamini ܚܘܙܣܬܢ *Chuzeſtan* dicitur, ab Arabe autem Interprete, Pariſiis edito, حورستان *Hureſtan* redditur; ut obſervat Bochartius Geograph. Sacr. lib. 2. cap. 2. Inter gentes, quae Apoſtolos, variis linguis concionantes, audierunt, *Elamitae* recenſentur Act. 2. 9. quorum *Civitatem Elymaidem in Perſide nobiliſſimam, & copioſam in argento, & auro* perhibet primus Machabaeorum Liber cap. 6. v. 1. Porro Syrus Interpres pro ܥܝܠܡܝܐ *Ilamitis*, ſeu *Elamitis* perperam vertit *Elanitas*, ut loc. cit. recte monet idem Bochartius. *Alii enim Elanitae, alii Elamitae. Elanitae ſunt incolae Urbis Elana, Hebr. Elath, vel Eloth prope Eſiongaber in mari Erythraeo, ubi Navale Salomonis. Elamitae in Elymaide.* Haec ille. Sed priuſquam Bochartius, id adverterat Gregorius Bar-ebraeus, qui in Libro, Horreum Myſteriorum inſcripto, Comment. in Act. 2. Syrum vulgatum Interpretem ex verſione Thomae Heracleenſi in haec verba reprehendit: ܘܐܠܢܝܐ ܡܢ ܥܝܠܡܝܐ . ܗܘ . ܚܘܙܝܐ : ܐܚܪܢܐ ܐܢܘܢ ܡܢ ܐܠܢܝܐ : *Et Elanitae. Heracleenſis legit: Elamitae, ideſt Huzitae, qui alii ſunt ab Elanitis.* Syrus autem Interpres deceptus videtur non modo ſimilitudine vocum *Elamitae*, & *Elanitae*, quae in Graecis elementis nonniſi una diſcrepant litera; verum etiam ex eo, quod praeter Elanitas Erythraei maris adcolas, noverat, alios eſſe populos Gordyaeis proximos, quos Syri ܐܠܢܝܐ *Elanitas*, ſeu *Alanitas*; Plinius *Alonos* vocat lib. 7. cap. 26.

(4) *Suſan* Arabibus سوس *Sus*, Graecis, Latiniſque *Memnonia*, vetus Perſarum Regia, apud ſacros, profanoſque Scriptores celebris, caput Regionis Suſianae, ad Eulaeum flumen poſita: ob loci amoenitatem nomen ſortita eſt a Liliis, quae ea in Regione uberrime naſcuntur: & *Suſan* indigenae Lilium vocant: uti Athenaeus lib. 12. cap. 1. & Stephanus Lib. de Urbibus, Obſervant. Ibi, ſicuti jam adnotatum eſt, S. Simeonis Bar-ſaboë Corpus fuit ſepultum. Ibidem Corpus Danielis Prophetae jacere, adfirmant Abulpheda Tab. Geograph. num. 296. Jeſuiabus Niſibenus, in Libro de Demonſtratione verae Fidei, Cod. Arab. Vatic. XLIX. & Gregorius Abulpharagius, Hiſt. Dynaſt. pag. 54. qui tamen perperam cum Caſtaldo, Herbelotio, & Baudrandio pro una, eademque Urbe Suſtram, & Suſan accipit. Ex adcurata enim Suſae; & Suſtrae deſcriptione, ab Abulpheda edita, & ex Tabula Metropolitanarum Eccleſiarum, ab Elia Damaſceno exarata, ubi alius Suſae, alius Suſtrae Epiſcopus adnotatur, falſitatis convincitur; ni dixeris Suſtram vicinae Suſae, a Rege Sapore dirutae, ſuffectam fuiſſe: adeoque ab authoribus, quae de Suſa antiqua cum in ſacris, tum in profanis literis traduntur, ad Suſtram referri. Abulpheda loc. cit. aliique Geographi Orientales Suſae nomine tres Urbes deſignant; *Suſan* nimirum, *Ilamitarum*, de qua nobis ſermo eſt; & *Suſan Mauritaniae* in ora Oceani Atlantici; & *Suſan Arabiae* juxta Montem Synai ad Sinum Arabicum, ſeu Mare Erythraeum, quam vulgo *Sues* dicunt. His adde quartam *Suſan in Aſſyria*, ſeu Moſulana regione, quam Abulpharagius, ejuſque Chronici continuator *Sus Caſtrum* vocant. Ejuſdem meminit Abulpheda in deſcriptione Meſopotamiae, additque quintam *Suſan*, quam Gezirae vicinam dicit. Porro Suſae Epiſcopatus apud Chaldaeos Metropolitano Lapetae, ſeu Ilamitarum, ſive Gandiſaporenſium ſubjacuit, & Ledan quoque Urbem complectebatur: ut ex Tabula Eliae Damaſceni, & Pontificali Chaldaeorum liquet. Epiſcopi ejuſdem Urbis poſt B. Milem fuere Abdas, anno Chriſti 419. Jozachus 500. Paulus 530. Iſaac 680.

Joſue.

Joſue, qui & Maranzacha 840. Mihaël 852. Jeſuabus, ex Suſans Eccleſia ad Halsvanam tranſlatus, anno 892. Jaballahas 1257. Johannes ab anno 1265. ad 1281. de quibus vide Aſſemanum Bibl. Orient. Tom. 2. a pag. 401., & Tom. 3. a pag. 147.

(5) *Gradatim*; ideſt poſtquam inferioribus Ordinibus initiatus eſt. Atque hinc patet apud Chaldaeos, & Perſas olim viguiſſe antiquam primitivae Eccleſiae conſuetudinem de Clericis, ut ajunt, per ſaltum promotis, quae poſtea jure Eccleſiaſtico abrogata fuit, cautumque, ne quis, inferioribus praetermiſſis, ad ſuperiorem Ordinem proveheretur. Quod ad Ritum Chirotoniae Epiſcoporum, & numerum, ac formam Ordinum apud Chaldaeos, & Perſas adtinet, conſule Morinum de Sacris Ordinationib. Par. 2. a pag. 459. & Aſſemanum Bibl. Orient. Tom. 3. Par. 2. a pag. 683. Cujus autem Civitatis Miles Epiſcopus fuerit renunciatus, Sozomenus non meminit: verum in titulo Actis noſtris praefixo, ea fuiſſe Suſan legitur. Quod & ceteri Orientales affirmant, & innuit Menologium Baſilii ad diem 13. Novembris illis verbis: *S. Miles .... illius in Perſide Urbis Epiſcopus Ordinatur, ubi Daniel Propheta viſiones vidit*. Hunc vero locum Suſan, Elemiticae regionis Caſtrum, vocat Daniel cap. 8. v. 2.

(6) Hunc *Gennadium* perperam vocant Menaea Graecorum; Sozomenus autem *Gadiabem*, quem ſub Principatu Saporis Martyrio adfectum fuiſſe, tradit lib. 2. Hiſt. Eccleſ. cap. 14. Et quidem ex Epiſcopis, qui cum Simeone Barſaboë in Urbe Ledan, ineunte anno Perſecutionis ſecundo, Martyres occubuerunt, unum fuiſſe Gadiabem, Lapetae Antiſtitem, liquet ex Codicis II. Nitrienſis Prooemio, quod ſuperius laudavimus.

(7) Intellige *Suſan*, cujus Milem Epiſcopum fuiſſe ordinatum, modo adnotavimus.

(8) Pro *Ammone*, Antonii Diſcipulo, Menologium Baſilii perperam habet *Antonium*. De Ammonis autem mira ad Deum una cum Conjuge converſione, & ſumma vitae ſanctimonia, vide Socrat. lib. 4. cap. 1. D. Athanaſ. in vita S. Antonii, & Roſvveidum in vitis Patrum.

(9) *Lugentium*, hoc eſt, *Monachorum*: Nam qui Graecis Πενθικοὶ dicuntur, eos Syri, & Chaldaei paſſim ܐܒܝܠܐ *Lugentes*, cum in Nomocanone, tum in Pontificali adpellant. Id autem nominis ex lugubribus, ſive atratis veſtibus, quibus Monachi Orientales etiamnum utuntur, ipſis fuiſſe impoſitum, facile conjicitur. Ac proinde diſtinguendi ſunt ab iis, quos Canones antiqui *Flentes*, hoc eſt lapſos, ad fletum, primum Poenitentiae gradum, admiſſos, vocant: quibus, ſcilicet, nondum licebat Eccleſiam cum Fidelibus ingredi, ſed ſolum extra Eccleſiae fores ſtare, ibique ad ingredientium genua procumbere, illorum pro ſe preces emendicare, & ob admiſſa a ſe peccata fletibus, & lacrymis limen Eccleſiae rigare.

(10) *Niſibis*, Urbs Meſopotamiae antiquiſſima juxta & nobiliſſima; *Achar* olim dicta, ſeu *Achad*, ut legit S. Hieronymus quaeſt. in Geneſ. cap. 10. num. 10. ubi de Nemrod: *Regnavit*, inquit, *& in Arach, hoc eſt, in Edeſſa, & in Achad, quae nunc dicitur Niſibis*. Quem Scripturae locum iiſdem plane verbis ante Hieronymum expoſuerat S. Ephraem Syrus Tom. 1. edit. Vatican. ܐܡܠܟ ܡܢ ܐܪܟ ܕܐܝܬܝܗ ܐܘܪܗܝ. ܘܐܟܪ ܕܐܝܬܝܗ ܢܨܝܒܝܢ: *Regnavit autem in Arach, quae eſt Edeſſa, & in Achar quae eſt Niſibis*. Graecis *Antiochia ad Mygdonium* dicitur, Arabibus نصيبين *Naſibin*, Syris vero recentioribus ܨܘܒܐ *Soba*. Sic enim Ebedjeſus, Catalogi Syrorum Scriptorum author, qui Niſibenus fuit Epiſcopus, Sobenſis ubique adpellatur. De ſerie Epiſcoporum hujus Urbis tam Chaldaeorum, quam Syrorum, deque eorumdem privilegiis, vide Aſſemanum Bibl. Orient. Tom. 2. & 3. Par. 2.

(11) *S. Jacobi*, Niſibis Epiſcopi, quem *Magnum*, & *Eccleſiae Doctorem* Syri nuncupant, memoria colitur in Martyrologio Romano die 15. Iulii; in Menologio Baſilii Graecorum 31. Octobr.: in Synaxario Copticarum 18. menſis Tubae, ſeu Januarii, & in Synaxario Maronitarum die 13. ejuſdem menſis Januarii. Ejus vitae compendium, ex Vaticanis potiſſimum Codicibus decerptum, dabimus infra in Adnotationibus noſtris in Acta S. Ephraem Syri, quem Jacobus noſter Niſibi auditorem habuit.

(21) *Hadiab*, Graecis, Latiniſque *Adiabene*, Arabibus حزم *Hazam*, nobiliſſima pars fuit Aſſyriae: adeo ut nonnumquam totam quoque ſignificaret; uti ex Plinio, & Ammiano Marcellino obſervat Cellar. Geograph. antiq. Lib. 3. cap. 17. p. 768. Ejus praecipua Urbs *Arbela*, de qua infra.

(13) *Aramaeos*, ideſt, Syros. Syris etenim antiquis *Aram* dicta: *Athur* vero Aſſyria.

(14) De *Papa*, Seleuciae, & Cteſiphontis Epiſcopo, quem in Serie Patriarcharum ſuorum Jacobitae nonum, Neſtoriani vero decimum recenſent, deque Synodo Epiſcoporum Orientalium, cui Miles interfuit, in ipſum Papam Seleuciae coacta, preter ea, quae ſuperius in Admonitione noſtra in Acta S. Simeonis Bar-ſaboë retulimus, haec addit Gregorius Bar-Ebraeus in Chronico Eccleſiaſtico, Cod. Syr. Vatic. XXIV.

[illegible]

L

[illegible]

Sciaclaphae Papa nonus ſufficitur. Hic ex Perſide oriundus, & Syriacum, & Perſicum callnit edioma. In ejus electione Epiſcopos inter exortum eſt diſſidium; at eorum numerus, qui ipſum in Catholicum poſtulabant, potius ſibi vindicavit ſuffragium. Ei itaque anno Graecorum 577. (Chriſti 266. *) David, Maiſanae Metropolita, manum impoſuit. Anno ab inauguratione ſui 59. Synodo Trecentorum decem & octo Patrum, Nicaeae anno* Graecorum 636. (Chriſti 325.) *coactae, interfuit. Autumant nonnulli, eum ipſa in Synodo Catholicum fuiſſe renunciatum. Verum id mihi putidum commentum eſt. Perhibent alii, ipſum laudato Concilio nequaquam interfuiſſe, ſed ad illud Simeonem Bar-ſaboë, Diſcipulum ſuum, adlegaſſe. Novem poſt habitam Nicaenam Synodum annis congregati Epiſcopi Orientales, plura reprehenſionum capita Papae objecerunt, cum ob Eccleſiaſticarum rerum confuſionem, quae ipſius incuria obrepſerat, tum ob alia gravia crimina, quibus eum inſimulabant. Unde quum ſe purgare nequiret, Sacrum Evangeliorum Codicem, ſe coram poſitum, manu percutiens: Loquere, ait, ſi in te ſermo eſt, quandoquidem me verba deficiunt. Atque eodem momento dextera ejus obriguit. Quidam tradunt, Epiſcopos prodigium hocce ſpectantes, quaſi vero ſuas adcuſationes hujuſmodi poena confirmaret, in ipſum depoſitionis ſententiam tuliſſe. Ex aliis vero, nequaquam Epiſcopi Papam depoſuerunt, judicantes, ei ſat eſſe correptionem, Divinitus inflictam. Ad hunc autem Papam exſtant Epiſtolae conſolatoriae, de ejus dexterae contractione a SS. Jacobo Niſibeno, & Ephraemo Syro conſcriptae; quibus & Epiſcopi reprehenduntur, quod in eum temerario auſu inſurrexiſſent. Verum has Epiſtolas commentitias eſſe, & a Joſepho Catholico quum ab Epiſcopis damnatus eſſet, compoſitas, perplures opinantur. Senio confectus obiit anno, poſtquam haec contigere. Adfirmant vero alii, ipſum duodecimo, a quo ejus dextera obriguit, anno deceſſiſſe. Quae tamen ſententia haudquaquam mihi probatur.*

Hactenus Bar-ebraeus. Sinceriora tamen ſunt Acta noſtra, quam quaelibet alia monimenta, ex quibus ſuam ille Hiſtoriam adornare potuerit. Papam Metropolitanas apud Chaldaeos, ſeu Neſtorianos Sedes primum inſtituiſſe, innuit Ebedjeſus Sobenſis in Epitome Canonum Synodicorum Par. 8. cap. 15. his verbis.

[illegible]

Sedium inter ſe primatus cauſſa ex temporum, quibus Patriarchae, earum fundatores, vixerunt, prioritate repetenda. Quare hunc inter ſe temporis ordinem habent. Primus, qui Metropolitas conſtituerit, Papa Patriarcha fuit, qui Patriarchalem dignitatem ad annos circiter octo & ſexaginta tenuit; atque ante omnes Metropolitam Elamitidis diſcrevit, paullo poſt etiam Niſibis; tum Perat-meſanae, hoc eſt, Baſſorae, demum Aſſyriae. Qui quatuor Metropolitae a Papa conſtituti fuere.

(15) Exſtat in Cod. Arab. Vaticano XCV. S. Jacobi Niſibeni ad Epiſcopos, Presbyteros, & Diaconos Seleuciae, & Cteſiphontis Epiſtola, e Syriaco in Armenicum ſermonem converſa, inſcribiturque: *De Diſſenſionibus, & contra lictionibus, quae ex ſuperbia oriuntur: deque Ambitione.* Ubi adtingit ſchiſma, quod in Aſſyria propter Papam Aghaei filium, obortum eſt. Ex ea autem colligitur, S. Jacobum Synodo Seleucenſi nequaquam interſuiſſe: tum quia Seleucia, & Cteſiphon, ubi Concilium celebratum eſt, in Perſarum, non vero in Romanorum ditione erat, tum quia ſi Jacobus adſuiſſet, nequaquam ad Synodum literas dediſſet. Quum autem Barebraeus ait, Epiſtolas, quae ſub SS. Jacobi, & Ephraemi nomine ad Papam circumferuntur, a Joſepho Catholico confictas nonnullis videri; hanc, quam Armenice habemus, minime intelligit. Non enim ad Papam, ſed ad Synodum in cauſſa Papae coactam, directa eſt. Eadem inſuper

per facta innuit, quae in ſinceris hiſce Actis de illa Synodo narrantur.

(16) Inter cetera, quae Papae objiciebantur, improbanda, unum fuit, teſte Mari, quod uni eidemque Eccleſiae binos Epiſcopos praefeceret.

(17) *Maiſan*, Graecis, Latiniſque *Meſene*, Regio in finibus Meſopotamiae a Cellario Tom. 2. Geograph. antiq. lib. 3. cap. 16. duplex obſervatur: altra apud Seleuciam & Cteſiphontem, Tigri fluvio cincta: altera inter oſtia ejuſdem Tigris, qua in Perſicum mare ſeſe immittit; quam tamen Syri ex Euphrate, non ex Tigri nominatam volunt. Ubi enim haec duo flumina commiſta ſunt, non Tigris, ſed Euphratis nomen habent. Hinc quam hodie *Baſram*, ſeu *Baſtoram* Arabes vocant, Syris olim ܦܪܬ ܡܝܫܢ *Pherat-Maiſan*, hoc eſt, *Euphrates Maiſan*, ſive *Meſena ad Euphratem* dicta eſt. Porro in utraque Maiſana, ſeu Meſene Epiſcopos ab initio habuere Chriſtiani; & quidem Epiſcopis, qui una cum Simeone Bar-ſaboë Martyrio perfuncti ſunt, adcenſentur Bulidaeus Epiſcopus Pherat-Maiſan, & Johannes Epiſcopus Maiſan, ut ex prooemio Cod. II. Nitrienſia alibi oſtendimus.

(18) *Hormiſda Gupbrizius* perperam Menologio Baſilii *Myſtopbarus* dicitur.

(19) *Mabeldagdar*, Aſſemanus *Mabeldegerd* legendum putat; a Suſana non multum diſtat. Ejus Epiſcopus in Synodica Theodoſii Patriarchae inter Chaldaeorum, ſeu Neſtorianorum Metropolitas recenſetur, ut ſuperius adnotavimus.

(20) Menologium Baſilii corrupte legit pro Abroſimo *Eboram*, & pro Sina *Seboam*. Nomen autem *Papae*, qui ab eodem Menologio Diſcipulis S. Milis ſuperadditur, vel omnino redundat, (duos enim, non tres Diſcipulos habuit Miles) vel pro Presbytero ſumendum eſt, juxta hodiernum Graecorum morem, ut ſenſus ſit: *& Diſcipulorum ejus Eborae Papae, ſeu Presbyteri, & Seboë Diaconi*.

(21) Hoc eſt, menſe Octobri: Nam Syri, & Chaldaei, quorum ſupputationem in hiſce Actis conſcribendis adhibet Maruthas, Anni exordium ad haec uſque tempora nonniſi a Kalendis Octobris arceſſunt.

(22) Hinc corrigendum Menologium, tradens *Eboram*, & *Seboam*, ideſt Abroſimum, & Sinam, Milia Diſcipulos, non lapidibus, ut ferunt Acta noſtra, obrutos, ſed fuſtibus contuſos, animas Deo reddidiſſe.

(23) Ergo impii duo fratres, *Gupbrizius*, & *Narſes* non in furias acti, ſicuti tradit Menologium, mutuis ſeſe vulneribus confecere, ſed Cervum, e ſepto profugientem, telo confodere intendentes, alterum alter ex adverſo percuſſit.

(24) Hanc de mortuis non ſepeliendis conſuetudinem ad ſua uſque tempora viguiſſe, teſtatur Agathias Scholaſticus Lib. 2. edit. Pariſ. pag. 60., ubi haec de Mermerois Perſarum Ducis cadavere, deque more ſepeliendi apud Perſas refert. *Tunc utique demortuum Mermerois corpus ipſius familiares elatum, extraque Oppidum Mechiſtam deportatum, ſolum ita, ac nudum patrio ritu canibus, atque avibus obſcoenis, quae cadaveribus paſcuntur, devorandum expoſuerunt. Hunc enim ſepeliendi morem obſervant Perſae: atque hac ratione, abſumptis carnibus, nuda oſſa, ſparſim per campos projecta, putreſcunt: In Capſa enim aliqua, vel locula condere, vel etiam terra obtumulare neutiquam fas eſt. Cuicumque vero Cadaveri non ſtatim advolarint aves, vel adcurrentes canes non illico dilaniarint, illius hominis impuros fuiſſe mores credunt, animumque injuſtum, & barathro dignum, maloque Daemoni dicatum. Tum porro, & quidem magis neceſſarii, atque amici jacentem lugent, lamentiſque proſequuntur, ut penitus emortuum, neque melioris fati participem. Qui vero quamcitiſſime devoratus fuerit, feliciſſimum praedicant, ejuſque animum ſumma admiratione proſequuntur, ut longe praeſtantiſſimum, & Deo ſimilem, & in beatas ſedes evolaturum.*

(25) *Sabaei*, ideſt, Arabes, qui ad fauces Maris Perſici habitant, a Saba Regmae filio, de quo Geneſ. 10. 7. & Ezech. 27. 22. & 38. 13. ſic dicti. Unde Promontorium Sabo, ſeu Aſabo.

(26) Hoc eſt, die Novembris v. in quem anno Chriſti 341. competit Luna ejuſdem menſis tertia decima.

ADMONITIO

In Martyrium SS. SCIAHDUSTIS Epiſcopi, & Sociorum.

SAncti Sciahduſtis, Seleuciae & Cteſiphontis Epiſcopi, Sociorumque ejus Martyrii hiſtoria ad Aloyſio Lipomano ex Metaphraſte tom. 5. primum edita, quae noſtris quidem Actis adamuſſim fere conſonat, ſi & rudem ſtylum, & nonnulla excipias, a nobis mox adnotanda, quae felicius verti potuiſſent, non Metaphraſtis foetum eſſe, ſed a vetuſtiori quodam Interprete e Chaldaico, ſeu Syriaco ſermone in Graecum reddita, luculentiſſime colligitur ex genuina eorumdem Actorum ſumma, quam Menologium Graecorum, juſſu Baſilii Porphyrogenti Imperatoris longe ante ipſius Metaphraſtis aetatem exaratum, refert ad diem Februarii vigeſimam.

Graeca Actorū verſio ante Metaphraſtis aetatem ab incerto authore, parum tamen feliciter, elaborata.

L 2 Porro

Sciahdustis nomen apud Authores paſſim corruptũ. Ejus ethymõ.

Porro Sciahduſtes, Coptitis زادوق *Zaduk*, Authori Perſae, quem Latinitate donandi ſpem faciebat apud Tillemontium, & Ruinartum Renaudotius *Chabdouſt* : Graecis vero, Latiniſque, ſicuti ad diem 20. Februarii monent Baronius, & Bollandus, *Sadoth*, *Sadothus*, *Sadothes*, *Sadoch*, & *Sadochus*; nomen Perſicum eſt, ex duplici voce compoſitum شاه *Sciah*, nempe, quae Regem, & دوست *Duſt*, que amicum ſignificat: atque adeo ſi Sciahduſtem Graecum, vel Latinum fecere velis, recte ὁ Φιλοβασιλεύς, ſeu *Regis amicum* dixeris. Chaldaei tamen pro Sciahduſte frequentius habent ܝܫܘܥܕܘܣܬ *Jeſuduſt*, ideſt, Jeſu amicum.

S. Sciahdustis Patria. Interfuit Cõcilio Niceno. Quot annos in Seleucienſi Cathedra ſederit?

Celeberrimum hunc Martyrem ex Amro Suſae, ex Bar-ebraeo autem, aliiſque rerum Orientalium Scriptoribus Beth-garmae, ſeu Bagermae natum, Simeonis Bar-ſaboë, avunculi ſui nomine, Concilio Nicaeno interfuiſſe, tradit Ebedieſus Sobae Metrpolita in Epitome Canonum Synodicorum, cujus verba in Admonitione noſtra praevia ad Acta S. Simeonis exſcripſimus. Illum vero tribus poſt ejuſdem Simeonis certamen menſibus Seleuciae, & Cteſiphontis Epiſcopum fuiſſe renunciatum, eamque Eccleſiam biennium rexiſſe ſcribit Gregorius Bar-ebraeus, qui & Abulpharagius, in ſerie Catholicorum Orientis, in haec verba. [illegible]

Simeoni Bar-ſaboë Undecimus ſufficitur Sciahduſtes, Beth-garmenſis, ejuſdem Simeonis Archidiaconus, & ex Sorore Nepos; qui, tribus a Magiſtri ſui obitu elapſis menſibus, Seleuciae Catholicus clam ordinatus eſt. Poſt Biennium vera ignem de terra in Caelum conſcendentem conſpexit, ſimulque audiit Simeonem magiſtrum ſuum ſibi dicentem: Adcede, Frater Sciahduſtes, ad gaudium Domini tui. Cujus quidem viſionis fama ad impium Saporem delata, comprehenditur Catholicus cum CXXVIII. Presbyteris, Monachis, & Fidelibus, necnon duabus Sororibus ſuis: & una omnes pro Chriſti Confeſſione interfecti ſunt. Ferunt autem S. Sciahduſtem Sapori, ajenti: Simeonem Chriſtianorum Ducem, & cum eo Sabinum Epiſcopum interemi; Cur ergo tu populo, quem odi, praeeſſe auſis? in haec verba reſpondiſſe. Chriſtianorum Dux, & caput Deus eſt, & quem elegerit, rectorem illis conſtituit. Sicuti autem nec maris aquae, ita nec Chriſtiana Religio umquam deficiet. Quocirca vehementer iratum Saporem, Sanctum Antiſtitem cum reliquis Chriſtianis trucidari juſſiſſe. Hactenus Bar-ebraeus; qui tamen adlucinatur, quum Sciahduſtem biennio Seleucienſem Eccleſiam rexiſſe oggerit; niſi illud utrinque omnino incompletum fuiſſe intelligat. Sciahduſtes enim, ut diſerte produnt Acta, altero Perſequutionis anno, poſtquam Simeonis viſio ſibi objecta eſt, comprehenſus fuit; inde vero menſibus quinque in carcere exactis, exeunte menſe Februario anni, Simeonis Bar-ſaboë necem ſubſequentis, Martyrium ſubiit. Atqui S. Simeon menſe Aprili, anno Saporis Regis 32. Perſequutionis 2. quem in 341. Chriſti annum incidiſſe, ſuperius oſtendimus, caeſus eſt. Sciahduſtes itaque cum Sociis ineunte anno ejuſdem Saporis 33. Perſequutionis 3. Chriſti 342. proxime, ſcilicet, ſequenti, menſe Februario Martyrii lauream obtinuit: ac proinde *ſi tribus*, ut tradit Bar-ebraeus, *a S. Simeonis obitu elapſis menſibus*, *Catholicus ordinatus eſt*, menſes octo, ſi vero illico Simeonem excepit, decem ad ſummum Seleucienſem Pontificatum geſſit.

Corrigitur Bar-Ebraeus. S. Sciahdustis & Sociorum Martyrii tempus.

Caſtigatur Amrus.

Atque hinc corrigendus eſt Amrus, qui praeterquamquod perperam Sciahduſti

duos

duos tribuit Epiſcopatus annos, & menſes quinque, immaniter quoque deceptus eſt; Seleucienſem Sedem triennio poſt S.Simeonis Martyrium Praeſulibus fuiſſe orbatam autumans. Nam *Simeoni interea*, ajunt Acta, *ſufficitur Sciahduſtes*; & hic ipſe dubium omne perimit, quum per *Heri*, Simeonis, per *Hodie*, ſui ipſius Martyrii interpretatur annum. Porro tunc temporis, quum, ſcilicet, Simeonis viſio ſibi objecta eſt, jam Seleucienſi Eccleſiae praefectus erat. Ergo vix, ac ne vix quidem tres menſes vacavit poſt obitum S. Simeonis Sedes; menſe etenim Aprili, ut modo monuimus, occubuit Simeon, Sciahduſtes vero proxime ſequenti Februario poſtquam quinque carceris menſes tranſegit. Jam vero quum comprehenſus fuit, Sapori Regi, tamquam Chriſtianorum Dux notiſſimus erat: aliquot igitur menſes in Cathedra Seleucienſi ſederat.

Eorum memoria & cultus apud Latinos.

Sciahduſtis, & Sociorum memoriam ad diem Februarii vigeſimum primi apud Latinos inſcripſere Molanus in Auctario ad Uſuardum ex Actis a Lipomano editis, atque ex Graecis Carthophylaciis Galeſinius, qui ita eorum certamen expreſſit: *In Perſide Sancti Sadochi, & aliorum CXXVIII. Martyrum. Ille Epiſcopus, praedicatione cum ab impietatis erroribus ad Chriſti cultum multos perduceret, invidiam ſibi concitavit Magorum, ignem colentium: qui illo ipſo tempore, quo Sanctus hic per quietem vidit B. Simeonem Martyrem, ſummis inſidentem ſcalis, ſe hortari, ne ad Regem Saporem ceſſaret venire, catenas illi, & iis, qui cum eo erant, Chriſtianis iniiciunt, & in carcerem illos includunt: quoad cognitione ſibi a Sapore Rege data, eductos graviſſimeque tortos, omnes, abſciſſis cervicibus necarunt.* Et in Martyrologio Romano brevius Baronius: *In Perſide*, inquit, *Natalis Sancti Sadoth Epiſcopi, & aliorum Centum viginti acta, qui ſub Sapore Rege Perſarum cum ſolem adorare renuiſſent, crudeli nece praeclaras ſibi coronas compararunt.*

Et Apud Graecos in Menologio Baſiliano.

Menologium autem Baſilii Imperatoria juſſu editum, eorumdem Sanctorum Martyrum feſtum ſemel atque iterum recolit, & primo quidem die xx. Novembris. *Certamen Sancti Martyris Sadoch Epiſcopi, & Sociorum CXXVIII. Sanctus Sadoth in Perſide Epiſcopus, quod populum Chriſti fidem doceret, multaſque ad vivum, verumque Deum adduceret, ad iram, & indignationem Magos, ignis cultores, commovit, quibus volentibus Satellites ad capiendum Sanctum mittere, vidit idem Sanctus in ſomnis S. Martyrem Simeonem, ſuum in Epiſcopatu deceſſorem, inſidentem longae ſcalae, ipſumque, ut ad ſe veniret, compellantem, atque dicentem: Rex Regum vocat te. Quod ſignificabat ipſius aſcenſum per Martyrium. Quumque iſta narraret Sanctus, qui miſſi fuerant, Magi comprehenderunt ipſum una cum Sociis Chriſtianis, & in vincula conjiciunt, cauſſam eorum ad Saporem, Perſarum Regem, referentes: qui illos ex carcere eductos, ac graviſſime tortos poſtremo decollavit:* Deinde vero ad diem xix. Octobris: *Certamen S. Martyris Sadoth, & Sanctorum CXX. Sociorum. Sadoth Martyr, Sapore Perſarum Rege, claruit. Chriſtianae autem fidei cauſſa comprehenſus, adductuſque ad eundem Regem, quum ignem adorare nollet, graviſſime caeditur: tum cute a fronte ad pedes inuſta, deque ejus pelle loro, digiti latitudine, detracto, iterum, bubulis nervis laceratus, ſuper ſpinas, ligna, & ſaxa acutiſſimo nudus pertrahitur; deinde digitis articulatim diſſectis in cochleam haſtili cogitur. Praeterea candentibus ſubulis in reliquo corpore ſodicatur, mox inverſo capite ſuſpenditur, eique lingua praeciditur. Cuius conſtantiam homines mille ducenti ſeptuaginta conſpicati, in eam opinionem venere: Niſi magnarum rerum ſpem haberet, eum tanta peſerre non poſſe. Quamobrem Chriſti fidem amplexi, in vincula conjiciuntur. Sadoth vero gratias Deo agens, unacum centum viginti Sanctis capite plectitur.* Haec Menologium Baſilii. Verum adulterinum eſſe poſtremum hocce encomium, & ab eodem authore, unde horum Martyrum notitiam hauſerunt Menaea Graecorum, & Synaxarium Copticarum, excogitatum, is ſolua inficias ibit, qui illud cum ſuperiori commemoratione, & cum genuinis hiſce Actis non contulerit. Illic Sciahduſti centum viginti octo adſignantur Socii: heic vero centum viginti. Illic decollati tantummodo perhibentur; heic varia, eaque immaniſſima, tormentorum exhauriunt genera: mille ducentos ſeptuaginta homines ad Chriſtianam fidem adducunt, cetteraque patrant, quae & prior Commemoratio, & Acta noſtra alto premunt ſilentio.

Iterum in eodem Menologio, ſed parum adcurate.

Ut & in Menaeis Graecorum.

Haud abſimile itaque eorumdem Martyrum Elogium referunt Menaea Graecorum ad praeſignatum diem Octobris decimum nonum, in haec verba. Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ· Τῶ Α'γίω Μαρτυρος Σαδὼθ καὶ τῶ σὺν αὐτῷ κ´· καὶ· ρ´· Μαρτύρων ἐν Περσίδι τελειωθέντων. Βασιλεύοντος

λεύοντος Σαβωρίου ἐν τῇ τῶν Περσῶν χώρᾳ, ὁ ἐν Ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν οὗτος Ἐπίσκοπος ὑπῆρχεν αὐτοῦ, ἐν μιᾷ τῇ ὑπὸ τὴν Βασιλείαν αὐτοῦ ἐνορίᾳ, καὶ τὸν τοῦ Χριστοῦ λαὸν ἐκδιδάσκων τὰ εἰς ψυχικὴν ὠφέλειαν συντείνοντα. Τινὰς δὲ ἐκ τῶν Περσῶν ἀπεριεσκέπτως βαπτίζων διεβλήθη τῷ Βασιλεῖ, καὶ προσαχθεὶς αὐτῷ, καὶ μὴ πεισθεὶς προσκυνῆσαι τῷ ἡλίῳ, καὶ τῇ σελήνῃ, τῷ τε ὕδατι καὶ τῷ πυρί, πρῶτον μὲν τύπτεται ῥάβδοις. Εἶτα τέμνεται ἀπὸ τοῦ μετώπου, ἄχρι τῶν ὀνύχων, καὶ ἀφαιρεῖται ἀπὸ τοῦ δέρματος αὐτοῦ, λῶρον ἕνα ἔχοντα δακτύλου πλάτος. Καὶ αὖθις βοείοις νεύροις τύπτεται, καὶ ἐπ' ἀκανθῶν καὶ σκολόπων κυλίεται. Καὶ εἰς κοχλίαν αὐτὸν ἀποσφίγγουσι· Ταῦτα δὲ πάντα γενναίως ὑπομείνας τὸν Βασιλέα πλέον ἐξέμηνε. Βληθεὶς δὲ εἰς φυλακήν, πάλιν ἄγεται εἰς ἐρώτησιν, ὑγιὴς δὲ εὑρεθεὶς ἐν ὅλῳ τῷ σώματι, ἐκρεμάσθη κατὰ κεφαλῆς, καὶ ὀβελίσκοις πεπυρακτωμένοις, κατατιτρώσκεται ὅλον τὸ σῶμα· Καὶ ἐπεὶ ὁ μὲν ἅγιος εἰς οὐδὲν ταῦτα ἐλογίζετο, ἤκουσε δὲ καὶ τοῦ Βασιλέως ἐπαπειλοῦντος σκορπίσαι τὰ μέλη τούτου. Πιστεύω τῷ Θεῷ μου ἀντέφησε. διαμεριοῦνται οἱ Χριστιανοὶ τὰ λείψανά μου. καὶ ὃς ἐὰν ἐπικαλέσηται τὸν Θεὸν ἐν τῷ ὀνόματί μου, σωτηρίαν εὑρήσει. Καὶ παρευθὺς γλῶτταν τέμνεται· ὄμματα δὲ καὶ χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἐκτείνας, καὶ κατ' ἑαυτὸν προσευξάμενος, φωνῆς ἐξ οὐρανοῦ ἤκουσε λεγούσης· ἡ αἴτησίς σου πεπλήρωται, καὶ ἰδοὺ ἔσῃ λαλῶν, καὶ φύσεως αὐτῷ γλώσσης ἑτέρας ἐδόξασε τὸν Θεόν· Ταῦτα βλέποντες οἱ λαοί, ἐξεπλήσσοντο· καὶ ἐπίστευσαν ἐπὶ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, ἄνδρες χίλιοι ἑβδομήκοντα, καὶ ἕτεροι διακόσιοι. Ἰδὼν δὲ ὁ Βασιλεὺς ὅτι πολλοὶ δι' αὐτοῦ προσέρχονται τῷ Χριστῷ ξίφει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀποτμηθῆναι προσέταξεν. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἕτεροι οὐκ ὀλίγοι ἀνεβόησαν λέγοντες. Βασιλεῦ καὶ ἡμεῖς Χριστιανοί ἐσμεν, καὶ κατ' αὐτῶν ἀπεφήνατο. Καὶ λαβόντες αὐτοὺς οἱ στρατιῶται, ἀπήγαγον ἐπὶ τοῦ σφαγῆς τόπον, καὶ προσευξάμενος ὁ Ἅγιος καὶ κατασφραγίσας αὐτούς, ὄντας τὸν ἀριθμὸν ἑκατὸν εἴκοσι αὐτὸς πρῶτος ἀπετμήθη τὴν κεφαλήν. καὶ καθεξῆς οἱ λοιποί. *Eodem die* (XIX. Octobris) *Sancti Martyris Sadoth, & CXX. Martyrum, qui cum eo in Perſide vitam profuderunt. Quo tempore apud Perſas regnabat Saborius, hic Sanctus Pater in quadam ejus Regni Provincia Epiſcopus erat, & populum quae ad animarum pertinent utilitatem docebat. Quum autem quoſdam Perſas incautius Sacro Baptiſmate tinxiſſet, apud Regem accuſatus, & ad eum perductus, quoniam induci nullo modo poterat, ut ſolem, aut lunam, aut aquam, aut ignem adoraret, primum quidem virgis caeditur; dein ſcinditur a vertice uſque ad pedum ungues, & avellitur a pelle lorum digiti unius latitudine. Rurſus poſtea boum nervis verberatur, ac ſupra ſpinas, & acutos palos volvitur. Tum in cochleam eum compingunt. Quae omnia magno animo quum perpeteretur, Regem majori furore accendit. Conjectus vero in carcerem, inde iterum ad quaeſtionem revocatur. Sed quum toto corpore ſanus eſſet repertus, capite ſuſpenſus eſt, & toto corpore ſtylis candentibus vulneratus. Et quoniam haec nihili Sanctus faciebat, audiens Regem minantem, ſe omnia ipſius membra diſſipaturum: Confido, inquit, Deo meo, fore ut Chriſtiani reliquias meas inter ſe partiantur; & quicumque Deum in nomine meo invocaverit, ſalutem inveniat. Statim vero lingua ei exciſa eſt. At manus, oculoſque ad Caelum tendens, ac ſecum precatus, vocem audit e Caelo dicentem: Impleta eſt petitio tua, & loquela tibi reddetur; ac renata lingua laudabat Deum. Populi ea ſpectantes, obſtupuerunt, & crediderunt in Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Viri MLXX. tum alii CC. Rex cognita tam multos ad Chriſtum per eum accedere, praecepit, caput illi enſe amputari. Quum autem & alii non pauci conclamarent: Et nos, o Rex, Chriſtiani ſumus: in ipſos quoque ſententiam tulit. Quos adreptos, ad locum caedis milites perduxere. Et quum Sanctus preces effudiſſet, & eos, qui Centum viginti erant, obſignaſſet, prior ipſe capite truncatus eſt, ac deinceps reliqui.* His praeterea verſibus celebrantur.

Σαδὼθ ὁ Θεῖος τὴν κάραν τμηθεὶς ξίφει
Θεοῦ Σαβαώθ, νῦν παρίσταται θρόνῳ
Δεκὰς δεκαπλῆ Μαρτύρων Συμμαρτύρων
Καὶ δὶς δεκαπλῆ θνήσκουσι πληγέντες ξίφει.

Sadoth Divinus capite caeſus gladio;
Dei Sabaoth adſtat nunc Throno
Decas vicibus decem Martyrum Commartyrum,
Et bis vicibus decem moriuntur percuſſi gladio.

Ad diem vero Februarii vigeſimum iſta habent. Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, μνήμη τοῦ Ἁγίου Μάρτυρος Σαδὼκ Ἐπισκόπου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τελειωθέντων τὸν ἀριθμὸν ἑκατονεικοσιοκτώ. Οὗτοι ἐμαρτύρησαν ἐν Περσίδι ἐπὶ τοῦ Βασιλέως Σαβωρίου διὰ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν πάντες ἀποτμηθέντες τὰς κεφα-

κεφαλάς· ἱστορεῖται δὲ ὁ Ἅγιος Σαδὼκ πρὸ τοῦ κατασχεθῆναι αὐτὸν, ἰδεῖν καθ' ὕπνου τὸν πρὸ αὐτοῦ Ἱερομάρτυρα Συμεὼν, ἱστάμενον ἐπὶ κλίμακος ὑψηλῆς, καὶ πρὸς τὴν ἄνοδον ἐγκαλούμενον, δηλοῦντα ὡς ἔοικε τὴν τοῦ Μαρτυρίου ἀνάβασιν. *Eodem die* (xx. Februarii) *Commemoratio S. Martyris Sadoc Epiſcopi, & eorum, qui unacum ipſo mortem ſubjerunt, numero Centum viginti octo. Iſti ſub Sapore Rege in Perſide ob Chriſti fidem omnes capite caeſi, Martyrium compleverunt. Fertur autem, Sanctus Sadoc antequam comprehenderetur, vidiſſe in ſomnis Hieromartyrem Simeonem, qui ipſum praeceſſerat, ſummis inſidentem ſcalis, & ad aſcenſum ſe invitantem, Martyriique ſignificantem progreſſum.* Deinde hoc diſtichon ſubjungitur.

Φέρει σὺν ὀκτὼ, καὶ Σαδὼκ Ἐπισκόπῳ
Ἡ δωδεκαπλῆ, Μαρτύρων δεκὰς ξίφος.
Suſtinet cum octo, & Sadoc Epiſcopo
Duodecies duplicata, Martyrum decas gladium.

Quantum autem a veritate aberret prioris narrationis Author, quiſque tum ex abſona ejuſdem concinnandae ratione, tum ex ipſius cum genuinis Actis, imo & cum elogio ad diem 20. Februarii relato, comparatione haud difficile colliget. Praeterea nec ab haereſi, quam Sancto Sciahduſti impingit, ipſe purgatur, quum eundum S. Martyrem exhibeat de ſe dicentem: *Quicumque Deum in nomine meo invocaverit, ſalutem inveniet.* In ſolo namque Jeſu Chriſti nomine invocari poſſe Deum, & ſalutem inveniri, docet ex Evangelio Catholica Eccleſia.

De iiſdem Sanctis Martyribus agit & Conſtantinus Ghinius in Natal. SS. Canonicorum, & Menologium Graecorum ab Henrico Caniſio editum, ut & Maximus Citherorum Epiſcopus, ad ipſum diem Februarii vigeſimum.

Demum in Synaxario Coptitarum idem feſtum recolitur ad diem xxvi. menſis Emſciri, ſeu 23. Februari, his verbis: ذكر شهادة زادوق والمستشهدين معه وعدتهم مايه ثمانيه وعشرون قديسين. هولاء طالبهم بهرام ملك الفرس بالسجود للشمس. فاجابه القديس زادوق. انني لم انزل من احشا امي اعبد لهذه الشمس الزايله. بل لخالقها. فاجابه بهرام. وهل لهذه الشمس الاه. فقال نعم. وهو الاهنا المسيح والاهها. فامر ان تضرب رقبته. فوقف القديس مبتهلا ومصليا. ثم احنا عنقه المقدس للسياف. فلما ضرب السياف عنقه نزل عليه نور من السما. وراوه الحاضرين فصاحوا نحن باجمعين مسيحيين. فامر الملك بضرب اعناقهم وكملت بذلك شهادتهم. Et in Synaxario Coptitarum.

Commemoratio Martyrii Sanctorum Zaduk, & Centum viginti Sociorum, qui quum juſſi eſſent a Beberamo Rege Perſarum, ut ſolem adorarent, reſpondit ei S. Zaduk: Non prodii ex utero matris meae ad colendum ſolem interiturum, verum ejus Creatorem. Cui Beberamus Rex: Num huic ſoli eſt Deus? Utique, repoſuit Sanctus, & quidem Deus noſter Jeſus Chriſtus, & ſolis Deus. Praecepit itaque Rex, ut capite plecteretur. Stetit autem Sanctus tantiſper orans, atque obſecrans, tum cervicem ſuam ſanctam carnifici ſubmiſit. Quumque ei caput praecideretur, de Caelo immiſſa eſt in ipſum lux, quam conſpicati adſtantes, una voce inclamarunt: Nos Chriſtiani ſumus. Quamobrem vehementer iratus Rex, omnes capite obtruncari mandavit. Atque ita Martyrii palmam adepti ſunt. Mendoſam itidem, atque depravatam eſſe hanc Copticam commemorationem, vel ex eo conjiciet Lector, quod ab anno Chriſti 309. ad 342. quo occubuit Sciahduſtes, rurſus vero ab hocce anno ad 380. nullus intermedius regnaverit Perſarum Rex, ſoluſque Sapor II. qui propterea Longaevus cognominatus, Imperium Perſicum toto hoc temporis intervallo tenuerit. Ejus lapſus.

ܣܗܕܘܬܐ

ܕܫܗܕܘܣܛ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܣܠܝܩ ܘܕܩܛܝܣܦܘܢ ܘܕܡܐܐ ܘܥܣܪܝܢ
ܘܬܡܢܝܐ ܣܗܕܐ ܕܥܡܗ ,

Anno Saporis II. Perſarum Regis 32. Perſequutionis 2. Chriſti 341.

M A R T Y R I U M

SS. SCIAHDUSTIS, Seleuciae, & Cteſiphontis Epiſcopi, & Centum viginti octo Sociorum.

Sciahduſtes Epiſcopus, S. Simeonis Barſaboë viſione ad Martyrium excitatur.

1 SIMEONI interea in Epiſcopatu ᵃSeleuciae, & Cteſiphontis ſufficitur Sciahduſtes. Huic ſanctiſſimo Viro admirabilis aliquando in ſomnis ſpecies objecta eſt, quam quum intueretur ſtupens, repente expergefactus intimis familiaribus Presbyteris, ac Diaconis, quos arcanorum, atque Myſteriorum explanandorum peritos eſſe noverat, hac oratione expoſuit: Videre mihi per quietem videbar ſcalas magnifici, atque ampliſſimi operis, ad Caelum uſque porrectas. Ecce autem in ſummo ſcalarum faſtigio B. Simeon, qui e ſublimi illo loco hilarioribus me oculis intuens, ſic adfatur: Macte, Sciahduſtes, agedum huc conſcendito, quid trepidas? Heri ego, tu hodie hunc in locum es ſubiturus. Ego vero e ſomno excitatus ſtatim intellexi, & velut rem divinitus conſtitutam, mihi ipſi perſuaſi, fore ut per Martyrium virum illum beatum brevi ſim adſequuturus. Quod autem mihi ſubdidit: Heri ego, tu ho-
2 die, ſignificat, illum quidem anno praeterito, me autem ᵇ praeſenti intefectum iri. Ad haec, ut ſuorum animos ad Martyrium acueret, recolenda ajebat, eſſe illa Apoſtoli verba: *Confortamini in Domino, & in virtute potentiae ejus, & induite vos armaturam Dei*. Et illa: *Haec enim facientes, lucetis inter homines, ſicut luminaria, verbum vitae caute retinentes*. Mox deinde his ſimilia adjiciebat: Turpe itaque eſt, adventantem mortem formidare, aut ad ejus adſpectum

Clerum ſuum adhortatur.

Ad Epheſ. 6. 10.

Ad Philip. 2. 15.

ܣܠܝܬܐ ܢܦܫܢ ܡܬܠܝܐ ܫܠܝܐ ܘܡܢܝܚܐ
ܘܡܕܡ ܡܬܬܙܝܥܝܢ ܗܘ ܕܡܬܩܒܠܐ
ܒܐܠܨܐ ܗܘ ܢܬܟܬܫ. ܗܘ ܕܡܢ ܡܛܘܠܬ ܦܬܝܐ ܗܘ
ܢܬܬܢ. ܗܘ ܕܝܢ ܕܡܢ ܒܪ ܡܢ ܥܬܩܐ ܐܬܬܘܝ
ܢܬܢܝܚ ܠܡܘܬܐ ܕܡܬܥܒܕܐ ܕܩܥܝܢܐ
ܘܫܪܒܐ ܕܐܠܗܐ ܩܪܒܢ: ܘܐܝܟܢܐ ܕܐܬܬܢܝ
ܢܝܚܐ ܡܢܬܐ ܓܪܣܝܢ. ܘܐܦ ܐܢܐ
ܠܗܘܢ. ܕܢܦܩܘ ܕܢܦܩܝܢ ܘܡܬܬܠܝܢ
ܠܥܕܡܐ ܕܢܦܐܬ ܗܘܐ ܗܢܐ ܢܬܩܛܠ.

ܡܢ ܚܫܒܐ ܗܘ ܕܡܬܚܙܐ ܕܡܛܠ
ܠܡܢ ܕܡܫܝܚܐ ܕܠܐ. ܘܚܝܠ ܕܡܘܬܐ
ܐܝܟܢܐ ܠܡܢ ܕܡܬܚܙܐ ܘܡܬܐ:
ܣܩܘܒܠ. ܕܒܕܘ ܕܗܘܐ ܕܢܘܗܪܐ ܕܚܝܐ
ܠܢܝܫܐ: ܘܕܒܚܐ ܕܠܐ ܘܐܬܬܢܝܚ
ܕܢܬܬܝܩܪܘܢ ܠܡܘܬܐ: ܘܐܢܐ ܠܟܘܢ
ܐܬܐ ܠܗ ܐܬ ܐܠܗܐ. ܘܒܥܘܬܐ ܕܐܠܗܐ
ܫܡܥ ܕܠܡܐ: ܘܒ ܠܦܘܪܫܢܐ ܘܒ
ܠܡܘܬܐ.

ܕܒܥܝܬ ܠܟܠܝܢ ܕܚܘܝܢ ܡܠܟܐ
ܕܫܠܡ ܐܢܬܘܢ ܗܘܐ ܘܐܬܚܘܝ ܗܘ
ܗܢܐ ܢܝܫܐ ܕܩܕܝܫܐ ܕܪܘܚܐ ܕܐܠܗܐ
ܕܐܢܬ: ܗܪܐ ܡܠܟܐ: ܚܙܝܘ ܐܝܟ
ܘܐܢܘܢ ܠܡܠܟܐ ܕܠܗ ܕܒܚܝܠܗ ܗܘܝ
ܕܠܗ ܕܥܝܢܗ ܘܡܠܬܗ: ܗܘ ܗܘܐ
ܘܕܒܪܐ: ܕܐܬܐ ܗܘܐ ܗܢܐ: ܕܡܢܗ ܕܐ
ܗܘ ܕܡܢܗ ܐܝܟ ܣܠܩ ܥܡܗܘܢ
ܐܢܘܢ: ܘܐܬܢܝܚܘ ܕܝܢ ܕܡܢܗ ܕܡܢܗܘܢ
ܕܡܢܝܚܘܬܐ ܗܠܝܢ: ܘܐܦ ܡܢ ܡܢܗ
ܘܐܬܐܘܬܐ ܕܢܝܚܘܬܐ ܕܡܢܝܢ ܘܡܥܡܪܐ
ܘܡܢ ܡܢܝܢ ܘܡܢܗ ܡܢܝܢ ܕܡܢܗ ܗܘܐ
ܡܢܝܢܗܘܢ ܡܢ ܕܐܬܐ ܘܚܒܫܝܢ ܘܡܥܒܪܐ:
ܘܒܝܬܗ ܕܥܡܠܬܐ ܕܠܗܘܢ: ܘܐܬܢܝܚܘ
ܠܗ ܐܢܫܐ ܚܫܒܐ ܘܡܢܝܢܐ ܢܦܫܐ
ܢܚܫܒܐ: ܘܐܝܟܢܐ ܐܢܫ ܠܟܘܬܒܐ
ܕܡܢܗܘܢ ܘܠܥܒܕܐ ܕܝܢܐ ܘܡܥܒܪܐ ܕܒܝܬܐ
ܥܒܕܐ ܬܠܬܐ ܕܒܝܬ ܐܢܫ ܕܢܦܩܘܢ
ܠܥܡܪܐ: ܗܘ ܡܢܗܘܢ ܗܘܐ ܠܥܠܡܐ
ܕܢܦܩܘܢ ܕܡܠܟܐ: ܕܐܬܐ ܕܢܬܥܒܕܘܢ
ܠܥܡܪܘܢ ܠܐ ܡܝܬܘܬܐ: ܕܝܢ ܕܝܢ ܗܘ
ܡܢ ܥܡܪܘܬܐ ܐܝܟ ܕܡܢ ܠܡܘܬܐ
ܕܡܠܟܘܬܐ

ctum utcumque mente permoveri. Praeclarum namque eſt in vitae quidem diſcrimine poſitos ſtrenue decertare; eos vero, qui extra teli jactum in tuto verſantur, cavere, ne mortis metu trepidare videantur. Pro Chriſto ſiquidem, & pro noſtra veriſſima, certiſſimaque Religione iſta patimur. Quamobrem dum adverſus nos indicitur bellum, dum in jugulum noſtrum mucrones acuuntur, agitedum, rem noſtram augere, & opes colligere ſtudeamus; dumque inter noctis horrorem lucet dies, adcceleremus gradum, ut Regni Caeleſtis compotes effecti, in poſſeſſionem ſempiternae felicitatis veniamus. Atque ego vos interim rogo, obſecroque, ut difficillimum hocce negocium meum veſtris apud Deum precibus, & ſupplicationibus etiam atque etiam adjuvetis, ut quam oblata modo ſpecies futuram portendit, ea maxime ſors mihi fauſte, feliciterque obtingat.

Hem! quam alacri, laetoque animo mortem excepere, quos Sanctus Dei Spiritus agebat! Hem qualem e contrario metum illis incuſſit, qui caeco libidinis ſuae impetu abripiebantur! ſtudioſi, nimirum, & induſtrii mortem inſequebantur, quam quum adſequuti fuiſſent, tunc enimvero ſe beate victuros, arbitrabantur. Ignavi contra, atque inertes illius conſpectum refugere, perhorreſcere, latebras petere, diuturniorem vitam ſtudioſiſſime conſectari. Qui ſancta, videlicet, in Deum caritate flagrabant, ex tenebricoſo carcere corporis hujus expedire ſeſe, ad Deum, quam citiſſime fieri poſſet, avolare enitebantur. Contra qui inſana bujus vitae cupiditate impediebantur, longiſſimam, quam maxime poſſent, in vitam ſervare ſeſe, libertatemque ſuam, contendebant: illi quidem delicias, vitamque immortalem, hi vero miſerias, mortemque interea ipſam amplexantes.

3 Scriptoris animadverſio.

Altero, poſteaquam nos perſequi coepe-

Cum 128. Sociis comprehenditur.

4 coeperat, [a] anno Rex in urbe Seleucia quum verſaretur, comprehenſus eſt Sciahduſtes, vir gravitate, atque integritate morum inſignis; Fidei vero, ac pietatis laude ſpectatiſſimus, cujus nomen *Regis amicum* recte interpreteris. Regem quippe ſupernum unice, atque ex intimis animi ſui ſenſibus dilexit. Capti cum illo ex eadem Urbe, atque ex Caſtellis, locisque finitimis Presbyteri, Diaconi, Clerici [b] & Virgines Sa-
5
6 crae [c] octo & viginti ſupra centum. Omnes in vincula publica ducti, atque in foedum, horribilemque carcerem injecti, ad capitale ſupplicium reſervantur menſibus quinque. Per id temporis intervallum ter e carcere ad quaeſtionem producti, quum ſolem adorare recuſaſſent, verberibus caeſi, duriſſimis clavarum ictibus contuſi, atque vario cruciatuum acerbiſſimorum genere torti fuerunt. Judicibus vero ſpondentibus Regis nomine veniam, & libertatem, ſi quidem imperata feciſſent, communi omnium ſententia Sciahduſtes generoſum hocce dedit reſponſum. Haec veſtro perferenda hero accipite: Una nos univerſos continet, ac ſuſtentat virtus, una veritas, una voluntas. Unam Fidem in unum Deum praedicamus, eidemque ex animo obtemperamus: ut vero ſolem, aut ignem, ab illo conditos, noſtroque commodo, & uſui deſtinatos, colamus; ſive ut contaminata Religionis noſtrae ſanctimonia, impiiſſimae voluntati tuae obtemperemus, nunquam te adſequuturum ſcito. Amove minas; nullus hoc a nobis extorquebit metus. Ferrum expedi, cervicem damus; ſupplicia adaugeto, vitae cedimus: quin, ut hanc ſine mora eripias, etiam atque etiam oramus. Dies, hora ad exitum feſtinantibus nimiae ſunt dilationis: tua, ſcilicet, cunctatione, atque retardatione ad parandam a pietate defectionem abutentibus certum adfers exitium.

Et in carcerē injectus, menſes quinque detinetur.

Plus ſemel diriſſime torquentur.

Sciahduſtes communi omnium ſententia ſolis, & ignis cultum detrectat.

Ad

[illegible]

Ad haec Rex : Niſi protinus depoſita hac pervicacia, imperata feceritis, hanc vobis vivendi horam poſtremam fore ſciatis. Cui Sancti Martyres una mente reſpondent : At tu quidem needum intelligis, quam in Deo, & in Chriſto ejus repoſitam habemus, vitam eripi a nobis nullo modo poſſe. Ille occiſos ad novam nos evocabit vitam, atque ex mortalibus immortales faciet. Inſtrue ſupplicia, ut lubet, acerbiſſima, & ſumma; alacres, laetoſque nunquam non inveniet nos ſuſcepta pro Chriſto mors. Quod reliquum eſt, & pluries nos conteſtati ſumus, non committemus, ut ſolem adorare videamur, aut imperata facere, inferiori animo hominibus certam perniciem paritura. SS. MM. conſtantia.

Tum denique omnes capitis condemnati, juſſi ſunt ad ſupplicium perduci. At Beati Martyres, ut cognovere, ſe ſupremo Regis edicto fuiſſe damnatos, jamque Praefectis latam exſequi ſententiam adproperantibus, inter lictorum [7] manus raptos ſeſe ad ſupplicium videre, laetantium more, conſona, & ſuavi modulatione hunc Pſalmum occinere coeperunt : *Judica Deus cauſſam noſtram, & exige ultionem noſtram ab immiti populo, atque a viris ſanguinem fundentibus, & doloſis erue nos &c.* Poſteaquam vero ad locum ſupplicii extra Urbem pervenerunt, alii alios ſeſe invicem cohortabantur : Gratias, ajebant, Deo maximas habeamus, qui in hanc ſortem nos vocavit, & ipſam, quam dudum praeſtolabamur, coronam nobis largitus eſt. Laudes Chriſto ejus tribuamus, qui nos, ab hujus ſeculi foece ſecretos, ad ſe arceſſivit, noſque, noſtro eruore expiatos, ſuo conſpectu dignos effecit. Nec vero cantus ille continenter audiri deſiit, donec accepto lethali vulnere Martyrium conſummarunt.

Capitis condemnantur.
7
De lata in ſe mortis ſententia laeti, Deū conlaudant.
Pſal. 42. edit. Syr.
Seque invicē cohortantur.

Illuſtris iſte Sanctorum Chorus coronam adeptus eſt Luna [8] vigeſima Februarii. Beatus autem Sciahduſtes vinculis onuſtus ad Huzitarum [9] Provinciam in Urbem Lapetam perductus : ibique data carnifici cervice, pro Chriſto in beata ſua ſpe fortiter occubuit. Martyrii tempus, & locus.
8
9

ADNOTATIONES.

(1) EX Metaphraſte Lipomanus legit *Salec*.

(2) Hinc liquet, Viſionem hanc Sancto Sciahduſti objectam fuiſſe ineunte menſe Octobri, a quo anni initium arceſſunt Chaldaei, & Syri, quorum quidem calculum in hiſce Actis conſcribendis Sanctum Marutham, utpote authorem Syrum, adhibuiſſe, alibi monuimus.

(3) Deeſt apud Lipomanum, alioſque horum Actorum Interpretes haec Scriptoris animadverſio.

(4) Hoc eſt, Menſe Octobri, ineunte anno Chriſtianae Syrorum Aerae 342. vulgaris autem 341. in quem competit alter Perſequutionis annus : cujus quidem ſupputandi ratio alia omnino fuerit, neceſſe eſt, ab ea, quam Syros, & Chaldaeos in anno communi deſignando etiamnum adhibere, diximus, & juxta quam Sanctus Sciahduſtes Martyrii tempus, ſibi a Simeone Bar-ſaboē praedictum, ſuperius interpretatur.

(5) Lipomanus ex Metaphraſte habet *Monachos*, & *Moniales*; Tillemontius vero *Solitarios*.

 (6) Ita

(6) Ita Menologium Baſilii Imperatoris, & Menaea Graecorum ad diem Februarii vigeſimum; at die 19. Octobris centum viginti tantum numerant.

(7) Male ex Metaphraſte Lipomanus, aliique interpretes pro Lictoribus legunt *Rabulas*, ſeu *Doctores*.

(8) Hoc eſt, die VIII. Februarii, in quem anno Chriſti 342. incidit Luna ejuſdem menſis vigeſima.

(9) *Huzitarum* Provinciam perperam Metaphraſtes vocat *Bethuzam*, ut & Lapetam ejus Urbem *Bethlapat*.

ADMONITIO

In Martyrium SS. BARSABIAE Coenobiarchae, & Sociorum.

Monaſtici Inſtituti authores, & in Perſide propagatores.

MOnaſticum Inſtitutum temporibus Saporis II. Perſarum Regis, per Meſopotamiam, Aſſyriam, & Perſidem late jam fuiſſe propagatum, luculentiſſime oſtendunt Acta Sancti Barſabiae Coenobiarchae, aliorumque Monachorum Martyrum, quae in hoc opere exhibentur. Id vitae genus a S. Antonio Magno circa annum Chriſti 305. in Ægypto inſtitutum, mox in Palaeſtina ab Hilarione diſſeminatum, eodem ferme tempore in Meſopotamiam, & Aſſyriam, inde in Perſidem invexerat Aones, ſive Eugenius, ejuſdem Antonii Diſcipulus, qui, teſte Sozomeno Hiſt. Eccleſ. lib. 6. cap. 33., in Phadana domicilium habuit, primuſque apud Syros, perinde ac Antonius apud Ægyptios, author fuit ſolitariae, & arctioris Philoſophiae. Hunc vero, quem Syri per excellentiam ܐܒܘܢ *Abun*, ſive *Avun*, unde Sozomeno *Aones*, hoc eſt, Patrem noſtrum adpellant, primum in Monte Izlenſi apud Niſibim, Meſopotamiae Urbem, Monaſterium condidiſſe, & ſeptuaginta Monachis praefuiſſe, a quibus cetera, quae a Marde ad inferiorem Perſidem ſeculo Chriſti quarto extitere, Coenobia exſtructa fuiſſe, ex Bar-Ebraeo, aliiſque rerum Orientalium Scriptoribus tradit Aſſemanus Bibl. Orient. tom. 3. part. 2. ubi de Monachorum apud Chaldaeos, & Perſas origine, progreſſu, Monaſteriis, Scholis, & Regulis eruditiſſime agit.

Monachorum in rem Chriſtianam promerita.

Quantum autem ad diſſeminandam iis in regionibus Orthodoxam Fidem hujuſmodi profeſſionis homines contulerint, Eccleſiaſtica nos docet Hiſtoria. Non enim ſibi tantum vivebant, ſed &, quum res poſtularet, Eccleſiae curam gerentes, eam qua miraculis, qua ſermonibus, ſuſo etiam ſanguine illuſtrabant. Sic Jacobus ille Magnus, Aonis Diſcipulus, ex altiſſimorum montium verticibus, ubi ſolitariam, & quietam vitam agebat, *in Perſidem ſe contulit, viſurus plantas verae Religionis, & congruentem eis curam exhibiturus*, ut inquit Theodoretus Hiſt. Relig. cap. 1. Sic reliqui Aonis Diſcipuli, & imitatores, a Sozomeno laudati, quos inter recenſendi ſunt Barſabias, & alii Monachi, ſaeviente Sapore Rege Martyres, *Syros fere omnes*, teſte eodem Sozomeno loc. cit. cap. 34. *& ex Perſis, ac Saracenis quamplurimos ad religionem ſuam traduxerunt, & a ſuperſtitioſo daemonum cultu abſtraxerunt*.

Acta S. Barſabiae, & Sociorum Graecis Latiniſque ignota.

Porro Sancti Barſabiae, & Sociorum Acta Martyrii irrito quis conatu cum in Latinis, tum in Graecis Scriptoribus perſcrutaretur; a noſtris etenim Chaldaicis Codicibus primaevam heic hauriunt lucem. Equidem in Martyrologio Romano *Sancti Barſabae in Perſide Martyris*, ad diem XI. Decembris occurrit Commemoratio; at hunc a Coenobiarcha noſtro alium omnino eſſe, ex ipſis Notis, eidem Martyrologio adfixis, plane dignoſcitur. Monet enim ibidem Baronius, Barſabae Martyris eodem die a Graecis memoriam recoli. Verum is, cujus Martyrium eo die Menologium Baſilianum, & Menaea concelebrant, *Apſaeus* nomine, Diaconus dicitur, nunquam vero Coenobiarcha: nec ei Socii adjunguntur. Adeoque non cum noſtro Barſabia, ſed potius cum Barhadbeſciaba Diacono Martyre, cujus Acta infra dabimus, aliquam connexionem habere videtur.

Martyrii tempus.

Quo autem tempore Barſabiae, Sociorumque ejus Martyrium contigerit, id in dubium vocari non poteſt. Acta enim noſtra diſerte tradunt, eodem ferme tempore, quo B. Miles Martyrii lauream adeptus eſt, apud Aſtaharae Urbis Praetorem fuiſſe adcuſatum Barſabiam, ipſius vero, & Sociorum Martyrium in Lunam menſis Junii decimam ſeptimam,

Google

mam, ſive, ut in Codice Nitrienſi II. legitur, ſeptimam incidiſſe. At B. Miles anno Perſequutionis 2. Saporis Regis 32. quem in vulgarem Chriſti annum 341. competere, ſuperius oſtendimus, menſe Novembri, mortem oppetiit: Barſabias igitur cum Sociis anno ſequenti, Perſequutionis, ſcilicet, 3. Saporis 33. Chriſti 342. menſe Junio paſſus eſt.

Porro quum in hiſce Actis Sancto Barſabiae ejuſque Alumnis Martyribus duodecimus adcenſeatur Magus, idemque ſponte ſua ſeſe morti obtuliſſe dicatur; cave, ne proinde tam generoſo Martyri labem aliquam inſpergas. Quamvis enim nemini liceat ſeſe Martyrio objicere; id tamen ſi praecipuo Spiritus Sancti inſtinctu fieri contingat, non temeritati, ſed fortitudini imputandum eſt. Unde quum D. Auguſtinus, lib. 1. de Civitate Dei, variis argumentis probaſſet, neminem vel etiam ob pudicitiam ſervandam debere ſibi mortem conſciſcere; aliter nihilominus fieri poſſe Dei mandato agnoſcit cap. 26. *Quum*, inquit, *Deus jubet, ſeque jubere ſine ullis ambagibus intimat, quis obedientiam in crimen vocet? Quis obſequium pietatis adcuſet?... Qui ergo audit, non licere ſe occidere, faciat, ſi juſſit cujus non licet juſſa contemnere, tantummodo videat, utrum Divina juſſio nullo nutet incerto*. & ſuperius cap. 21. de Samſone, qui ſeipſum cum Philiſtaeis interemit, loquens: *Latenter*, ait, *Spiritus Sanctus hoc juſſerat, qui per illum miracula faciebat*. Atqui praeclarum hunc Magum nonniſi ſpeciali Spiritus Sancti impulſu actum, ſeſe lanienae tradidiſſe, extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt. Primo etenim ei Divinitus objicitur viſio; inde ejus mens lumine fidei actutum illuſtratur: ac demum ea ſola viſionis ſpecie permotus S. Barſabias Magum, ceu ex Diſcipulis ſuis unum, carnificibus in fidei teſtimonium jugulandum porrexit.

Praeclarum Magi facinus vindicatur.

Morti ſeſe objicere qui liceat?

ܣܗܕܘܬܐ

ܕܒܪܫܒܝܐ ܪܝܫ ܕܝܪܐ ܘܕܥܣܪܐ ܕܥܡܗ ܘܕܡܓܘܫܐ : ܗܘ̇ܝܢ ܠܡܛܪܢ.

MARTYRIUM

SS. BARSABIAE Coenobiarchae, & decem ejus Sociorum; Necnon cujuſdam Magi.

Anno Saporis II. Perſarū Regis 32. Perſequutionis 2. Chriſti 341.

ܒܗ ܒܙܒܢܐ ܗܘ ܕܡܝܠܣ ܠܣܗܕܘܬܐ
ܐܬܟܠܠ : ܒܪܫܒܝܐ ܚܕ ܐܝܬ ܗܘܐ ܒܐܬܪܐ
ܕܦܪܣ ܕܪܝܫܗ ܗܘܐ ܠܕܝܪܐ : ܘܥܡܗ
ܗܘܘ ܥܣܪܐ ܐܚܐ ܝܚܝܕܝܐ ܬܠܡܝ̈ܕܘܗܝ
ܘܐܬܐܟܠ ܩܪ̈ܨܘܗܝ ܡܢ ܐ̈ܢܫܐ ܪ̈ܫܝܥܐ
ܘܒܝ̈ܫܐ ܩܕܡ ܡܘܗܦܛܐ ܕܐܣܛܚܪ
ܡܕܝܢܬܐ ܟܕ ܐܡܪܝܢ ܗܘܘ : ܕܠܐ̈ܢܫܐ
ܣ̈ܓܝܐܐ ܡܛܥܐ ܘܡܠܦ ܚܪܫܘܬܐ ܡܛܠ
ܟܠܗ̇ܝܢ : ܘܡܠܦܢܘܬܐ ܕܡܓܘ̈ܫܐ ܒܡܠܦܢܘܬܗ
ܥܩܪ : ܘܥܒܕ ܐܝܟܢܐ ܠܗ ܘܠܐ̈ܢܫܐ ܕܒܝܬܗ
ܕܢܬܦܢܘܢ ܐܝܟ ܟܕ ܐܬܚܫܒ ܠܡܬܗ :
ܘܫܕܪ ܡܪܙܒܢܐ ܘܐܚܕ ܐܢܘܢ ܐܝܟ
ܠܟܠܗܘܢ ܒܝܕܐ ܕܐܦ ܒܡܘ̈ܢܝܗܘܢ
ܒܐ̈ܣܘܪܐ ܕܦܪܙܠ : ܘܫܩ̈ܘܗܝ ܘܪ̈ܓܠܝܗܘܢ
ܘܕܝ̈ܕܝܗܘܢ ܒܫܘܠܛܢܐ ܕܒܪ : ܘܗܘܣܦܝ
ܒܣ̈ܓܝܐܬܗܘܢ

EODEM ferme [1] tempore, quo B. Miles Martyrii laurea redimitus eſt, apud Aſtaharae [2] Urbis Praetorem ab hominibus nefariis, & ſceleſtis adcuſatus eſt Sanctiſſimus BARSABIAS, qui cuidam in Perſide Coenobio praeerat, decemque diſciplinae ſuae alumnos obtinebat. Plurimorum, oblatrabant delatores, hic hominum mores corrupit; veneficam praeterea artem docet, atque inſtituta Magorum, ſua paullatim inducturus, convellere ſtudet. Quamobrem Praetor, miſſis ſatellitibus, Barſabiam & ejus alumnos comprehendi, vinculiſque conſtrictos ad Praetorium perduci jubet. Hic vero omnes ſuppliciorum acerbitates experti ſunt. Commiſſuta in primis

1 Barſabias cum decem Monachis apud Praetorem adcuſatus.

2

Ad Praetoriū perducti, diriſſime caeduntur.

mis clavarum ictibus genua, fuſtibus contrita crura, brachia, & coſtae, nares inſuper, aures dilaceratae, & contuſi oculi.

Conſentes in Fide morti adjudicantur.

Quum autem immanis Judex Martyres in ea membrorum laniena, saeviſſimos inter cruciatus, non modo non ſuccubuiſſe, ut Deum ſuum ejurarent, aut a vera Religione deſciſcerent; ſed nec vultum, nec oris habitum mutaſſe cerneret, edixit, ut confeſtim extra Urbem deducti necarentur. Martyres vero ad ſupplicii locum rapti inter circumfuſam populi multitudinem, inter lictorum manus Hymnis, & Pſalmis Deum jugiter conlaudabant.

Hymnis, & Pſalmis Deũ conlaudant.

Magus, perſpecta luce, Martyrũ corporibus incubante, reſipiſcit.

Adeidit interea, ut inchoata jam Sanctorum caede, Magus quidam, & ejus uxor, jumento inſidens, cum duobus filiis, aliiſque familiaribus per id temporis ab urbe profecti, propter eum locum tranſirent. Magus confertam illuc hominum turbam conſpicatus, ut tantiſper procederent Sociis edixit, donec ipſe, quidnam ſibi vellet ille populi concurſus, exploraret. Quum itaque equo vectus, ſervo praecunte, per frequentem multitudinem eo irrupiſſet, propior Martyribus factus, conſtitit. Interim praeclarus ille Coenobiarcha ſuavi, & jucundo concentu Pſalmos modulabatur, ſuoſque alumnos non modo ad necem adcendebat; ſed, ut quiſque ad ſupplicium deſtinabatur, ipſum manu adprehenſum, carnificibus jugulandum tradebat. Hoc ſpectanti, ſtupentique Mago objecta inſuper, Deo oculos ejus aperiente, admirabilis viſio. Cernere namque ſibi videbatur ignem quemdam in Crucis figuram conformatum, mira luce micantem, caeſorum Martyrum corporibus inſidere. Ea ſpecie vehementer perculſus, atque conterritus, ex equo protinus deſiliit, mutatiſque cum ſervo veſtibus, in medium progreſſus, viſum a ſe portentum Monachorum Praefecto in aurem

ܘܐܬܓܠܝܢ ܠܡܓܘܫܐ. ܡܛܠ ܕܗܦܟ ܕܐܬܚܙܝ
ܕܡܢܟܘܢ ܗܘܐ ܗܢ̄ ܘܡܫܒܚܐ ܘܡܘܕܝܢܐ
ܐܬܓܒܝܬ.
ܘܡܛܘܠ ܕܝܢ ܠܡܠܟܐ ܗܐ ܐܡܪ ܡܛܠ
ܣܘܐ ܐܢܫ ܕܝܕܥ ܕܕܝܠܢ ܗܘ: ܘܬܠܡܝܕ ܕܩܝܡܬܟܘܢ
ܐܢܐ ܗܘ ܐܚܝܕ ܘܡܘܟܟ ܠܡܓܘܫܐ ܘܠܐ ܢܟܦ
ܡܢ ܩܛܠܐ. ܘܡܫܬܪܐ ܐܢܐ ܗܘ ܕܢܣܒܬ
ܐܬܩܛܠ. ܘܡܢܟܘܢ ܕܝܠܟܘܢ ܐܬܩܛܠ ܗܘܐ
ܕܡܬܦܠܓܐ: ܣܓܝܐܐ ܕܝܢ ܕܐܬܦܩܕܬ
ܒܢܝܐ ܡܓܘܫܐ ܐܬܦܩܕܬ. ܠܩܕܡܝܟܘܢ
ܕܝܢ ܐܝܟ ܐܝܟ ܠܡܕܝܢܬܐ ܘܠܗ ܐܢܫ
ܒܢܝܢܐ ܕܝܢܘܬܐ ܐܠܗܐ ܕܡܩܛܠܝܢ ܐܝܟ
ܕܠܚܡܐ ܘܕܘܟܬܐ ܕܡܫܒܚܐ. ܘܠܩܕܡܝܟܘܢ
ܐܝܟ ܗܘܐ ܒܢܝܐ ܘܡܩܛܠܝܢ ܕܝܢܝܢ.
ܘܡܢ ܒܬܪ ܗܕܐ ܐܬܕܒܚ ܟܡܐ ܒܢܝܢܗ
ܕܠܗ ܕܥܡܗ ܡܢܝܢ. ܘܗܘܐ
ܕܡܘܡܬܐ ܢܝܫܐ ܒܢܝܐ ܘܡܢ ܠܥܠ ܗܘ
ܡܢܐ ܕܝܢ ܒܗܘ ܒܠܒܗ ܡܬܩܛܠ
ܡܫܬܐ ܗܘܐ: ܘܡܛܠ ܐܢܫ ܐܠܗܘܢ
ܢܘܡܣܐ ܕܫܡܗܘܢ ܐܬܦܩܕܘ.
ܐܬܩܛܠܘ ܕܝܢ ܡܢܝܢܐ ܒܝܘܡܐ
ܚܡܫܐ ܥܣܪ ܒܚܙܝܪܢ.

aurem exponit, mox ſubdit. Alia haec, atque plane diverſa ab his, quae fiunt ſpecies mihi videbatur, per quam, arbitror, me a Deo veſtro delectum fuiſſe, ut ejuſdem Fidei teſtis vobiſcum occumbam; quoniam unum jam Deum hunc veſtrum ego praedico, & intimis quidem animi mei ſenſibus, profiteor. Quandoquidem autem nemo ſcit, me veſtrum non eſſe ſodalem, tuique Inſtituti alumnum, agedum, ſeverum, ac immitem in me animum indue, meque, ſicuti ceteros, adprehenſa manu, lictoribus necandum dedito, utpote qui voluntariam vobiſcum mortem ſubire, etiam atque etiam percupiam, vobiſcum, inquam, qui eſtis populus ſanctus, verus, & fidelis. Dicenti adnuit Barſabias, admirabili relatae viſionis ſpecie maxime permotus, Magumque, uti ceteros, adprehenſa manu, poſt Monachorum ſuorum nonum carnificibus, rem plane ignorantibus, jugulandum porrexit. Huic ad necem ſucceſſit undecimus. Poſtremus demum, reliquis peremtis, & ipſe Coenobiarcha carnifici cervicem praebuit. Sic duodenario Martyrum numero cumulum, finemque impoſuit Magus. Caeſorum capita in urbem delata, in delubro Nahitidis [3] Deae Perſarum, ad populi terrorem pependerunt. Cadavera vero feris, alitibuſque relicta ſunt.

Ejus confeſſio.

Juxta votum ſuum, carnificibus jugulandus traditur.

Barſabias omnium poſtremus obtruncatur.

3

Non multo poſt praeclarum Magi facinus reſciri coepit, quod mox per univerſam provinciam quamcitiſſime pervagatum, ſumma cum omnium admiratione exceptum eſt; plurimoſque, ut Chriſto nomen darent, & veram Religionem ſuſciperent, permovit, in quibus ipſius Magi uxor, filii, atque familiares, qui Chriſtianis ſe ritibus imbuendos tradiderunt; tum ſacris aquis expiati, per totam late vitam ſummo Dei timore Religionem conſtantiſſime coluerunt.

Ex praeclaro Magi facinore plurimi Chriſtiana Sacra capeſſunt.

Iſtorum porro Sanctorum Martyrium incidit in diem [4] decimum ſeptimum Lunae menſis Junii.

Martyrii tempus.

4

ADNOTATIONES.

(1) IN Codice Chaldaico Nitrienſi Vaticano I. deſideratur Martyrii hujus initium, quod tamen ex Codice item Nitrienſi Vaticano II. ſupplendum curavimus.

(2) Pro *Aſtabara*, puto legendum *Aſtachara*, urbs Perſiae alias maxima, juxta fluvium Bendemir, prope ruinas antiquae Perſepolis, de qua haec Abulpheda Tab. Geogr. num. 323. *Aſtachara eſt urbium Perſidis antiquiſſima. Ibi olim ſedes Regis fuit. Ibidemque hodie cernuntur magnifica aedificiorum veſtigia: diſtat a Siraphe duodecim paraſangis.*

(3) *Nabitidis*, ideſt, Veneris. Quamquam enim Diam *Nabitis*, ſive *Anaitis* Lydis, teſte Plinio lib. 33. cap. 4. dicta fuerit, attamen a Perſis nonniſi Venerem eo nomine cultam fuiſſe, tradit Agathias Scholaſticus lib. 2. ex Beroſo Babylonio, & Athenocle, & Symmacho, qui anti-

antiquiſſimas Aſſyriorum, Medorumque res adcurate conſcripſerunt. Praeter obſceniſſima ſacrarum feſta, quae in hujus Deae honorem olim peragebantur, de quibus Bochartius Geograph. Sac. lib. 4. cap. 19. & Pauſan. lib. 3. Armeni praeſertim ejuſdem Deae miniſterio filias etiam dedicabant, quae, inibi corpora pudicitia in vulgus data, velut inde auguſtiores factae, mox tradebantur viris, quorum nemo conjugia ejuſmodi alacriter non admittebat. Vide Strab. lib. 11.

(4) In Codice Nitrienſi II. coronati dicuntur *Luna ſeptima menſis Junii*. Luna vero Junii XVII. anno Chriſti 342. ad quem S. Barſabiae, & Sociorum mortem revocavimus, in Solarem ejuſdem menſis diem III. competit.

ADMONITIO

In Martyrium SS. NARSETIS Epiſcopi, & Sociorum.

Acta Graecis olim nota, & ab iiſdem vitiata.

ACta SS. Narſetis Epiſcopi, & Sociorum, quae nullibi, niſi in Codice noſtro Chaldaico Nitrienſi Vaticano I. reperire licuit, Graecis potiſſimum Martyrologis nota fuiſſe, & ab iiſdem de more vitiata, conjici quidem poteſt ex eorundem Martyrum Elogiis, quae in Menologio, Baſilii Porphyrogeniti Imperatoris juſſu edito, ad diem Novembris vigeſimam referuntur.

Narſetis Epiſcopi, & Joſephi memoria in Menologio Baſiliano.

Ibi etenim primum laudantur *Nerſas*, qui idem ac Narſes, Epiſcopus, & Joſephus ejus Diſcipulus, hiſce verbis. *Certamen Sanctorum Nerſae Epiſcopi, & Joſephi ejus Diſcipuli, qui in Perſide Martyrium ſubiere. Iſti Sancti in Perſide habitabant, ſingulari virtute praediti, Deumque verum timentes, qui fecit Caelum & terram, & mare & omnia, quae in eis ſunt, & ſecundum ejus mandata ambulantes, & Nerſas quidem primum Epiſcopus fuit, & populum ad pietatem hortando, complures Diſcipulos fecit, in quibus fuit & Joſeph, qui poſtea ob eodem Nerſa ob inſignes virtutes Epiſcopus eſt ordinatus. Quum igitur ab atheis Perſis, quod populum ab errore ad virtutem converterent, comprehenſi ſunt, tunc Nerſas octoginta annorum erat & Joſeph octoginta quinque. Adducti vero ad Regem: Si, inquiunt, o Rex, nos ſepties occiſos ad vitam revocaveris, non poteris tamen ab amore Chriſti abducere. Quum haec dixiſſent, accepta gladii ſententia, alacri animo occubuere.* Ubi, ut vides, omnia Actis noſtris adprime reſpondent, ſi quae de Ordinatione Joſephi in Epiſcopum, deque decrepita ejus aetate proferuntur, emendaveris.

Itē Johannis, Saporis, Iſaacii Epiſcoporum, Papae, Iſaac Presbyterorum, & Uhanam Clerici.

Deinde *Johannes*, *Sapores*, & *Iſaacius* Epiſcopi, quos inter Antiſtites, ſaeviente Sapore Rege, Martyres recenſet Suzumenus Hiſt. Eccleſ. lib. a. cap. 13. necnon *Papa*, & *Iſaac* Presbyteri, & *Vbanam* Clericus. Verum praeterquamquod in genuinis Actis, juſſu Ardaſciri, non vero Saporis Regis, Johannes gladio caeſus, & Sapores aerumnis ac pedore carceris confectus, Martyrii palmam obtinuiſſe dicuntur; pro *Sapore* obrepſit *Saborius*, pro *Papa*, quod nomen Chaldaeis familiare eſt, *Dapius*, & *Onam Aſceta* pro *Vbanam* Clerico. *Eodem die Certamen Sanctorum Joannis, Saborii, & Iſaacii Epiſcoporum, Dapii, & Iſaacii Presbyterorum. Iſti quoque Sancti in Perſide Epiſcopi munus ſuum diligenter obibant, populum docentes, errorem Perſarum depellere ſatagentes, vehementique oratione demonſtrantes, nequaquam Deos eſſe Idola Solem, & Ignem, ſed opera & famulantia non Deo tantum, ſed etiam hominibus; ad noſtrum enim miniſterium haec facta eſſe, unumque Deum illa produxiſſe. Delati ergo ad Regem ſunt: qui furore percitus, miſſis militibus illos comprehendi juſſit. Vincti autem, & ad ejus tribunal adducti, nudatique, virgis caeduntur, atque deplectuntur. Quumque Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum non modo non abnegarent, verum etiam Deum verum, eumque erroris Perſarum everſorem profiterentur, Tyranni juſſu, extra Vrbem una cum Sancta Onom Aſceta lapidibus obruti ſunt.*

Et Guhſciatazadis Eunuchi, Saſannis, & aliorum.

Demum ſubjunguntur *Gubſciatazades* Eunuchus, qui perperam *Boethazat* vocatur, *Saſannes*, & reliqui Martyres, hoc encomio. *Eodem die Certamen Sanctorum Boethazat Eunuchi, & Saſannis, & Sociorum virorum ac mulierum. Iſti etiam in eadem impia, & Idololatriae dedita iniquorum Perſarum regione claruere. Et Boethazat quidem a prima aetate Chriſtianus, correptus, quum ſoli, ignique ſacrificare nollet, juſſu Regis Perſarum, una cum Sanctis poſt mille tormenta, & cruciatus interemtus fuit. In horum numero Thecla, & Anna Sanctimoniales, & plures aliae feminae plurima pro Chriſto perpeſſae, quum vehementius impii*

Digitized by Google

pii Regis immanitatem & ſtultitiam redarguiſſent, capite plexae ſunt. Similiter & tres Virgines gladio caeſae occubuere: ex quarum ſanguine enata ficus, curationum donum Fidelibus dedit, morbum omnem, languoremque depellens; donec athei, & impii Manichaei ob Divinorum, quae edebantur, miraculorum frequentiam invidia ſtimulati, illam ſucciderunt. Hac autem Virgines, quarum ſubticet nomina Menologium, & ex quarum ſanguine rigata humus ſalutiferam protulit ficum, in Actis noſtris recenſentur quatuor, *Tatbuna*, nempe, *Mama*, *Mazachia*, & *Anna*.

Menologium Baſilii contraxerunt Graeci in ſuis Menaeis ad eundem Novembris diem vigeſimum, in haec verba, Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, μνήμη τῶν Ἁγίων Μαρτύρων Νυρσᾶ Ἐπισκόπου, καὶ Ἰωσὴφ μαθητοῦ αὐτοῦ, καὶ ἑτέρων σὺν αὐτοῖς τελειωθέντων ἐν Περσίδι. Τούτων ὁ μὲν Ἐπίσκοπος Νηρσᾶς, ἦν ἐτῶν ὀγδοήκοντα. Ὁ δὲ Ἰωσὴφ καὶ αὐτὸς τῇ τοιαύτῃ ἀξίᾳ τετιμημένος ὑπῆρχεν ἐτῶν ὀγδοηκονταεννέα, μεθ' ὧν καὶ ἕτεροι Ἐπίσκοποί τε καὶ Ἱερεῖς καὶ τῶν ἐκ τοῦ ἰδιωτικοῦ τάγματος, καὶ παρθένοι γυναῖκες ἀσκήτριαι διαφόρως δοκιμασθέντες. καὶ ἐν διαφόροις κολάσεσιν ἐτασθέντες. τὸν τοῦ μαρτυρίου ἀπηνέγκαντο στέφανον. *Eodem die Commemoratio Sanctorum Martyrum Nyrſae Epiſcopi, ejuſque Diſcipuli Joſephi, & Sociorum, qui cum eo in Perſide mortem obierunt. Horum quidem Nerſas Epiſcopus annorum erat octoginta, Joſeph vero, eadem & ipſe candecoratus dignitate, octoginta novem; quibuſcum alii etiam Epiſcopi, & Sacerdotes, & inferioris Ordinis adminiſtri, feminae quoque, Virgines Moniales varie tentatae, diverſiſque cruciatae tormentis Martyrii coronam retulerunt.* Tum hocce Diſtichon adjicitur. In Menaeis Graecorum.

Θνήσκουσιν ἄμφω Νιρσᾶς Ἰωσὴφ ἅμα
Φόνῳ μαχαίρας, ὡς Ἀπόστολος λέγει.
Moriuntur ambo Nirſas, Joſeph ſimul
Caede gladii, ut Apoſtolus ait.

In Martyrologio autem Romano Narſes Epiſcopus *Narſa* audit; ejuſque & Sociorum commemoratio ad eundem Novembris diem vigeſimum his paucis verbis inſtituitur: *In Perſide Paſſio Sanctorum Narſae Epiſcopi, & Sociorum.* In Martyrologio Romano.

Porro Narſetem & Joſephum anno Saporicae Perſequutionis quarto, in quem recta competit annus Chriſti trecenteſimus quadrageſimus tertius, Luna vero Novembris decima, quae in ſolarem ejuſdem menſis diem IX. eo anno incidit, Martyrio perfunctos fuiſſe, ex Actis noſtris inconcuſſe evincitur. Perperam itaque in laudatis Martyrologiis eorum Martyrii dies Novembris vigeſima adſignatur. Ceteri autem Martyres, quorum Acta, ea, quam ex hiſtoria obtinuit, ingenuitate ſe conſcripſiſſe, teſtatur ad calcem Maruthas, quum variis in locis Martyrium ſubjerint, diverſis quoque diebus, & menſibus, quamquam eodem anno, eos neci fuiſſe traditos, veriſimile eſt. Excipiendi tamen ſunt Sapores, & Iſaacius Epiſcopi, quos, ex fuſioribus eorumdem Actis, in Adpendice ad hujus Perſequutionis Hiſtoriam ex Codice Chaldaico Nitrienſi Vaticano II. a nobis exhibendis, conſtat, anno Saporis Regis trigeſimo, Chriſti 339. una cum Mahane, Abrahamo, & Simeone Martyres occubuiſſe. Martyrii tempus.

ܣܗܕܘܬܐ

ܕܢܪܣܝ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܝܘܣܦ ܬܠܡܝܕܗ ܡܢ ܫܗܪܩܪܬ ܡܕܝܢܬܐ ܕܒܝܬ ܓܪܡܝ.

MARTYRIUM

SS. Narsetis Epiſcopi, & Josephi ejuſdem Diſcipuli; Ex Urbe Sciaharcadata Provinciae Beth-Garmaeae. Necnon Aliorum XX. Martyrum,

Anno Saporis II. Perſarum Regis 34. Perſequutionis 4. Chriſti 343.

ܒܫܢܬ ܐܪܒܥ ܕܪܕܘܦܝܐ ܐܬܐܚܕ ܗܘܐ
ܢܪܣܝ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܫܗܪܩܪܬ ܡܕܝܢܬܐ
ܘܝܘܣܦ ܬܠܡܝܕܗ: ܟܕ ܡܠܟܐ ܒܗ ܗܘܐ
ܒܟܪܟܐ:

Anno Perſequutionis noſtrae quarto, comprehenſi ſunt Narses, urbis [1] Sciaharcadatae Epiſcopus, & Josephus [2] ejuſdem Diſcipulus, Narſes Epiſcopus, & Joſephus ejus Diſcipulus comprehenſi. 1 2

N

pulus, quum Rex per eos dies in eadem urbe verſaretur, & continuo ad Principis conſpectum rapti; quos ille contemplatus, converſa ad Narſetem oratione. Quid hoc eſt? ait, qui non admirer venerandam iſtam canitiem tuam, tuique alumni decoram [3] juventutem? Equidem animo commoveor, dum cogito, futurum ut haec oris gratia, hic frontis decor laceratus, depereat, voſque acerba morte praerepti, ad Inferos deſcendatis. Quocirea mihi, optime in rem veſtram conſulenti, morem gerere, ne vos, quaeſo, pigeat, ſoliſque ſacra ſuſcipere. Quod ſi modo praeſtiteritis, ampliſſima vobis ego rependam praemia; Mirum etenim in modum me haec forma, totiuſque corporis concinnitas delectant.

Ad ejurandā Chriſti Fidem blanditiis fruſtra tentātur.

3

Cui Beatus Narſes: Blanda iſthaec oratio nobis adcidit admodum injueunda, & permoleſta, dum fucato, atque inſidioſo hoecce praeloquio nos circumvenire, atque a gradu, & honore, quos hactenus obtinuimus, ad ignominiam ſeculi hujus, quo nihil fluxum, nihil eaducum magis, per vim dejiecre paras. Et ſi tu in eo gloriam tuam ponis, illudque oſtentas, perinde ac ſi totum tibi fuerit conceſſum, tu ſolus illud obtineas, ipſoque pro libito perfruaris: adeo non intelligis, futurum quandoque, ut a te, velut dormientis inſomnium avolet, &, ſicut antelucani temporis ros contabeſcat? Quod mea intereſt, ſenex ſum, octogenario major, atque per omnem vitam uno, perpetuoque tenore Deo ſumma religione ſervivi; & nunc ſuperos etiam atque etiam oro, ut tantum malum avertant, ne ab hoc pietatis ſtudio diſcedam, datamque Deo fidem prodam, eoque poſthabito, ſolem, rem ab illo conditam, adorem, ipſique anteponam.

SS. Martyrum conſtantia.

Tum vero Rex: At vos, inquit, ut mihi videmini, prorſus inauſpicato veniſtis. Niſi imperata feceritis, quantocius

Capitali ſententia ambo condemnati.

[illegible]

ܡܦܩ ܡܦܩܢܐ ܠܟܘܢ ܠܡܦܩܬܐ ܗܘ ܕܩܛܠܐ
ܡܬܦܢܐ ܗܘܐ ܐܚܪܢܝܬ ܬܢܝܢܘܬ ܢܪܣܝ
ܘܐܡܪ ܟܕ ܡܠܟܐ ܗܘ ܡܠܟܐ ܚܕ ܙܒܢ ܗܘܐ
ܠܟܘܢ ܚܝܐ ܢܣܒܬ ܘܐܦ ܬܘܒ ܠܗ ܐܢܬ
ܡܠܟܐ ܡܫܟܚ ܗܘܝܬ ܫܒܥ ܙܒܢܝܢ ܬܩܛܘܠ
ܘܬܐܚܐ ܠܢ ܠܐ ܝܕܥܬ ܫܒܥ ܙܒܢܝܢ ܬܩܛܘܠ
ܠܟܘܪܣܝܐ ܕܐܠܗܐ ܠܐ ܢܫܬܡܥܘܢ.

ܦܩܕ ܡܠܟܐ ܗܘ ܒܗ ܒܫܥܬܐ
ܕܢܬܩܛܠܘܢ ܘܐܬܚܝܒ ܕܢܩܛܠܘܢ ܕܢܦܩܘܢ
ܘܐܡܪ : ܦܘܩܘ ܐܢܘܢ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ
ܟܕ ܢܦܩܝܢ ܗܘܘ ܡܢ ܡܫܪܝܬܐ ܟܢܫܐ
ܣܓܝܐܐ ܢܦܩܘ ܒܬܪܗܘܢ ܕܢܚܙܘܢ
ܕܡܬܩܛܠܝܢ : ܡܛܠ ܕܢܚܙܘܢ ܩܛܠܗܘܢ.
ܘܟܕ ܡܛܘ ܠܕܘܟܬܐ ܕܡܬܩܛܠܝܢ
ܗܘܐ ܚܙܐ ܢܪܣܝ : ܐܬܟܢܫ ܥܡܐ ܣܓܝܐܐ
ܠܡܚܙܝܗ ܘܚܙܐ ܐܢܘܢ ܕܩܝܡܝܢ.
ܘܣܒܐ ܐܦܣܩܘܦܐ ܢܪܣܝ ܢܪܣܝ
ܗܘܐ ܟܕ ܚܙܐ ܗܘܐ ܠܥܡܐ ܣܓܝܐܐ
ܕܡܬܟܢܫ ܘܩܪܐ ܠܗ ܝܘܣܦ ܬܠܡܝܕܗ.
ܘܐܡܪ ܐܦܣܩܘܦܐ ܝܘܣܦ ܟܕ ܚܙܐ
ܗܘܐ ܥܡܐ ܣܓܝܐܐ : ܐܡܪ ܠܗ
ܘܐܡܪ ܗܘܐ ܗܘ ܠܗ ܡܠܟܐ ܢܣܒ ܟܕ ܚܝܐ
ܡܢ ܥܠܡܐ ܠܗ ܐܢܫܐ : ܡܛܠ ܕܐܢܬ
ܩܘܡ ܐܢܬ : ܘܚܙܝ ܠܗܘܢ ܘܫܒܘܩ
ܢܙܠܘܢ ܠܗܘܢ.

ܗܝܕܝܢ ܐܦܣܩܘܦܐ ܢܪܣܝ ܢܪܣܝ
ܗܘܐ ܥܠܘܗܝ ܕܚܕܝ ܗܘܐ ܘܐܡܪ ܠܗ
ܡܢ ܐܢܬ ܟܕ ܫܩܠܬ ܢܪܣܝ ܕܢܩܛܠܘܢ
ܗܘܘ ܟܠܗܘܢ ܕܩܛܠܝܢ ܕܠܝܬ ܐܢܫ
ܡܠܟܐ ܢܣܒܝ.

ܗܝܕܝܢ ܡܚܘܐ ܢܦܩܘ ܠܗܘܢ ܢܣܒ
ܐܬܩܛܠܘ ܬܪܝܗܘܢ ܐܦ ܗܘ ܢܪܣܝ ܢܪܣܝ
ܗܘܐ ܕܝܘܡܐ ܕܐܬܩܛܠܘ ܕܢܦܩܘ
ܡܛܘ ܠܗ.

ܘܗܘ ܐܦܣܩܘܦܐ ܢܦܩ ܠܗܘܢ ܢܦܩܘ
ܐܬܩܛܠ ܒܗ ܒܝܘܡܐ ܕܡܫܬܒܩ
ܕܡܠܟܐ ܢܣܒܝ.

ܐܘܣܦ ܐܝܠܝܢ ܚܕ ܡܢܐ ܐܬܩܛܠ
ܟܕ ܐܬܟܢܫ ܡܢ ܐܢܫ ܡܢ ܟܠܗܝܢ
ܕܒܝܬ ܐܢܘܢ ܕܡܬܩܛܠܝܢ ܗܘܘ ܟܢܫܐ
ܕܡܬܚܙܝܢ :

tocius ad ſupplicium vos trahi, jubebo. Cui rurſus Narſes: Si,o Rex, poſtquam ſemel nobis vitam abſtuleris, denuo illam exſtinctis reſtituere poſſes, atque repetita in hunc modum nece, ſepties erepturus eſſes; non tamen adſequereris, ut a Deo noſtro divelleremur, tibique ullatenus conſentiremus. His dictis, illico capirali ſententia ambo condemnati, ad locum ſupplicii duci juſſi ſunt. Per id temporis Rex in [4] Manſione, quae *Sepea* dicitur, morabatur. Quum itaque extra caſtra producti ad ſupplicium raperentur, ingens hominum multitudo eos conſequuta eſt, ipſorum necem ſpectatura. Jamque ad locum ſupplicii venerant, & Narſes circumfuſum undique populum fixis oculis circumſpectabat, quum Beatum Epiſcopum Joſephus, ipſius alumnus, hunc in modum interpellat: Heus venerande ſenex, quorſum multitudinem iſtam contemplaris? Vides, ut illi ſuſpenſo gradu, fixiſque te oculis intuentur? Praeſtolantur, ſcilicet, ut de more abeundi licentiam ipſis impertias, dum tuam tu repetis domum.

Gratulatoria B. Narſetis ad Joſephum Oratio.

Tum vero ſenex hilarioribus oculis Joſephum intuens, ſtupenſque, illum amplexus oſculabatur, &: O te Beatum, ajebat, mi immaculate Joſeph, quoniam paratas tibi a mundo inſidias egregie diſcuſſiſti; nunc vero laeta fronte Caeleſtis regni anguſtam portam intraſti! Continuo Joſephus carnifici cervicem dedit; mox illum illuſtris ſenex eodem exitu ſequutus eſt. Ambo die decima Lunae Novembris.

Martyres occumbunt.

Itē Johannes Epiſcopus.

Eundem finem ſortiti ſunt JOHANNES [5], Epiſcopus Oppidi [6] Beth-ſeleuciae, qui in Caſtello Beth-Haſeita, juſſu Ardaſciri [7] Reguli, ſeu Praeſidis Hadiabi, interfectus eſt. 5 6 7

Sapores Epiſcopus.

SAPORES, Oppidi cujuſdam Beth-Seleuciae Epiſcopus, aerumnis, ac pedore carceris confectus, occubuit. Quod quum ei ... Pra...i a cuſtodibus carceris

ceris renunciatum fuiſſet, fraudem ſuſpicatus, ut mortuo caput abſcinderent, illudque ad ſe deferrent, imperavit. Quod illi continuo praeſtiterunt.

Iſaacius Epiſcopus.

Isaacius, Oppidi itidem Beth-Seleuciae Epiſcopus, lapidibus obrutus, objit in Manſione, quam Nicatoram dicunt. Atque ad patrandum ejuſmodi crudeliſſimum facinus, adduci ſe, paſſi ſunt, ab eodem Hadiabi Praeſide, Nobiles Beth-Seleucienſes, qui nomine tenus Chriſtiani dicebantur.

Iſaac Presbyter.

Isaac, Presbyter Hulſari, id pagi nomen eſt, eodem ſupplicii genere interemtus eſt extra oppidum Beth-Seleuciae, juſſu Adarguſnaſaphi Praeſidis.

Papa Presbyter.

Papa, eujuſdam Caſtelli, quod Helminum vocant, Presbyter, in caſtro Galal interſectus eſt ab Hadiabi Praeſide.

Uhanam Clericus.

Uhanam adoleſcens Clericus, a feminis lapidatus, Martyrii coronam adeptus eſt. Ad inſerendam necem hanc teterrimam adegerat impius Hadiabi Praeſes Nobiles ex Beth-Seleucia Chriſtiani nominis Matronas. Ipſe quippe adoleſcens ex eodem loco erat oriundus.

Guhſciatazades Eunuchus.

8 Horum Beatorum Martyrum auxit numerum Guhsciatazades Beth-Seleucienſis, in aula Hadiabeni Reguli Eunuchus. Aderat ibidem forte Vartranes, qui in Caſtello Salucana Presbyter dicebatur. Is a Regiis ſatellitibus in cauſſa Chriſtianae Fidei divexatus, illam ſceleſtiſſime ejuraverat. Huic igitur, ſacrilego Religionis deſertori, Guhſciatazadis caedem imperavit Tyrannus, propterea quod pius Eunuchus contra Regis edictum ſolis cultum fuiſſet deteſtatus. Quum itaque Praeſidis imperata facturus Vartranes, ad Guhſciatazadem veniſſet, expavit ille ad hominis conſpectum, &: Heus tu, inquit, mene ferire paras, Presbyter quum ſis? Statimque corrigens dictum: At erravi, ſubdidit, Presbyterum te adpellans.

A Vartrane Presbytero, Fidei deſertore jugulatur.

ܕܒܢܟܝܠܘܬܐ: ܕܐܦܠܐ ܐܢܫ ܡܠܟܐ ܕܣܓܕ:
ܘܗܘ ܦܩܕ ܕܠܦܓܪܐ ܗܘ ܢܦܣܩܘܢ ܪܫܗ ܗܘܐ
ܕܢܝܬܘܢ.

ܠܐܝܣܚܩ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܡܢ ܗܕܐ
ܗܘܐ ܕܒܝܬ ܣܠܘܟ ܘܒܟܐܦܐ ܪܓܡܘܗ
ܗܘܐ ܕܡܠܟܐ ܕܣܓܕ: ܘܐܬܦܢܝ ܗܘܐ ܐܝܟ
ܕܐܡܪܝܢ ܗܘܐ ܠܗ ܕܢܝܩܛܘܪ ܗܘܐ
ܕܥܒܕܐ ܒܝܫܐ ܕܒܟܠܗܘܢ ܐܢܫ ܗܕܐ:
ܥܒܕ ܐܢܫܐ ܐܚܪܢܐ ܡܢ ܒܪܢܫܐ: ܘܒܢܘ
ܡܢ ܕܡܢܗܘܢ: ܘܥܒܕ ܡܠܟܐ ܕܣܓܕ
ܘܗܘ ܗܘܐ ܕܢܫܠܡ ܠܐܦܣܩܘܦܐ ܕܠ
ܠܐ ܚܒܪ ܒܪܢܫܐ ܘܫܠܡ ܠܡܫܝܚܐ ܘܥܒܕ
ܐܝܟ ܕܠܗ ܗܘ ܗܘܐ ܘܩܛܠ ܕܢܫܠܡܘܗ
ܘܡܪܐ ܠܡܫܝܚܐ ܕܠܗܘܢ ܐܦܣܩܘܦܐ
ܘܐܡܪ ܥܡܗܘܢ ܐܝܟ ܩܛܠ ܐܢܬ ܠܝ:
ܘܡܛܪܢ ܐܢܬܘܢ ܘܐܡܪ ܠܗ: ܐܬܩܛܠܬ
ܕܫܪܝܪܐ ܥܡܗܘܢ ܠܐ ܐܬܩܛܠ ܘܒܪܒܪ
ܒܚܕܐ: ܠܐ ܐܬܥܒܕ ܒܟܘܢܫܐ ܐܝܟ ܗܘܐ
ܒܟܠܚܘܬܗ: ܢܦܩ ܐܝܟ ܕܐܬܒܠܝ
ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܠܡܫܝܚܐ ܢܦܫܗ: ܘܡܫܠܡ
ܡܪܢܐ ܕܠܐ ܒܪܗܝܬܐ.

ܗܘܦܐ ܩܫܝܫܐ. ܡܢ ܩܫܝܫܐ
ܠܐܝܣܚܩ ܩܫܝܫܐ: ܕܡܢ ܩܫܝܫܐ ܡܢ
ܠܥܠ ܗܘܦܐ ܡܪܢܐ ܐܬܩܛܠ ܟܕ ܐܬܩܛܠ
ܘܐܬܩܛܠ ܐܝܟ ܠܗܘܢ ܗܘܪܐ ܘܡܢ
ܐܬܩܛܠ: ܒܗܠܝܢ ܕܒܝܬ ܣܠܘܟ
ܘܥܠ ܗܘܦܘ ܐܬܩܛܠ ܒܟܠܗܘܢ ܕܡܫܝܚܐ
ܡܢ ܢܫܐ.

ܒܗܘܢ ܐܦ ܒܗܠܝܢ ܙܒܢܐ ܩܫܝܫܐ
ܡܢ ܢܫܐ ܕܒܝܬ ܣܠܘܟ ܐܬܩܛܠ
ܠܥܠܡܐ ܒܡܠܟܘܬܐ ܕܒܝܬ ܣܠܘܟ
ܘܡܛܠ ܡܫܝܚܐ.

ܘܟܕ ܩܫܝܫܐ ܥܠ: ܘܐܡܪ ܩܫܝܫܐ
ܩܫܝܫܐ ܡܢ ܢܫܐ ܕܒܝܬ ܣܠܘܟ
ܐܬܩܛܠ ܒܡܠܟܘܬܐ ܕܒܝܬ ܣܠܘܟ
ܘܡܫܝܚܐ. ܘܐܡܪ ܩܫܝܫܐ: ܘܡܢ
ܩܫܝܫܐ: ܘܡܢ ܩܫܝܫܐ ܡܢ ܐܢܬ:
ܩܫܝܫܐ ܡܢ ܢܫܐ ܕܒܝܬ ܣܠܘܟ
ܐܬܩܛܠ ܠܟܠ ܡܢ ܢܫܐ ܒܡܠܟܘܬܐ
ܕܩܛܠܘܗܝ ܚܘܪܐ ܒܡܠܟܘܬܐ
ܕܡܫܝܚܐ

ܕܡܫܘܦܪܐ ܠܐ ܕܒܪܟ .
ܐܝܟ ܕܝܗܘܕܐ ܐܦ ܗܘ ܠܫܠܝܚܘܬܗ
ܘܠܗܫܐ ܓܠܝܐ ܐܬܓܠܝܬ : ܡܫܡܫܢܐ
ܡܢܝܢܐ ܠܣܛܢܐ ܕܡܫܥܒܕ ܘܐܬܡܠܟܬ
ܠܟܠܗ ܗܘܢܟ ܐܚܕ ܘܡܫܥܒܕ ܐܢܘܢ :
ܘܐܘܒܕܬ ܕܡܬܚܫܒܢܐ ܗܘܐ ܠܗܘܢ
ܕܐܦܝܣܬ ܠܗܘܢ ܠܡܥܒܕܐ ܒܗܿܝ .
ܘܒܗ ܒܗܕܐ ܦܘܪܢܣܐ ܡܢ ܐܬܪܐ ܕܒܝܬ
ܠܒܝܬ : ܘܟܝ ܒܗܕܐ ܦܘܪܢܣܐ ܡܢ ܐܬܪܐ
ܕܒܝܬ ܠܒܝܬ : ܡܫܡܠܝܐ ܒܗܕܐ ܦܘܪܢܣܐ
ܡܢ ܐܬܪܐ ܕܒܝܬ ܠܒܝܬ ܐܬܢܨܚܘ
ܒܣܘܟܠܐ ܕܡܫܡܫ ܡܠܟܐ . ܒܗ ܒܗ
ܗܘܐ ܒܗܕܐ .
ܠܐ ܫܠܝ ܕܝܢ ܫܡܥܘܢ ܒܫܘܒܚܐ ܐܡܝܢ
ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ ܢܨܚܢܐ ܠܗ ܐܝܬ .

pellans. Agedum, & quae cogitaſti, exſequere, infelix, qui proſperum ex Sacerdotio tuo exitum minime conſequutus es; ſicut nec Judas ſuo ex Apoſtolatu. Sat modo palam factum eſt, Saranam totum animum tuum occupaſſe; ut, videlicet, ad ea, quae ipſi libuerint, opera tua abuteretur. Atque hunc in modum protervus, & impius Presbyter B. Guhſeiatazadem manu ſua impudentiſſime jugulavit.

Reliqui Laici fuerunt; Sasannes, nempe, Mares, Timaeus, & Zaron ex urbecula [9] Laſciuma, qui vinculis onuſti in Provinciam Huzitarum deducti, ibidem, jubente Sapore Rege, debitum Fidei Chriſtianae teſtimonium, ultimo ſupplicio adfecti, fortiter obſignarunt. *Item Saſannes, Mares, Timaeus, & Zaron Laici, Martyres.* 9

Eadem in cauſſa Bahutha, nobiliſſima femina ſecularis, ex Oppido Beth-Seleuciae, e regione aedium ſuarum, ſub Adarguſnaſapho Praeſide, interfecta eſt. *Bahutha Matrona, Martyr.*

Bahutham conſequutae ſunt Thecla, & Danacha Virgines, ex eodem Oppido Beth-Seleuciae, ſub eodem item Praeſide. Inſuper Tatona, Mama, Mazachia, & Anna Virgines Beth-Seleucienſes, quae extra muros Bureathae, id caſtri nomen eſt, quod etiam Hevara dicitur, Gubernatoris juſſu peremtae ſunt. *Thecla, & Danacha Virgines, & Martyres. Item Tatona, Mama, Mazachia, & Anna.*

Earum ſanguine rigata humus ficum mox protulit, quae in annos conſequentes multis ſaluti fuit; donec longo poſt tempore ab impuris Manichaeis, tantam, ſcilicet Virginum gloriam aegre ferentibus, evulſa eſt. Impii tamen facinoris reos poena ſtatim ſequuta eſt exitialis lues, leonis ſpiritum vocant, quae cum plurimorum ex eadem ſecta hominum incommodo graſſata eſt. Eaque fuit Miraculi vis, & evidentia, ut ipſi Manichaei non aliam ejus morbi cauſſam exſtitiſſe, quam violatam ea injuria loci religionem, ultro faterentur. *SS. Martyrum ſanguine irrigata humus ficum profert ſaluberrima. Evulſa a Manichaeis ficu, graſſatur lues.*

Simili etiam exitu Chriſtianam Fidem conſecravere Abiatha, Hathes, & [10] Mamlacha, Virgines, ex Provincia Beth-Garmaea, a Sapore Rege, quum forte eo in loco verſaretur, ſupplicio adfectae. *Item Abiatha, Hathes, & Mamlacha, Virgines, & Martyres.* 10

Acta horum Sanctorum Martyrum ea, quam ex hiſtoria obtinuimus, ingenuitate conſcripſimus.

ADNOTATIONES.

(1) S*Ciabarcadata*, Syria ܫܒܪܩܪܕ *Sciebergerd*; Arabibus شابقرد *Sciabakerd*, urbs Provinciae Beth-Garmaeae praecipua. Olim Epiſcopalis, dein Metropolitana, a S. Simeone Bar-ſaboë inſtituta; ut in Admonitione noſtra praevia ad Acta ejuſdem S. Simeonis, ex Ebedieſu Sobenſis teſtimonio, ſuperius oſtendimus. *Beth-Garma* autem, quae Arabibus جرمى *Germa*, & باجرمى *Bagerma*; Agathiae Scholaſtico lib. 4. *Cerma* dicitur, regio eſt Aſſyriae, cujus populi *Garmaei*, *Germaei*, *Cermaei*, & *Garamaei*. Poſtremum hoc probatur Ptolomaeo, qui Aſſyriam deſcribens lib. 6. cap. 1. *Regionis pars*, inquit, *quae juxta Armeniam eſt, vocatur Arrapachitis: quae vero juxta Suſianam eſt, Sittaceae: mediam vero teneat Garamaei. Vocatur autem ea, quae inter Arrapachitidem, & Garamaeos eſt, Adiabene: quae autem inter Garamaeos, & Sittacenam interiacet, Apolloniatis: cui ſuperiacet gens Sembatae: & ſupra Adiabenam Calacbenae: Garmaeis autem Arbelitis regio imminet.* Plures ea in regione Epiſcopi, & Marty-

Martyres claruere, de quibus infra.

(2) Hunc Menologium Baſilii Imperatoris, & Menaea Graecorum Epiſcopum vocant. At in genuinis hiſce Actis ne Presbyter quidem dicitur.

(3) Hinc corrigendum Menologium Baſilianum, quod Joſepho annos aetatis octoginta quinque adtribuit; ut & Menaea, quae novem & octoginta.

(4) *Manſio*, Graecis σταθμός, Arabibus منزل *Manzal* Turcis, & Perſis خان *Chan*: proprie locus eſt, ubi confecto itinere viatores per noctem quieſcunt. Conſtabant olim Manſiones ſingulae viginti circiter millibus paſſuum; quae menſura legitima putabatur ad iter unius diei; ut notat Salmaſ. ad Hiſt. Aug. tom. 1. pag. 315. Hinc Manſio communiter pro unius diei itinere ſumebatur. Hujuſmodi Manſionibus Perſas olim locorum intervalla diſtinxiſſe, adfirmat Agathias lib. 2.

(5) *Johannis* Epiſcopi memoriam recolit Martyrologium Romanum die 1. Novembris, eique Jacobum Presbyterum Socium adjungit, his verbis. *In Perſia Sanctorum Martyrum Joannis Epiſcopi, & Jacobi Presbyteri ſub Sapore Rege.* Iidem Martyres memorantur in Menologio Baſilii ad eundem diem 1. Novembris, hocce Elogio. *Eadem die Sanctorum Martyrum Joannis Epiſcopi, & Jacobi Presbyteri, cognomento Zelotae. Hi, Sapore Perſarum Rege, in Perſide verbum fidei docebant, multoſque ab Idolis ad Dominum convertebant. Quadam autem die quum Joannes Epiſcopus in Somnis vidiſſet carnificem, coronam, quam in caſis capula circumferebat, capiti ſuo imponentem, ſibique haec dicentem: Accipe, o Epiſcope, quam tantopere expetiſti coronam: paucis poſt diebus comprehenditur ab infidelibus ipſe, & Jacobus Presbyter: qui variis primum cruciatibus tentati, gladio deinde caeſi, occubuere, gratias Domino Deo noſtro ad extremum agentes, quod digni fuiſſent, mortem pro ipſo appetere. Atque ita Epiſcopo accidit, quod in ſomnis viderat, incorruptibilem vitae coronam conſequuto. A fidelibus autem, piiſque viris in eodem loco honorifice ſepulti ſunt:* Et in Graecorum Menaeis: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τῶν Ἁγίων Ἱερομαρτύρων Ἰωάννου Ἐπισκόπου, καὶ Ἰακώβου Πρεσβυτέρου. Οὗτοι ὑπῆρχον ἐπὶ Σαβωρίου Βασιλέως Περσῶν, τὸν τῆς πίστεως διδάσκοντες λόγον, καὶ αἴτιοι γενόμενοι πολλῶν πρὸς εὐσέβειαν· οἳ, καὶ κρατηθέντες ὑπὸ τῶν τοῦ Βασιλέως ὑπηρετῶν. Καὶ ποικίλοις βασάνοις προσομιλήσαντες ὕστερον διὰ ξίφους ἐτελειώθησαν. τῷ Κυρίῳ τὰ ἑαυτῶν παραθέμενοι πνεύματα· *Eodem die* (1. Novembris) *Sanctorum Hieromartyrum Joannis Epiſcopi, & Jacobi Presbyteri. Hi fuerunt ſub Sapore Perſarum Rege, verbum fidei docentes, multorumque ad pietatem ſuſcepti auctores: a Regis autem miniſtris comprehenſi, variiſque adfecti ſuppliciis, gladio tandem, ſuum Deo ſpiritum commendantes, mortem oppetiverunt.* Deinde hoc diſticho celebrantur,

Σὺν Ἰακώβῳ τῷ θύτῃ Χριστοῦ ξίφος
Ἰωάννης ἤνεγκεν ὁ Χριστοῦ θύτης.

Cum Jacobo Chriſti Sacerdote gladium
Johannes pertulit Chriſti Sacerdos.

Verum quum in genuinis hiſce Actis nulla Jacobi Presbyteri mentio fiat, alium eſſe Johannem hunc a noſtro, plane colligitur.

(6) *Oppidi Beth-Seleuciae Epiſcopus*; hoc eſt Oppidi ſeu Urbis cujuſdam, quae ad regionem Beth-Seleucienſem, ſive Garmeam ſpectabat: qua ratione Sapores & Iſaacius Martyres Oppidis, ſeu Urbibus Beth-Seleucienſibus praefuiſſe dicuntur. *Beth-Seleucia* autem in Elymaeorum finibus poſita eſt, cujus praecipuam urbem ܣܠܘܟ *Seluch*, alias *Seleuciam Elymaidis*, ſive *Salocea*, regionis Garmaeorum Metropolim, Syri nuncupant.

(7) *Ardaſcirus*, hunc Agathias *Artaxerſem* vocat, eumque poſt obitum Saporis Longaevi fratris, a quo Hadiabenis praepoſitus fuerat, annos quatuor regnaſſe, ſcribit lib. 4. p. 136. Agathiae adſtipulatur Bar-ebraeus, qui tamen Chronic. Syriac. Par. 1. Ardaſcirum Saporis Longaevi filium, non vero fratrem fuiſſe tradit his verbis,

ܘܒܫܢܬ ܚܕܥܣܪܐ ܕܘܠܢܛܝܢܝܢܘܣ ܐܡܠܟ ܥܠ ܦܪܣܝܐ
ܐܪܕܫܝܪ ܒܪܗ ܕܫܒܘܪ ܫܢܝܐ ܐܪܒܥ.

Anno (Valentiniani) *undecimo Regnum Perſarum init Ardaſcirus, Saporis filius, regnavitque annos quatuor.* Eadem habet Eutychius pag. 472. Et Agathiam quidem deceptum eſſe in nominando Artaxerſe Saporis fratre, liquet potiſſimum ex eo, quod Hiſtorici omnes uno ore perhibeant, ab Hormiſdate II. ſupremum obeunte diem, relictam fuiſſe uxorem gravidam, quae Saporem enixa eſt: huncque vel ante ortum ſuum a Perſis Regem agnitum. Quis itaque effutiat, Sapori adſignandum eſſe fratrem, qui illum poſt annos ſeptuaginta excipere valuerit?

(8) *Guhſciatazades*, Graecis *Boëthazat*. Is vero perperam ab Authore Bibliothecae Orientalis cum Guhſciatazade Saporis Regis Eunucho, qui tacita S. Simeonis Bar-ſaboë objurgatione reſipuit, confunditur. Quem quidem clariſſimi Viri lapſum in admonitione noſtra in Certamen Plurimorum Martyrum fuſius expunximus.

(9) *Laſciuma*, alias *Ducuca*, urbecula regionis Garmaeorum, Epiſcopalis ſub Metropolitano Beth-Seleucienſi. Apud Eliam Damaſcenum Laſciuma a Dacuca diſtinguitur, & Chanigiarae conjuncta perhibetur. Inter antiquiores ejus Epiſcopos recenſentur apud Aſſem. Bibl. Orient. Tom. 1. & 2. Michaeas, Sabarjeſus, Sabarjeſus alter, Ananjeſus, & Theodorus.

(10) *Mamlacha*, Martyrologium Romanum *Mameltam* vocat, ejuſque memoriam die 17. Octobris recolit, his verbis: *In Perſide Sanctae Mameltae Martyris, quae a cultu Idolorum ad Fidem Angelico monita converſa, a Gentilibus lapidata eſt, & in profundum lacum demerſa.* At in Menologio, Baſilii Porphyrogeniti Imperatoris juſſu, edito, *Mamelchta* dicitur; ejus vero Certamen ad diem 5. Octobris hocce elogio revocatur: *Sancta Mamelchta ex Perſide fuit, templi quidem Dianae Sacerdos, ſed ſororem Chriſtianam habens. Quum autem in ſomnis vidiſſet Angelum Dei, ſibi Chriſtianorum Myſteria oſtendentem, excitata cum terrore de ſomno, rem omnem ſorori aperuit: a qua ad Epiſcopum adducitur. Epiſcopus vero intellecto viſionis ſymbolo: Chriſtianam, inquit, oportet te fieri. Statimque illam,*

illam, ſororis manibus de ſacro fonte ſuſceptam, baptizavit. Quare vehementi furore correpti Gentiles, multis excruciatam tormentis, lapidibuſque obrutam, interfecere, ſplendida adhuc ſacri baptiſmatis veſte indutam; atque in profundiſſimum lacum demerſere: unde vix a Chriſtianis extracta eſt. Adiit autem Perſarum Regem Epiſcopus, impetravitque, ut everſo Dianae templo, Eccleſiam Sanctae Martyris nomine excitaret: quam quum aedificaſſet, pretioſas ejus reliquias ibi depoſuit. Haec Baſilii Menologium. Unde tamen hocce elogium deſumſerit, nos prorſus latet; difficillimeque adducimur, ut veriſimile eſſe, Saporem Regem, adeo in Chriſtianos furentem, templa Martyribus excitandi licentiam impertiiſſe, credamus.

ADMONITIO

In Martyrium SS. DANIELIS, & UARDAE Virginis.

ACta Sanctorum Martyrum Danielis, & Uardae, ſeu Roſae Virginis, Graecis, Latiniſque Scriptoribus prorſus ignota, ex Codice Chaldaico Nitrienſi Vaticano I. heic nunc primum in lucem prodeunt. Ea autem quamvis ita contracte a Sancto Marutha conſcripta ſint, ut trium etiam menſium quaeſtionis coram Judice habitae nonniſi compendium referant, nec ullas Judicis interrogationes, aut reſponſiones Martyrum de more complectantur; magni tamen facienda eſſe, patet vel ex eo, quod illuſtres adeo Athletae, quorum nulla in Sacris Eccleſiae Faſtis, quos videre licuit, memoria habetur, ex ipſis unice nobis innoteſcant. *Acta hucuſque ignota.*

Porro quum, exacto poſt Sancti Milis necem biennio, hos Martyres comprehenſos fuiſſe, Luna vero Februarii vigeſimaquinta interfectos, Acta perhibeant, jam nulla ſupereſt difficultas in adſignando eorumdem Martyrii anno, quod, nempe ad Perſequutionis quintum, Saporis Regis trigeſimum quintum, qui in 344. Chriſti annum incidit, ad ſolarem autem Februarii diem 21. revocandum eſt. Beatus etenim Miles anno Perſequutionis 2. Saporis 32. Chriſti 341. Martyrii lauream obtinuit, ut in admonitione noſtra, praevia ad ejuſdem Acta, oſtenſum eſt. *Martyrii tempus.*

ܣܗܕܘܬܐ

ܕܕܢܝܐܝܠ ܘܕܘܪܕܐ.

MARTYRIUM

SS. DANIELIS Presbyteri, & UARDAE Virginis.

Anno Saporis II Perſarum Regis 35. Perſequutionis 5. Chriſti 344.

ܐܠܐ ܒܬܪ ܕܫܢܝ̈ܢ ܬܪ̈ܬܝܢ ܠܣܗܕܘܬܗ
ܕܡܝܠܣ ܛܘܒܢܐ ܐܬܐܚܕ ܗܘܐ ܕܢܝܐܝܠ
ܩܫܝܫܐ ܘܘܪܕܐ ܒܬܘܠܬܐ ܩܝܡܬܐ ܡܢ ܐܬܪܐ
ܕܪܙܝܩܝܐ ܒܦܘܩܕܢܗ ܕܡܘܗܦܛܐ ܕܝܠܗ
ܕܐܬܪܐ . ܘܐܬܩܪܒܘ ܐܢܘܢ ܠܫܘܐܠܐ ܡܫܢܩܢܐ
ܡܪܝܪܐ ܘܫܢܩܐ ܩܫܝܐ ܥܠ ܕܐܝܟ ܐܝܟ
ܕܢܦܩܘܢ ܡܢ ܠܘܬܗ ܕܐܠܗܐ . ܗܘܐ
ܓܝܪ ܐܬܩܝܡܐ ܒܬܪܥܝܬܗܘܢ ܕܢܣܝܒܪܘܢ
ܡܫܢܩܢܘܬܐ ܘܐܦ ܠܡܬܦܪܩܐ ܐܦܝ :
ܡܩܒܠܝܢ ܗܘܘ ܐܝܟ ܗܘ ܕܫܘܐܠܐ ܕܝܠ
ܩܫܝܐ

EXACTO poſt B. Milis Martyrium biennio, Daniel Presbyter, & Uarda [1] Virgo, Deo Sacra, ex Razichitarum Provincia, Praefecti juſſu, comprehenſi, & ad quaeſtionem producti, acerbiſſimis cruciatibus, ut a Deo vero deſciſcerent, fruſtra divexati ſunt. Adeo illis certum fixumque erat, omnem cruciatum perferre, & ſummo potius dolore lacerari, quam Fidem prodere, ſpemque ſuam abjicere. Ad tres menſes quaeſtio continuata eſt:

Daniel, & Uarda comprehenſi. 1

Ad tres menſes dire vexatur.

Digitized by Google

eſt: Quo quidem ſpatio immaniſſimus, atque iniquiſſimus Judex illos crudeliſſime torſit, adeo ut eorum pedes terebris perforaret, & in aquam, glacie concretam, & gelu, immergeret, producta ad quinque dies poena.

[illegible]

Conſtantes in Fide capitis damnantur.

Quum autem Beatos Martyres ita conſtanter omnia cruciatuum genera cerneret perferentes, ut ante ſibi e corpore membra defluere, quam ab animo Religionem, ac Fidem excidere paterentur, capitis ſententiam in eos dixit.

[illegible]

Eorum Martyrii tempus. 2

Atque hunc in modum illuſtres Athletae die Lunae [2] Februarii vigeſima quinta Martyrii palmam adepti ſunt.

[illegible]

ADNOTATIONES.

(1) U*Arda*; nomen Chaldaicum eſt, quod *Roſam* recte interpreteris.

(2) Luna Februarii vigeſima quinta, anno Chriſti 344. quo Daniel, & Uarda Martyres occubuerunt, in ſolarem ejuſdem menſis diem xxi. incidit.

A D M O N I T I O

In Acta Sanctorum CXX. Martyrum.

Regio Hadiabena omnium Perſidis Provinciarũ prima Chriſto nomen dedit.

REgio Hadiabena, Syris ܚܕܝܒ *Hadiab*, Arabibus حزم *Hazam*, nobiliſſima pars fuit Aſſyriae, adeo ut nonnumqum totam quoque ſignificaret, uti ex Plinio, & Ammiano Marcellino obſervat Cellarius Geograph. Antiq. lib. 3. cap. 17. pag. 768. Eam omnium Perſici Regni Provinciarum primam, iu ipſis naſcentis Eccleſiae primordiis Chriſtianam Fidem ſuſcepiſſe, Eccleſiaſtica nos docet Hiſtoria. Helena, Hadiabenorum Regina, primo Chriſti ſeculo Eccleſiae nomen dedit; aut certe patrocinium impeudit, ut ex antiquiſſimis monumentis tradunt Baronius ad Ann. 44. num. 66. & Baſnag. Auual. tom. 1. pag. 553. Izate ejuſdem filio, ac ſucceſſoribus Regibus, eamdem Provinciam gubernantibus, adeo res Chriſtiana amplificata eſt, ut plerique Hadiabeni ſacris noſtris initiati legantur. *Haec Perſidis Regio eſt*, inquit Sozomenus de Hadjabena Hiſt. Eccleſ. lib. 2. cap. 12. *maxima ex parte a Chriſtianis habitata*.

SS. CXX. Martyrii tempus.

Id ex Martyrum numero confirmatur, qui in partibus Hadiabenae, ſaeviente Sapore Rege, paſſi ſunt: quos inter celebres fuere Centum viginti, qui anno Perſequutionis quinto comprehenſi, poſtquam ſex in carcere menſes detenti eſſent, & varia tormentorum genera exhauſiſſent, die ſexta Lunae Aprilis ineunte ſexto ejuſdem Perſequutionis anno, Saporis vero 36. qui, ex dictis, in 345. Chriſti annum competere debet, Seleuciae gladio caeſi ſunt: ut ex eorumdem Actis, quae nunc primum lucem adſpiciunt, plane colligitur.

Eorum memoria celebris apud Sozomenum.

De his Martyribus loquutus videtur Sozomenus loc. cit. prope finem, quum ait: *Ceterum quum ex praecepto Saporis, ſicut antea retulimus, reliquis omnibus praetermiſſis, ſoli Sacerdotes, ac Doctores Chriſtianae legis comprehendi coepiſſent, Magi, & eorum Principes regionem Perſarum circumeuntes, omni ſtudio perquiſitos Epiſcopos, ac Presbyteros divexarunt, ac praecipue in partibus Adiabenorum.*

In Martyrologio Romano.

Porro horum Sanctorum nomina nullus tradidit. Eorum tamen memoriam recolit cum Latina, tum Graeca Eccleſia. Iu Martyrologio quidem Romano ad diem vi. Aprilis laudan-

laudantur his verbis: *In Perſide Sanctorum Centum viginti Martyrum*. Admonetque Baronius in Notis, eos *ferri paſſos in Adjabenorum regione*.

Synaxarium vero MS. Graecum Pariſienſe Collegii Claromontani Societatis Jeſu, teſte Bollando, diem quintum Aprilis ita auſpicatur; Ἄθλησις τῶν Ἁγίων ἑκατὸν εἴκοσι Μαρτύρων, τῶν ἐν Περσίδι πληρωθέντων. Eadem in Menaeis excuſis, & Manuſcriptis, & apud Maximum Cythereum leguntur, ſed ad diem 6. Aprilis; & a Cardinale Sirleto in Menologio Graeco ſic latine exponuntur: *Sanctorum Martyrum Centum viginti, in Perſide coronatorum*, quos *igne extinctos fuiſſe* additur in MSS. Menais Chifletianis: idemque indicatur per Diſtichum Menaeorum excuſorum a Bollando emendatum: In Synaxario & Menaeis Graecorum.

Ἄν ἐξαριθμῇς οὓς τὸ πῦρ Περσικὸν φλέγει
Εὕρεις ἔχοντας τετράκις τὸ τριςδέκα.
Si quos aduſſit Perſicus rogus, velis
Numerare; habebis ter quater vicibus decem.

Ut & Menologium Baſilii ad eumdem diem VI. Aprilis, ubi Centum & quinquaginta receuſentur, eorumque Martyrii tempus, & genus his verbis deſcribitur: *Certamen Sanctorum Centum & quinquaginta Martyrum in Perſide coronatorum. Sapores, impius Perſarum Rex, in Romanorum ditionem tempore Conſtantii, Romanorum Imperatoris, incurſionem faciens, Deo ſic permittente, ob excitatam haereſim inſipientis Arii, qui & ipſi Imperatori per Euſebium Praepoſitum Arianum eadem ſecum ſentire perſuaſerat, multaque ſubvertens Caſtra, & Regiones, plures e Chriſtianis Captivos abduxit: quorum aliqui jugulati fuerunt, alii in itinere perierunt. Centum vero & quinquaginta ſolummodo ſuperſtites in Perſidem fuerunt deportati, catenis conſtricti, & in carcerem conjecti: ibique adſiduis aerumnis per plures dies adflicti. Quum autem aliquando Sapores a variis negotiis vacaret, ingenti lignorum ſtrue accenſa, Sanctos Viros e carcere eductos, juſſit Chriſtum abnegare, & ignem adorare. Quod quum facere recuſaſſent, ipſos in ignem projici mandavit, atque ita Martyrium conſummarunt.* Hactenus Baſilii Menologium. Et in Menologio Baſilii.

Verum Acta noſtra Centum viginti tantum adſignant: neque heic de Chriſtianis Captivis ex Imperio Romano abductis agitur, quorum Acta infra exhibebimus; ſed de Sacerdotibus, Diaconis, Clericis, & Virginibus, Perſarum Regi ſubditis, qui non igne, ut perperam quoque in Menaeis traditur, conſumti, ſed gladio caeſi, Martyrii lauream obtinuerunt. Inde vero facile conjicitur, & Chaldaica haec Centum viginti Martyrum Acta, Graecis, Latiniſque prorſus ignota fuiſſe, & Encomium modo laudatum nonniſi a vitiatis Martyrum Captivorum Actis Menologii authorem mutoatum eſſe, ut infra oſtendemus. Genuina eorū Acta Graecis Latiniſque ignota.

ܣܗܕܘܬܐ

ܕܡܐܐ ܘܥܣܪܝܢ ܣܗ̈ܕܐ ܩܕ̈ܝܫܐ .

A C T A

SS. Martyrum Centum viginti. Inter quos novem Virgines Deo Sacrae, Reliqui Sacerdotes, Diaconi, & diverſorum Ordinum Clerici.

Anno Saporis II. Perſarū Regis 35. Perſequutionis 5. Chriſti 344.

ܒܫܢܬ ܚܡܫ ܕܪܕܘܦܝܐ ܡܠܟܐ
ܕܡܠܟܐ ܗܘܐ ܡܩܒܠܬܐ ܘܐܬܟܢܫܘ ܗܘܘ
ܡܢ ܐܬܪ ܐܬܪ : ܘܡܢܗܘܢ ܕܡܕܝܢܬܐ
ܩܠܝܠ ܡܫܝ̈ܚܝܐ ܡܥܣ̈ܪܝܐ ܘܟܗ̈ܢܐ ܫܡ̈ܫܐ
ܘܒܢ̈ܝ ܩܝܡܐ ܕܗܘܐ ܗܘܐ ܡܢܝܢܗܘܢ
ܡܐܐ

ANNUS agebatur Perſequutionis noſtrae Quintus, quum juſſu Regis, per eos dies Seleuciae commorantis, tum ex variis locis, tum etiam ex finitimis Urbibus Chriſtiani centum viginti, in quibus novem Virgines Deo Sacrae, reliqui Sacerdotes, Chriſtiani CXX. Seleuciae comprehenſi.

In carcerem per ſemeſtre detruduntur.

Diaconi, & diverſorum Ordinum Clerici in cauſſa Fidei comprehenſi, in carcerem detruduntur, ubi loci foeditate, multiſque aerumnis adflicti, per ſemeſtre, uſque ad hyemis exitum vitam, morte graviorem, exegerunt.

Jazdundocta Matrona Chriſtianos, carcere incluſos alit.

In ea tamen rerum anguſtia, temporumque acerbitate conſtitutis adfuit opitulatura nobiliſſima quaedam femina, & cum laude memoranda, ex Ur-
1 be [1] Arbela Provinciae Hadjabenae,
2 Jazdundocta [2] vocabatur: quod nomen recte interpreteris Deo natam. Haec mulier opulentiſſima facultatibus ſuis horum Martyrum coetum aluit, quamdiu in publicis vinculis jacuerunt: idque virtutis officium tanta cum animi conſtantia, atque benignitate praeſtitit, ut nec ipſa Sanctorum neceſſitatibus deeſſet, nec in iis ſublevandis adjutorem quemquam aut quaereret, aut pateretur.

Ad quaeſtionem pius ſemel producti, variis cruciatibus torquentur.

Per illud temporis ſpatium Beati Martyres a nequiſſimis Magis pro libidine ad quaeſtionem producti, frequentiſſime caeduntur flagris, atque variis cruciatuum generibus torquentur. At enim toto ſuppliciorum tempore, Sanctorum vultus, & os ſpectaculo erant adeo eminentis in poenas animi, ut Praefecto Regis nomine edicenti, ni Solem adoraſſent, ipſos univerſos ſummo cruciatu haud dubie perituros, uno omnes animo, unaque voce in hunc reſponderent modum:

Soli cultum denegant.

Apage tantum nefas, ut qui veri Dei ſervi ſumus, magnum Mundi Opificem, cujus vi, ac numine omnia conſtant, atque gubernantur, per maximam perfidiam deſeramus, aut, repudiato ſummi Conditoris cultu, ad vile Solis, rei utique ab illo conditae, obſequium deſciſcamus.

Mortem adprecantur.

Quin ergo actutum nos ad ſupplicium abripitis, maximam utique nobis laetitiam adlaturum? Quin mortem adceleratis, quae nos veſtro ludibrio, & quotidianis inſultibus ſublatos, in optatae quie-

ܠܢܝܚܗܘܢ ܘܡܫܝܢܘܬܐ ܠܗܘܢ ܐܝܟ ܠܡܐܢܐ
ܘܡܦܩܐ : ܐܬܩܪܒܘ ܝܘܡܝ ܕܐܣܗܕܘܬܗ
ܕܩܕܝܫܐ : ܘܟܕ ܫܡܥܬ ܕܝܙܕܢܕܘܟܬ
ܡܢ ܚܕ ܡܗܝܡܢ ܠܗ̇ ܪܚܡܐ. ܕܡܚܪ ܗܘ
ܒܪܐ ܘܦܩܚ ܠܗ̇ ܒܐܕܢܗ̇ ܠܡܫܪܝܬܐ ܐܝܟ
ܕܬܬܦܢܐ ܒܗ ܘܠܐ ܬܬܕܟܪ ܡܢ ܡܘܬܐ
ܡܢ ܕܐܬܬ ܥܠܝܗܝ ܡܢ ܒܝܬ ܐܣܝܪ̈ܐ
ܕܒܝܬ ܐܣܝܪ̈ܐ: ܗܝ ܐܫܝܓܬ ܪ̈ܓܠܝܗܘܢ ܘܫܘܪܬ ܥܠܝܗ
ܟܠܗܘܢ ܠܟܠ ܚܕ ܘܦܫܛܬ ܡܢܚܬܐ ܘܐܠܒܫܬ
ܘܠܐ ܐܚܕܬ ܐܝܟ ܕܒܥܕܢܐ ܠܡܢܝܬܐ
ܠܟܠܬܐ ܘܡܫܬܪܬܐ ܕܗܕܪܬܐ ܕܫܠܝܚ
ܥܒܕ ܕܫܡܫܬܗܘܢ : ܡܢ ܦܬܘܪܐ ܕܝܢ
ܠܐ ܒܛܠܬ ܠܗܘܢ ܕܢܒܝܐ ܡܠܝܐ . ܟܕ ܐܡܪ
ܕܝܢ ܗܘܬ ܥܠ ܐܣܗܕܘܬܐ ܘܐܡܪܐ ܠܗܘܢ :
ܕܡܢܐ ܗܘ ܗܢܐ ܕܚܕܒܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܚܠܬܐ
ܠܗ ܡܚܘܒܢܐ . ܒܗܢܐ ܙܒܢܐ ܩܫܝܐ
ܕܪܚܡܬܐ ܠܗ . ܘܐܡܪܬ ܠܗܘܢ ܕܒܟܐ ܬܟܝܬܐ
ܗܘܬ ܠܟ ܡܛܠܡܢܘܬܗ . ܘܐܝܬܝܗ ܠܐܟܬܒܐ
ܡܛܠ ܗܢܐ . ܡܟܝܠ ܩܘܡܘ ܩܕܡܝܗ ܘܐܫܬ
ܠܡܣܒܪܘܢ ܘܐܡܪܬ ܠܗܘܢ . ܬܘ ܡܢܢܝ
ܚܣܝܢܘܬܐ ܕܒܥܒܕܝܗܘܢ ܕܟܠܗܘܢ ܒܢܝ̈ܐ
ܘܐܥܒܪܐ ܕܡܬܐܡܪܐ ܒܟܬܒܐ ܘܡܫܡܫܢܘܬܐ.
ܡܛܠ ܕܗܘܡܢܐ ܢܗܘܘܢ ܐܢܬܘܢ ܠܒܝܫܐ
ܕܪܒܘܬܐ . ܗܘܡܢܐ ܦܠܘܣܝ ܐܢܬܘܢ ܕܒܟܝܢܐ
ܠܟܠܐ ܕܡܠܟܘܬܐ . ܗܘܡܢܐ ܥܡܕܝܢ
ܐܢܬܘܢ ܢܝܫܗܘܢ ܥܠ ܡܥܝܢ . ܗܘܡܢܐ
ܦܪܩܝܢ ܐܢܬܘܢ ܐܘܡܢܘܢ ܣܠܝܩܐ
ܕܕܟܝܬܐ . ܕܒ ܦܠܚܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܗ
ܕܡܠܠܘܢ . ܘܦܘܪܩܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܗ
ܕܒܡܕܡ : ܠܐ ܬܗܘܐ ܣܒܪܐ ܦܟܪܐ ܐܢܐ
ܡܢܟܘܢ ܕܒܥܝܘ ܠܟ ܕܬܒܥܘܢ ܗܠܝܢ ܡܢ
ܡܪܟܘܢ ܕܫܡܫܬܗܘܢ ܘܡܛܠܬܗ
ܦܬܟܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܒܥܘܢ ܕܟܠܗ ܡܕܡ
ܐܢܬܘܢ ܘܐܢܫ ܠܠܐܬܪܘܢ ܘܐܬܦܪܣܬ ܣܓܝܐ
ܡܥܒܕܬܟܘܢ . ܡܛܠ ܕܒܗܕܐ ܐܢܐ ܕܐܢܬܘܢ
ܐܢܐ ܣܒܪܐ . ܘܡܬܡܗܝܢܐ ܐܢܐ ܕܠܗ ܗܘ
ܕܫܒܝ ܐܢܬܘܢ ܡܢ ܡܚܪ ܥܒܕܝܢ ܠܗ
ܣܘܥܪܢ .

ܗܢܘ ܕܝܢ ܚܢܢܐ ܕܗܘܘ ܘܐܡܪܘ
ܠܗ̇ : ܕܡܬܚܫܒܢ ܡܢܐ ܠܐ ܬܫܡܥܝܢܢ
ܩܛܠܐ

quietis portum eſt provectura?

Jamque dies inſtabat Martyrum decreta neci. Quod quum Jazdundocta a quodam Chriſtiano, familiari ſuo, clam reſciviſſet, fore, ſcilicet, ut mane ſequentis diei beatum illud agmen ad ſupplicium duceretur, continuo ad carcerem advolat, Martyrum pedes eluit, detractiſque veſtibus, loci foeditate corruptis, ſingulis candidam ſtolam largitur, ac velut Caeleſtis thalami ſponſos, exornat. Mox omnes lauta, atque opipara coena donat: coenantibus ipſa inſervit: opportuna praeterea ad Martyrium cohortatione paratos animos alacriores efficere pergit: Exuite jam metum, ajebat, quos contra hujus temporis atrocitatem ſuſtentat certa in Deum fiducia, quos erigunt eximia ejuſdem promiſſa, quae in Sacris Evangelii paginis deſcripta, & velut Sacramento confirmata, nobis reliquit, quos Domini praeclara exempla ad virtutem provocant. Chriſtus enim, quum in terris verſaretur, tum ipſe in humanis membris acerbos cruciatus pertulit, tum etiam nobis Martyrii fores patefecit, per quas ejus vultum intueri, atque in animum imaginem ejus transferre poſſemus, docti, intentatam ab inimicis juſtitiae mortem non timere. Hujus itaque noctis ocium maxime neceſſario negocio diſcutite, vigilate, cogitate, adeſte animo; neque vos aut a Divinis laudibus, aut ab oratione deſidia impediri ſinatis. Hanc quippe ſolicitudinem, atque ſedulitatem maximus ille fructus conſequetur, ut honeſta defuncti morte pro Chriſto, quem unice dilexiſtis, Martyrii nobiliſſimam coronam reportetis. Haec tamen eo modo, atque conſilio dicebantur, ut ipſi neutiquam intelligerent, poſtera die ſe eſſe morituros. At illi, quos inopinatus mulieris adventus ſuſpenſos tenebat: Quid enim, inquiunt, tibi in mentem venit, ut hodie tam laute,

Mira Jazdundoctae in Martyres caritas, & munificentia.

Eos ad Martyrium hortatur.

tamque liberaliter nos recreares, aut adeo adcurate noſtri nos Officii commoneres? Quibus illa rem diſſimulans: At quid percontamini, inquit? Quod debeo, me vobis reddidiſſe officium, putatote. His verborum ambagibus eluſa ſciſcitantium curioſitate, Matrona receſſit domum. Poſtera die ſummo mane ad carcerem revolat, depoſitaque omni diſſimulatione, hunc in modum ad eos verba fecit: Nunc ſupplices ad Caelum tendendae manus, atque, poſthabitis ceteris curis, id unum ſumma cum animi contentione, ac mentis puritate agendum, ut vobis Divinum Numen propitium reddatis. Adeſt quippe dies fauſtiſſima, quae vos, triumphali corona donatos, Caelitibus adjunget. Sed acre prius in terris certamen vobis eſt ſubeundum, & illuſtre trophaeum de hoſte ſuperato in mortalium conſpectu erigendum eſt. Ad Deum ergo mox perventuri, vos ipſos praeparate, decoram mortem pro ipſo obeuntes, ac pro amplificanda ejuſdem gloria ſanguinem veſtrum profundentes. Ceterum, quod mea intereſt, vos etiam atque etiam precor, ut ejus, quod unice rogo, exoroque, certam mihi copiam faciatis. Enimvero, ſi eum, quem unice dilexiſtis, & pro quo etiam vitam mox traditurí eſtis, Dominum obſecraveritis, ut mihi per ipſum liceat veſtro conſpectu potiri in illa mundi ſuprema die, voſque adire, & adloqui, atque vobiſcum aevum ducere, tum vero credam tuliſſe me gratiam tantam, quanta poteſt eſſe maxima. Quot enim ſcelerum ſim rea, teſtem habeo conſcientiam meam. Attamen ſi pro meo periculo ipſi deprecatores vos praebueritis, meorum mihi criminum veniam a Deo impetraturos vos eſſe, confido.

Martyrum precibus ſe commendat.

Cui venerandi ex Sacro coetu Senes reſponderunt: ſumma Dei noſtri clementia, atque benignitate in ſpem inducimur, noſtras pro te preces ipſum ratas

Et Martyres bene precantur.

ܗܳܟܰܢ ܗܳܟܰܢ ܠܡܶܬܳܐ ܘܰܠܡܶܗܘܳܐ ܠܟܽܠܗܽܘܢ
ܛܰܝܒ̈ܳܬܳܐ ܕܚܽܘܒܳܐ ܕܰܐܘܫܶܛܬܽܘܢ ܒܗܽܘܢ :
ܘܢܶܬܠܶܠܗ ܐܢܘܢ ܠܟܽܘܣܳܝܳܐ ܘܡܶܕܶܡ ܠܗܽܘܢ
ܣܰܓܺܝܐ ܒܥܽܘܕܪܳܢܳܐ ܘܠܰܐܒܺܝܫܽܘܬܳܐ ܣܰܓܺܝܐܶܐ
ܣܰܓܺܝܐܶܐ ܒܟܽܘܢܳܫܳܐ ܘܠܳܐ ܒܠܚܽܘܕ ܐܰܝܟ
ܕܗܰܝܡܳܢܽܘܬܳܟ .
ܘܐܶܬܕܰܒܪܽܘ ܕܶܝܢ ܒܨܰܦܪܳܐ ܒܫܰܢܝ ܢܓܳܗ
ܒܦܽܘܩܕܳܢܳܐ .

ratas habiturum, ac perinde futurum, ut tibi pro tantis benevolentiae, & caritatis officiis, quae per has temporum anguſtias ipſius cauſſa nobis exhibuiſti, ampliſſimam mercedem reddat, & inſuper quae modo poſtulabas, cuncta juxta fidem tuam praeſtet cumulatiſſime.

Ut primo illuxit decretoria dies, Martyres ad ſupplicium trahi Rex jubet. Exeuntibus in ipſo carceris veſtibulo obviam facta Jazdundocta, ſingulorum pedibus advolvi, pie prenſare manus, poſtrema infigere oſcula, non dubitavit. Ceterum extra Urbem, feſtinantibus lictoribus, celeriter eductos, atque in ſupplicii loco jam conſtitutos, ſummus Praefectus, qui quaeſtioni praeerat, interrogat, num Solem adorare malint, oblata etiam ſpe veniae.

Ad ſupplicium trahuntur.

Interim Jazdundocta ſumma iis rependit benevolentiae, ac pietatis officia.

Tum vero Sanctorum chorus alta, & contenta voce conclamavit: Forte necdum vidiſtis, quippe qui oculis perinde, ac mente capti eſtis, reos quidem, quum ad ſupplicium pertrahuntur, metum, triſtitiamque diſſimulare non poſſe, nec ſolere, ac non modo pallente vultu, ſed ſordido corporis habitu, atque atratis veſtibus intimam animi moeſtitiam prodere. Nunc vero videte, qualis renideat nobis in ore riſus, velut naſcente die vernantibus roſis! Quales praeterea nos ornent veſtes! Quam ſplendidae! Non iſta profecto metum, luctumve ſignificant. Eja igitur, quibus libuerit, exercete nos poenis; quamdiu licet, iras exſaturate veſtras, atroces, & immanes animae. Nihil enim deliberatius nobis eſt, quam ne ſummi Conditoris auguſtiſſimum Nomen contemnere, aut Solem, futilem , & inanem Deum, admirari videamur. Non hoc veſtri Imperii metus a nobis eliciet, quod nihili ducimus, nec Regis veſtri juſſa, quibus in hac cauſſa obtemperare, inexpiabile ſcelus arbitramur. Ratum, videlicet, nobis eſt, ut nihil magis, honeſta morte cadere. Quod tum vero adſequutos fuiſſe nos, putabimus, ſi nobis contingat, non modo opes, ſed ipſam, qua fruimur, lucem amplitudini illius Regni impendere, ad quod vos ipſi imprudentes provehere nos feſtinatis, cujuſque immortalem gloriam nobis non aufertis, quum vitam eripitis. Tum demum Praefectus gladio reos eſſe feriendos pronunciat. Continuo omnes pro Chriſto datis carnifici cervicibus, fortiter occubuere.

Martyrum conſtantia.

Capite plectuntur.

Jazdundocta conductos primis tenebris ex foro pollinctores pro quolibet corpore binos, Sacra Lipſana praeparatis linteis involvere jubet, veritaque Magorum potentiam, in locum ab Urbe remotum efferenda curat, ibique effoſſis altis ſcrobibus, tumulos compoſuit, conditis in quolibet loculo corporibus quinis.

A Jazdundocta ſepeliuntur.

Coronam hic Beatorum Martyrum chorus ſexta die [3] Lunae menſis Aprilis conſequutus eſt.

Martyrii tempus. 3

ADNOTATIONES.

(1) A*Rbela* Urbs Hadjabenae praecipua, apud quam Alexander Macedo Darium, Perſarum Regem, vicit, inter Caprum, & Lycum fluvios ſita, pari ab utroque diſtantia, ut inquit Strabo lib. 16. Regio circa Arbelam dicta eſt Arbelitis, eademque *Hadjabenae Pars* apud Plinium lib. 6. c. 13. Juxta Abulphedam Tab. Geogr. n. 435.
اربل قاعدة بلاد شهروز وهي مدينه بين الذابين
ومنها الي الموصل يومسان خفيفان .

Ar-

Arbela Metropolis regionis Sciabaruz, Urbs inter binos Zabas, a Moſul fere biduum diſtat. Circa annum Chriſti 1200. inſtaurata eſt. Quamobrem apud eumdem Abulphedam Geographus ابن سعيد *Ebn ſaid* de illa haec ſcribit اربل مدينه محدثه وهي قاعدة بلاد شهرزور.

Arbela Urbs nova, eademque Metropolis regionis Sciabaruz. Fallitur itaque Herbelotina, quum Arbelam in Meſopotamia ponit. Arbelenſis Eccleſiae Diaconua Barhadbeſciabaa, cujua Acta infra dabimus, anno Perſequutionis 15. Saporis 45. Martyrium ſubiit. In Epiſtola Marabae Patriarchae Antiſtea Arbelae, idemque Hadjabenae, inter ſubjectos Patriarchae Chaldaeorum Metropolitas tertium locum occupat. Ea Metropolia temporibus Papae inſtituta fuerat, ſi Sozomenſi adhibenda fides. In Synodica Theodoſii, & in Pontificali Chaldaeorum quartus inter Metropoles locus Arbelae, ſeu Hadjabenae tribuitur. Vide Aſſeman. Bibl. Orient. tom. 3. Par. 2.

(2) *Jazduadocta*, ſeu Deo nata a Lipomano ex Metaphraſte tom. 5. die 3. Novembris corrupte *Jazdaudadul* vocatur. Cetera Sanctiſſimae hujus Matronae praeclare geſta babes infra in Actis SS. Acepſimae, Joſephi, & Aithilahae.

(3) Luna 6. Aprilia anno Chriſti 345. quo Martyrium horum Centum viginti Sanctorum contigiſſe, ſuperius oſtendimus, in diem ſolarem ejuſdem menſis XXI. incidit: atque adeo perperam in Martyrologio Romano, & in Menaeis, atque Menologio Baſilii eorum memoria ad 5. & 6. ejuſdem menſis diem revocatur.

ADMONITIO

In Martyrium SS. BARBASCEMINI Epiſcopi, & Sociorum.

Acta Graecis Latiniſque ignota.

SAnctum Barbaſceminum, ſeu, ut alii ſcribunt Barbaſimem, cujus nec Acta, nec memoriam apud Graecos, Latinoſque Martyrologos reperire licuit, Praeſulibus, qui ſaeviente Sapore Rege Martyres occubuere, adcenſet Hermias Sozomenus Hiſt. Eccleſ. lib. 2. cap. 13. prope finem: *Epiſcopi vero*, inquit, *quos quidem accepi* BARBASIMES, *Paulus, Gaddiabes &c.*

S. Barbaſcemini Vitae compendium ex Bar-ebraeo aliiſque rerũ Orientalium Scriptoribus.

De eo autem & Sexdecim Sociis, quorum quidam, ut ferunt Acta, a S. Marutha Chaldaice exarata, quae ex Codice Nitrienſi Vaticano I. eruta, nunc primum Latinitate a nobis donantur, Sacerdotio erant inſigniti, reliqui vero Diaconi, & Clerici, haec ſcribit Gregorius Bar-ebraeus in ſerie Catholicorum Orientis, quam ad tertiam Chronici ſui partem adjecit. [illegible]

Sciahduſti Duodecimus ſufficitur Barbaſceminus, quod nomen Chaldaicum eſt, & Nominibus quatuor praeditum, recte interpreteris, Bethgarmenſis, Simeonis Bar-ſaboe ex ſorore & ipſe nepos. Porro hic Seleuciae clam electus, & in domo cujuſdam Fidelis ordinatus, Clericos, Monachos, & Epiſcopos adſidue hortabatur, ut habitum mutarent, & indumentis albis, ſecularium inſtar, uterentur, quo, ſcilicet, crudelem impii Saporis Perſequutionem declinarent. Poſtea vero quum perſequutio ceſſaſſet, Orienſque Neſtorianiſmo infectus eſſet, cum habita

bitu fides quoque mutata eſt; & qui veſtimentorum formam abjecerant, priſtinum Schema Sacrum, qua potiſſimum Antoniani Monachi apud ceteras gentes diſcernuntur, reſumere detrectarunt. Barbaſceminus autem quum ſeptem annos occultus ſediſſet, tandem ejus nomen ad Saporem delatum eſt, qui ipſum cum ſexdecim Presbyteris, & Diaconis comprehenſum, undecim in carcere menſes detinuit, utque Fidem abnegaret, ampliſſimis promiſſionibus, atque blanditiis ſolicitavit. Sed operam tandem ſe perdere intelligens, eos omnes die nona menſis Januarii in Bethuzitarum Urbe Ledan interfici mandavit. Tunc autem Epiſcopi a praeficienda ſibi capite deſtiterunt, eo quod mactaretur illico, quicumque conſtituebatur. Hactenus Barebraeus.

Eadem fere habet Mares, ſed tres tantum Barbaſcemino Pontificatus annos tribuit, additque ejus Corpus ab Huzitarum Epiſcopo in Urbe Gandiſaporenſi conditum fuiſſe; Seleucienſem vero Sedem ad Izdegerdis uſque regnum, poſt ejus Martyrium Praeſulibus orbatam fuiſſe. Quot annos Seleucienſem Epiſcopatum gesserit?

Amrus tamen Sancti Barbaſcemini inaugurationem ad annum Graecorum 655. Chriſti 344. conlocat, eumque ſeptem annos Epiſcopatum geſſiſſe, Sedem vero unum & triginta ab ipſius obitu annos vacaſſe, adfirmat.

Verum ex genuinis hiſce Actis, quorum authoritas quamlibet aliam utique elevat, exploratum eſt, Barbaſceminum menſe Februario, anno Perſequutionis ſexto, Saporis Regis 36. qui ex dictis in 345. Chriſti annum incidit, comprehenſum fuiſſe; undecim vero poſt tranſactos in carcere menſes, Ledan in Urbem deductum, ineunte proinde anno Perſequutionia ſeptimo, Saporis 37. Chriſti 346. Martyrii palmam cum Sociis obtinuiſſe. Alia autem ex parte conſtat, ejuſdem Barbaſcemini inaugurationem niſi ab anno Perſequutionis 3. Saporis 33. Chriſti 342. repeti non poſſe, quum Sciahduſtes ejus frater, & proximus deceſſor eo anno occubuerit, ut ſuperius oſtendimus. Quinque igitur ad ſummum annos Sanctus Barbaſceminus Seleucienſem Eccleſiam rexit. Martyrii tempus.

Pari etiam calculo refellitur Maris, Amrique de temporis intervallo, quo poſt laudatum Barbaſceminum vacaverit Seleucenſis Sedes, opinatio, quod, ſcilicet, hic ad annos 31. ille vero ad Izdegerdis uſque tempora, qui Perſicum Imperium ab anno Chriſti 400. auſpicatus eſt, protrahendum contendit. Acta ſiquidem noſtra diſerte tradunt. Seleucienſem Cathedram, defuncto Barbaſcemino, annos fere viginti vacaſſe, nempe, uſque ad annum Chriſti circiter 365. Quo quidem tempore Tomarſa, ſeu Tamuza, teſte Barebraeo in ejus Vita, decimus tertius Orientis Maphrianus, ſeu Catholicus renunciatus eſt. Quot annos poſt Barbaſcemini Martyrium vacaverit Seleucienſis Sedes.

ܣܗܕܘܬܐ

ܕܒܪܒܥܫܡܝܢ ܐܦܣܩܘܦܐ . ܘܕܫܬܬܥܣܪ ܣܗܕܐ ܕܥܡܗ .

MARTYRIUM

SS. BARBASCEMINI, Seleuciae, & Cteſiphontis Epiſcopi, & XVI. Sociorum.

Anno Saporis II. Perſarum Regis 36. Perſequutionis 6. Chriſti 345.

ܒܫܢܬܐ ܫܬ ܕܪܕܘܦܝܐ ܐܬܐܟܠܘ
ܩܪ̈ܨܘܗܝ ܕܒܪܒܥܫܡܝܢ ܐܦܣܩܘܦܐ
ܕܣܠܝܩ ܘܕܩܛܝܣܦܘܢ ܩܕܡ ܡܠܟܐ :
ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ : ܐܝܬ ܗܪܟܐ ܓܒܪܐ ܚܕ
ܡܪܝܪ ܒܟܝܢܗ ܠܝܘܠܦܢܢ ܣܢܐ ܘܐܢ̈ܫܐ
ܣܓܝ̈ܐܐ ܐܗܦܟ ܡܢ ܕܚܠܬܢ ܘܡܢ ܢ̈ܡܘܣܐ
ܡܢ ܢܟܣ ܡܠܟܐ ܢܚܒ ܠܗܘܢ :
ܘܗܫܐ

INIERAT annus Perſequutionis noſtrae ſextus, quum Barbaſcemini, Seleuciae & Cteſiphontis Epiſcopi, nomen ad Regem delatum eſt. Adcuſatio his verbis inſtruebatur: Incubat his locis Vir, ingenio ferox, noſtraeque diſciplinae inimicus, a quo plurimi cum a noſtris ſacris, tum etiam a pu-

S. Barbaſceminus S. Simeonis Barſaboë ex Sorore Nepos, & ſucceſſor, ad Regem defertur.

a publicis officiis paſſim, ac temere avocantur. Quid? quod & inſolentiſſima procacitate Ignem, & Aquam maledictis inceſſere, eiſque inſultare non dubitat. Tum vero Rex: Nomen, inquit, conditionemque edicite, & cujas ſit, qui haec nefaria audet? Nepos eſt, ſubdunt delatores, ex Sorore Simeonis Bar-ſaboë, Chriſtianiſque praefectus, ejus locum tenet.

Comprehenditur cũ ſexdecim Sociis.

Infremuit ad haec Rex, iraque excandeſcens, actutum arceſſiri reum jubet. Continuo rapitur Barbaſceminus cum ſexdecim Viris. Horum quidam Sacerdotio erant inſigniti, reliqui Diaconi, & Clerici, qui variis ex locis, tum ex praedictis Civitatibus ad Epiſcopum convenerant. Rex Barbaſceminum truci vultu intuens: O ſceleſtiſſimum, inquit, caput, ſupplicioque periturum teterrimo! Eone tua te impulit audacia, ut, poſthabitis Edictis meis, iſti populo, quem mihi maxime exoſum eſſe minime ignorabas, utpote Deorum meorum contemtorem, praeeſſe praeſumſeris? Praeſertim quum te non lateret, Simeonem, mihi ceteroquin cariſſimum, hac de cauſſa ſummo ſupplicio pridem adfectum fuiſſe.

Acta coram Rege.

Cui Barbaſceminus: At tu, inquit, numquam impetrabis, ut Edictis tuis nos Chriſtiani pareamus, quippe quae omnia Religionis noſtrae Sacra convellunt. Quibus enim Legis Chriſtianae quamlibet particulam ſartam tectam tueri propoſitum eſt, hanc, in qua Fidei noſtrae, velut cardo, vertitur, deſerere, iniquiſſimum eſſe, ac prorſus intolerandum, arbitramur.

At Rex: Tibi vero, ut video, annis gravata aetas eripuit mentem: adeo inſanis, ut tuam ultro necem expetas. Et quidem petenti propediem inferre ratum etiam mihi, parique Nepotem ſupplicio perdere, quo pridem Avunculus periit, ſua complures obtuens ruina. Cui Barbaſceminus: Non ego

Minas contemnit.

[illegible]

ego aut vitam odi, aut mortem expeto, dum per te liceat mihi verae Religionis dogmata profiteri, meaeque vitae rationem ad ejus inſtituta conformare. At poſteaquam tua tu abuſus poteſtate, tuum in errorem nos impellere adgreſſus es, iniqua hac conditione potiorem mortem duco. Non enim illa finem vitae, ſed melius, & altius initium dabit: proinde nec laetitiam adimet, ſed ex fluxa, & caduca immortalem efficiet. Avertat Deus, ut a recta Fide, quae, ut in unum ipſum credamus, expoſtulat, ne hilum quidem deflectam, aut ſuſceptam ab inſtitutore meo Simeone Religionem ejurem.

Sol, Ignis, & Aqua Perſarū Numina.

Tunc enimvero Rex effervescentem ſtomachum, iracundiamque compeſcere non potuit, quin ſolem, Deum ſuum, conteſtatus, in haec verba erumperet: At at ego ſectam prorſus delebo veſtram, veſtraque Sacra ab hominum mentibus penitus evellam. Ad haec ſubridens Barbaſceminus: At enim, ſubdidit, qui Solem modo jurabas, Ignem, [1] & Aquam a te praetermitti ex officio non fuit, quos, utpote Deos, pari, ac Solem honore a te haberi conſentaneum erat, eorumque ſimul opem expoſcere, ut tibi noſtrum exitium molienti adeſſent, tuaque conſilia bene vertere, atque ad exitum perduci juberent. Excanduit impius Rex ad hunc Viri, inter minas minime trepidantis, jocum. Et tu quidem, ſubjecit, velut morte jam deliberata, cavillis me laceſſis, ut celerem a me necem propediem feras? At immane quantum abertas! Finem poenae quaeris, ego poenam volo. Cum foedi carceris aerumnis perdiu tibi antea conflictandum ſcias, ſi forte tuae ſectae homines tuam miſerrimam conditionem, mox etiam acerbiſſimam necem contemplati, audaciam ponant, diſcantque legum ſeveritatem timere.

Vinculis conſtricti undecī

Dixerat haec: quum continuo

Menſes arcta ſub cuſtodia adſervantur.

omnes in carcerem duci, & gravibus conſtrictos vinculis, arcta ſub cuſtodia adſervari jubet. Atque ita a Februario ad quintum Idus Decembres, anni fere ſpatium exactum eſt, quo temporis intervallo crudeliſſime divexantur a Magis, verberibus, fuſtibus caeduntur, fame, ſiti maecerantur. Omnes ex longa inedia torridi videbantur, mutati carceris illuvie vultus, cadaveroſae frontes cineris, aut fuliginis colorem contraxerant, ſqualentiaque macie, ac tabe corpora, tormenta inſuper ſaepius repetita, miſerandum in modum deformaverant.

Interim crudeliſſime divexantur.

Inde Ledan deducti, Regi ſiſtuntur.

Veriente anno, Barbaſceminus cum Sociis ad Urbem Ledan Provinciae Huzitarum, Regis juſſu, qui id temporis ibidem morabatur, vincti trahuntur, & ad quaeſtionem iterum vocantur. Aderat cauſſae cognitor ipſe Rex, qui reos ſic adorſus eſt: Proh gentem inſanam, atque ab omni ratione alienam, qui ad interitum ſcientes ruitis! Tot jam aerumnis adflicti necdum audaciam ponitis? Reſipiſcite jam tandem, miſeri, quemve exitum habuerint illi ex veſtra ſecta homines cogitate, qui primi inter carnificum manus male perierunt, dum ſperarent vitam immortalem, imperiumque ſempiternum ſe eſſe adſequututos; ut aliquando vos pudeat illorum inſaniam imitari, & certam mortem vobis ipſis arceſſere, vos tandem poeniteat: quod illi fecere, deſperatiſſima redintegrandae ſalutis, vitaeque in aevum producendae ſpe ducti; qua tamen nihil inanius, nihilque inconſultius fuiſſe, ipſi modo animadvertitis: nec enim revixere. Quae quum ita ſe habeant, quid veſtris rationibus conſentaneum ſit, aeſtimate? Nam ſi mihi, optime utique in vos conſulenti, morem gerere, meiſque Edictis obtemperare ſtatueritis, hujus obedientiae uberrimos fructus capietis: tum vero prae ceteris tu, Barbaſcemine,

Ad Solis ſacra ſuſcipienda, muneribus atque minis fruſtra tentatur.

ne, qui, ſi ſacra Dei Solis ſuſceperis, quam magnum inde dignitatis, atque amplitudinis incrementum tibi adceſſurum ſit, hac ipſa die intelliges. Simulque mille Auri [a] Sineaseum Cyatho 2
Aureo Barbaſeemino porrexit: Hoc interea, inquit, habeto, quod, ad excitandos in tui admirationem ſpectatores, malui hoc tibi in loco oblatum, dum tibi publica officia, ac Praefecturam propediem paro.

Cui Beatus Antiſtes: Egone, inquit, tibi is ſum viſus, ut me hiſce crepundiis perinde atque ſordido pulvere, & caducis floribus eo adductum iri exiſtimares, ut deſererem Deum immortalem, cujus vi, ac numine iſta omnia primum in lucem prodiere, mox etiam, ipſo jubente, in nihilum relabentur? Quare toto eram probandus tuo Imperio, o Rex, nedum iſtis nugis; nec tamen quod ſemel fixum eſt retinere, propterea ullatenus abjeciſſem.

At Rex: Tu vero, ſi qua tibi tui, tuorumque ſupereſt cura, cave, ne quo ornatus es, donum contemnere, atque abjicere videaris. Nam ſi proterve, inſolenterque mecum agere pergas, id tantummodo efficies, ut actutum voto ſatisfaciam tuo, atque meo: tibi quidem vitam eripiens, tuam vero gentem iſtam, perduellem, mihique moleſtiſſimam, exſcindens, ac penitus exſtirpans.

Tum Martyr ſanctiſſimus reſpondit: Scilicet, ut ille ſcelerum vindex Deus ultimo mundi die, quando omnes mortales coram eo conſtituti, toto pectore contremiſcent, illa mihi exprobraturus ſit: Siccine, inquiens, inſaniebas, ut auro, quod ipſe Sapori Regi dederam, me poſthaberes, & nugis captus, nugas itidem ſectareris? Propterea hoc ſcias velim, Rex, me quidem in mea Religione, veriſſimaque Fide tutum perfugium, & portum tenere. Tu vero, ſceleſte, atque inique prorſus

 ſus

ſus Tyranne, jam coeptum perage facinus: profer atrocem animum, necdum caedibus ſaturum. Verba huc-uſque dabas, expedi jam verbera.

Ad haec Rex: Hactenus equidem, quaſi ſapientem Virum, dictis, factiſque te perhonorifice habebam: at nunc ſero tandem mihi patuit, fateor, alium te eſſe, quam putabam, hominem, ſcilicet, dementem, & inſanum, utpote veſana illa ſtirpe genitum: iſtam vero, qua correpti eſtis, Chriſtiani, luem mitibus remediis fruſtra tentari: quare acerba aſpera pertinaci malo celeriter eſſe admovenda, voſque duris verberibus edocendos, qua ratione gubernentur, atque in officio contineantur mortales.

Cui Barbaſceminus: Chriſtianorum, inquit, ſapientiam, & fidem ex eo exiſtima, quod pro Deo noſtro mortem oppetere non dubitamus: quod tuam ferociam pari ferocia frangimus; feroces enim, ac mites eſſe didicimus, ut ferunt tempora, & mores. Dum autem ceteros nos homines fluxae, caducaeque eorum fortunae commoneremus, teque, ut reliquum hominum vulgus, periturum ediceremus: tu interim blandiebaris orationi noſtrae, offerebas munera, opinans, nos, hiſce illecebris irretitos, aeternam, quam unice diligimus, vitam poſthabituros, aut abjectis, quas tenemus, veris opibus, ad tua procurſuros munuſcula, una cum iis, quos Deos tuos nominas, propediem interitura. His porro dictis vehementer permotus Rex: Aſt ego, ſubjecit, poſthac Copiarum mearum Praefectis perſcribam, ut in Chriſtianos arma expediant, atque in exitium nominis veſtri univerſi conſpirent. Cui Barbaſceminus reſpondit: Invictum animi robur, quod a Chriſto Domino noſtro in hoc conflictu accepimus, tuos, tuorumque militum conatus facile infringet. Quod autem confidis, caedibus, ac tormentis gentem noſtram funditus deletum iri, immane quantum falleris! Numquam enim uberior electa Chriſtianorum ſoboles eſt futura, quam quum in eoſdem ferro acrius ſaevire occoeperis. Sument enim vires a vulnere, & in immenſam ſobolem ſuccreſcent, quos ſuccidere, atque radicitus exſtirpare tentaveris: indeque diſces, huic bello, quod adverſus Fidei noſtrae homines ſuſce-

ſuſcepiſti, nec vires, nec animum tibi adeſſe parem. Sed perge jam, & Chriſtianos ea, qua ſoles, crudelitare ruis Regnis expellito; protinus excipiet nos patria noſtra, quae homines, moribus noſtris imbutos, noſtrique ſimiles complectitur. Tu manus, noſtro contaminatas ſanguine, eluere olim cupies. At fruſtra: ecce enim, quos ſuſtuliſti, Chriſtiani noſtri ſodales in Paradiſo, in loco deliciarum pleno, beatam ducunt vitam; ſed & pueri, quos obtriviſti, & Virgines, quas peſſume adflixiſti, feliciter regnant. Te vero huic contraria ſors maner, luctus, videlicet, & ſtridor dentium, nullumque finem habitura rormenra.

Immane Saporis in Chriſtianos Edictum.

Tum vero impius Rex, juſtitiae neſcius, & aequitatis, immani exarſit ira, eamque repente excuſſit, profuditque Chriſtianos omnes cruenro, arque ſaeviſſimo Edicto proſcribens. Aſpidi inſuper, aur Regulo ſimilis irinera obſedit, volavir ad praedam, curvavir ſe ad ictum, atque felle efferveſcenre tumefactus, amaros devolvit torrentes, quibus omnia abſorbuir, obruit, comminuit.

Edicti haec ſumma erat: *Quicumque me amat, meumque Regnum ſalvum cupit, det operam, ne quis, Chriſtiani nominis tenax, intra Perſidis fines, aut ſub ditione mea commoretur, quin Solem adorare, atque Ignem, & Aquam colere, veſcique animaneium* [2] *ſanguine compellatur. Si quis haec facere detrectaverie, hunc Praefectis* 3
actutum dedi jubeo, atque ex eorum ſententia torqueri, & ultimo adfici ſupplicio.

Martyrii tempus.

Interfectus eſt S. Barbaſceminus cum Sociis Martyribus ſexdecim Luna nona
[4] menſis Januarii, eoque exſtincto, Seleuciae & Cteſiphontis Sedes ad annos circi- 4
ter viginti vacavit, eo nimirum ſaeviſſimo Edicto novam Electionem diſturbante,
trepidantibus Perſequutionis metu Chriſtianis.

Poſt Barbaſcemini obitum Sedes ad annos circiter 20. vacat.

ADNOTATIONES.

(1) Hinc liquet, Perſas olim non Solem tantum, ſed Ignem etiam, & Aquam, tamquam Numina adoraſſe.

(2) *Sincas*; hoc eſt, Semidrachmas. Monetae id nomen eſt, quae etiamnum apud Orientales viget.

(3) Legem Apoſtolicam de abſtinendo a ſanguine, tanta olim Religione Chriſtiani cuſtodiebant, ut, qui ſanguinem comederet, is deficere a Fide vulgo judicaretur. Videſis Tertullianum in Apol. & Natal. Alexand. diſſert. IX. ſecul. I. Idque vel ex immaniſſimo hoc Saporis Edicto luculentiſſime colligitur.

(4) Luna nona menſis Januarii anni 346. quo Sancti Barbaſcemini, & Sociorum Martyrium contigiſſe oſtendimus, in Solarem ejuſdem menſis diem XIV. incidit.

ADMONITIO

In Paſſionem Martyrum, qui variis in locis interfecti ſunt.

Poſt S. Barbaſcemini obitū plurimi Martyres.

CRuentum & immaniſſimum Edictum, quo Perſarum Rex Sapor generoſa Sancti Barbaſcemini oratione revictus, Chriſtianos omnes proſcripſit, & cujus ſummam ad calcem Actorum ejuſdem Barbaſcemini ſubjecit Maruthas, innumerabilis Martyrum caedes conſequuta eſt, quorum certamen paucis ab eodem Marutha deſcriptum, ex Codice Chaldaico Nitrienſi Vaticano II. heic proferimus.

Quorum nomina & Acta pleraque ignota.

Porro quum plurimorum horum Martyrum nec apud Judices Acta ſe vidiſſe, nec niſi paucorum nomina, ab incertis authoribus memoriae prodita, ſe adſequutum fuiſſe, ingenue fateatur Maruthas, mirari profecto non ſubit, quod quae de iis ab eodem Marutha heic perhibentur, Elogii potius, quam Paſſionis hiſtoriae characterem praeſeferant. Et quidem optandum eſſet, ut ſingulorum, aut certe praecipuorum, qui in Sacris Syrorum, Graecorum, Latinorumque faſtis ſparſim memorantur, Martyrum, ſaeviente eo Edi-

Edicto, in Perſide caeſorum, Acta haberentur; ſed quum plerique eorum quaſi tumultuoſe, acervatim, & nulla obſervata Juris formula Martyrium conſummarint, nemini forſaſſe ea omnia colligere, & poſteritati tradere licuit, nec niſi pauciora ex iis ad nos uſque pervenerunt: ex quibus duo tantum, quae, ſcilicet, Maruthas in commentarios retulit, quaeque nullis poſtea interpolata, aut vitiata fuerunt additamentis, huic plurimorum Martyrum Paſſioni, ſive Elogio ſubjungemus.

ܣܗܕܘܬܐ

ܕܣܗ̈ܕܐ ܕܐܬܩܛܠܘ ܒܐܬܪ̈ܐ ܡܢ ܐܝܕ̈ܝ ܡܪ̈ܙܒܢܐ ܣܛܪ ܡܢ ܐܝܠܝܢ
ܕܒܬܪܥ ܡܠܟܐ ܐܬܩܛܠܘ.

PASSIO MARTYRUM

Qui variis in Locis a Praefectis interemti ſunt, praeter eos, qui in Regis Foro occubuere.

Anno Saporis II. Perſarum Regis 37. Perſequutionis 7. Chriſti 346.

Perſequutio recrudeſcit.

EODEM ferme tempore, quo Martyrii Coronam adeptus eſt Barbaſceminus, atrox procella terris noſtris incubuit, quae populum noſtrum vehementer adflixit, Eccleſias praeterea diruit, nudataque Religionis noſtrae ſacra vulgo proſtituit. Tunc enimvero fortes, praeſtanteſque Animae procedere, atque augeri: imbecilles contra, inerteſque langueſcere, atque deficere: nutantes quidem cadere, conſtantes vero rectum, confirmatumque ſenſum acrius tueri: ardentes, & alacres ad conſtitutum opus procurrere: pigri contra, deſideſque ignobile otium ſectari. Quid? quod Tyranni diſtrinxerunt ferrum ad praedam, invaſerunt generoſas Animas, ipſarumque facultates diripuere, hiſce rapinis ſuas opes auctum iri exiſtimantes; quas tamen vox illa, mortuorum ſuſcitatrix, quandoque diſſipabit, Martyribus quidem abrepta patrimonia reſtituens, ab illorum vero perſequutoribus poenas exigens.

Plurimi Martyrio perfuncti ſunt, quorum nomina, & Acta ignota.

Porro etſi plurimos ubique locorum debitum Fidei Chriſtianae teſtimonium dediſſe certum eſt; ex iis tamen paucorum dumtaxat nomina, a quibuſdam literis conſignata, ad nos uſque

ܒܗ ܒܙܒܢܐ ܗܘ ܕܐܬܟܠܠ ܡܪܝ
ܒܪܒܥܫܡܝܢ ܩܡ ܗܘܐ ܡܫܥܠܐ ܥܫܝܢܐ
ܥܠ ܐܬܪܢ ܘܐܠܝܨܐ ܪܒܐ ܥܠ ܥܡܢ.
ܘܣܘܚܦܢܐ ܠܥܕ̈ܬܐ ܘܦܘܪ̈ܣܢܐ
ܠܬܫܡܫܬܗܝܢ. ܘܡܛܫܝܐ ܫܠܝܚܬܐ
ܒܗܘܦܟܐ ܕܥܡ̈ܡܐ ܒܫܘܩܐ. ܢܦܠܘ
ܢܦܩܘ ܘܩܡܘ ܗܘܘ: ܚܝ̈ܠܐ ܕܢܦܫܐ
ܠܚܕܕܐ ܘܚܠܫ̈ܐ ܗܘܘ ܡܬܡܟ̈ܟܝܢ
ܗܘܘ ܗܘܐ ܡܠܝܐ ܘܡܬܦܠܓܐ ܕܠܡܣܬܪܩܘ
ܕܚܠܝ̈ܐ ܕܐܢܫ̈ܐ ܘܚܝܠܐ ܕܓܢ̈ܒܪܐ.
ܕܢܬܠܘܢ ܢܦܫܗܘܢ ܘܢܣܬܡܟܘܢ
ܒܗܝܡܢܘܬܗܘܢ ܒܕ ܚܙܝܢ ܕܐܬܬܪܝܨ
ܒܗܝܢ ܡܢܥܢ ܕܢܬܟܣܐ ܠܗܘܢ ܘܕܠܐ
ܢܬܩܦܘܢ.
ܗܟܝܠ ܐܝܟ ܕܒܗ ܐܬܪ ܐܬܦܠܓ
ܒܪܕܘܦܝܐ. ܐܝܠܝܢ ܕܐܝܬ ܥܬܝܪܘܬܗܘܢ
ܐܚܝܕܝܢ ܠܡܥܒܕ ܠܐ ܐܝ ܕܒܟܠܐ ܡܢܗܘܢ.
ܕܡܢ ܕܒܝܬ ܒܢܘܗܝ ܘܢܦܫܐ ܐܝܟ ܐܝܟ
ܒܠܥܘܕܝܗ: ܐܝܟܘ ܕܐܡܪܬ ܡܠܬܐ
ܗܝ ܠܐ ܬܬܒܛܠ. ܘܐܝܟܘ ܕܐܦܩܘ
ܬܠܬܝܢ ܗܘ ܠܐ ܡܬܟܠܐ. ܒܬܪܬܝܢ ܒܢܝ
ܘܐܚ̈ܝܢܗܘܢ ܐܚܪ̈ܢܐ. ܘܐܬܡܢܘܢ
ܒܘܟܪ̈ܐ ܘܥܬܝ̈ܪܐ ܕܥܡܗܘܢ. ܠܗ ܠܗ
ܐܦܪܘ ܠܥܠܡܐ. ܒܒܠܐ ܐܢܐ ܕܐܢܘܢ
ܐܦܫܐ ܠܒܢܝ̈ܐ. ܠܗ ܠܗ ܡܚܐ
ܠܐܬܪܝܢ

[illegible]

uſque pervenerunt, quorum ego in deſcribendis geſtis fruſtra prolixiori utar oratione: nec enim illa dicendo adſequuturum me eſſe confido, nedum omnia plene, perfecteque comprehenſurum. Enimvero quidquid dixero, id & impar fore ſentio, & perbreve, ſi diuturnarum, quas ii objerunt, Paſſionum ratio habeatur. Quidquid dictavero, exiguum eſt, quum illorum cruciarus modum omnem exceſſerint. Quid? quod nec de his prolixius agere in promtu eſt, quum eorumdem apud Judices Acta ipſe non viderim, nec illa modo vel cogitatione conſequi, vel manibus adrrectare, vel curſu comprehendere mihi ſit faculras. Profecto difficile eſt eloqui quae a nemine doctus ſis, aut hiſtoricum agere, quando authorem, quem ſequaris, non habes, nec ſcopus, ad quem ictum deſtines, adparet. Opus ſane arduum; conabor tamen, & eorum Martyrium, per quod magni, & laude digni evaſerunt, oratione perſequi adgrediar: eodem ſiquidem loco pugna, & victoria definiunrur; at Martyrium corona eſt, & malorum, laborumque omnium finis.

Quis vero jam iſta pro dignitate eloquatur, aut ſymbola inveniat, quorum comparatione propoſitarum rerum praeſtantiam declarer? Qui enim eorum memoriam complectirur, liber decora videtur planities, ſublimibus coronata cedris, aut prarum, quale die feſto frequentare ſolemus, odoratis floribus renidens; illorum, ſcilicet, nomina flores ſunt, puris menribus bene olentes, ſuntque ipſorum nominum elementa lilia vernantia. Sanguis eorum Provincias noſtras rigavit, & ſicut ros fines noſtros adſperſit: gaudia noſtris terris adtulir, & luctum, laetos protulit dies, immixtos triſtibus. Sunt eorum corpora velut bonae nutricis ubera, ſunt oſſa hortus uberrimus. Ager eorum exuberavit in meſſem, cujus manipulus Altari

Eorum Encomium.

tari oblatus eſt. Ipſorum Grex multiplici ſobole propagarus eſt in greges, praebuit agnos ad victimas. Sacerdos fuit illorum voluntas, holocauſtum corpus, & ſuavis immolatio ipſa eorum Paſſio.

Age nunc, recogita, quam acerbae fuerint eorum paſſiones, quam ſuavis, & jucundus eorum ſermo! Quantum rerrenr eorum ſupplicia, quantum contra trahunr, & adliciunr, quae ipſis promiſſa ſunr, praemia! Quam atrox, & horrenda fuir, qua periere, poena, quam grata, & experira eſt eorum memoria! Domus ſanguinis ſanguinem nobis offert: cruenras caedes ſubjiciunt morris limina. Quocirca orarionis noſtrae argumenrum eſt Tyrannorum ferro fuſus ſanguis, & Martyrum per immanes cruciarus clari exirus. Ruinas, morteſque recolimus.

Huc ergo adpropera quicumque ſapiens pio dolore perinde arque amore adfectus aeſtuas, & angeris, huc, inquam, adpropera, & animum curis preſſum ad pias ſolve lacrymas. Huc feſtina quicumque ſapis, & diligis, fleruque moleſtis cogitationibus exonera gravem menrem. Eja animae labes dolore elue, & amore cor lava quicumque prudens luges, & optas meliora. Feſtina, inquam, & daro capiti tuo aquas, & oculis ruis fonres lacrymarum. Praepara aures tuas, & mentem tuam inrende: lege nominum cenſus, & cogira exaggeratas in Martyrum caput calamitarum procellas: explica caritate aeſtuantem mentem, & conjicito per te ipſum illorum cruciarus, quos mihi proferre haud licuir, quum intelligenriam meam perinde arque dicendi facultarem longe antecellant. Tu itaque Athletarum Chriſti, quorum alii quidem gladio caeſi, alii vero lapidibus obruti perhibentur, adrenre metire paſſiones, earumque pondus explora, & obſtupeſce. Tuum eſt animo perpendere efferatae mulrirudinis in ipſo lapidum jactu rabiem, vel Tyrannorum in eoſdem Marryres ſaevienrium inrimas furias.

ܢܝܚܐ ܕܒܚܬܐ. ܐܦ ܡܪܥܝܬܗܘܢ ܢܦܫܬ ܒܝܠܕܐ
ܘܐܬܥܒܝܬ ܠܥܢܐ ܣܓܝܐܐ. ܐܦ ܗܝ ܝܗܒܬ
ܐܡܪܐ ܡܬܢܝܚܐ ܠܡܬܟܣܐ ܘܠܕܒܚܐ. ܐܦ
ܟܗܢܐ ܐܝܬܝܗ ܗܘܬ ܨܒܝܢܗܘܢ. ܘܝܗܒܘ ܗܘܘ
ܦܓܪܐ: ܗܘ ܕܝܢ ܗܘܐ ܡܘܗܒܬܐ ܕܒܚܬܗ ܩܕܝܫܬܐ
ܠܗ ܚܫܗܘܢ ܕܐܬܟܠܝܘ. ܡܪܝܪܝܢ ܚܫܗܘܢ
ܘܚܠܝܢ ܘܒܣܝܡܝܢ ܡܠܝܗܘܢ ܒܣܦܪܐ.
ܬܩܝܠܝܢ ܕܠܐ ܐܡܬܝ ܫܢܕܝܗܘܢ. ܬܩܝܠܝܢ ܕܠܐ
ܐܡܬܝ ܐܓܪܐ. ܕܡܫܠܡܝܢ ܦܘܪܥܢܐ
ܠܗ ܕܡܫܒܚܐ. ܕܐܠܝܨܝܢ ܡܫܬܡܥܝܢ ܠܗ
ܘܡܬܚܫܒܝܢ: ܐܝܟ ܚܠܠܐ ܕܡܘܬܗܘܢ
ܚܒܝܒ ܗܘ ܘܡܬܡܢܐ. ܘܚܠܝܐ ܘܡܬܝܕܥ
ܕܘܟܪܢܗܘܢ ܒܡܐ ܘܐܬܩܢܝ: ܕܒܝܬ ܗܘ ܕܕܡܐ
ܕܬܒܚܐ ܘܩܛܠܐ ܕܠܡܬܥܢܝܢ ܡܬܒܢܐ.
ܕܒܝܬ ܗܘ ܕܐܬܦܠܛܘ ܕܡܐ ܕܣܗܕܐ ܕܡܫܬܟܚܝܢ
ܒܢܐܬܐ.

ܠܐ ܚܡܨܐ ܐܬܓܠܝ ܡܠܟܐ ܘܬܡܗܐ. ܠܐ ܬܗܘܐ
ܘܡܬܒܥܐ: ܡܢܐ ܚܒܝܒ ܫܡܐ ܘܡܨܒܬܐ.
ܡܢܐ ܚܟܝܡ ܕܒܟܐ ܘܨܒܐ ܐܠ ܡܫܬܡܥܐ
ܕܡܢܝܬܐ ܚܢܢ ܕܩܛܠܘ ܟܪ. ܐܠ ܡܫܡܥܐ
ܕܡܬܠܢܐ ܒܝܫܬܐ ܕܐܬܢܟܝ ܠܗܘܢ. ܐܠ
ܠܡܫܬܥܝܢܘܬܗܘܢ ܕܡܢܝܢ ܐܬܐܬܝܢ. ܐܠ
ܘܠܡܛܠܬܗܘܢ ܕܚܝ ܡܢܝ ܐܬܓܢܐ: ܕܚܫܬ
ܕܡܘܬܗܝ ܠܫܡܗ ܐܬܪܐ ܘܡܬܩܢܝܢ ܐܬܐܬܝܢ.
ܚܝ ܕܒܠܒܟ ܢܦܫ ܐܝܬܝܟ ܕܒܩܫܬܐ. ܘܚܝ
ܕܢܦܫܟ ܡܢܝܚܬܐ ܠܡܫܝܚܐ. ܕܠܟܠ
ܡܦܪܫ. ܘܗܦܟܐ ܫܘܒܚ. ܘܗܦܟܐ ܠܟܠܗ
ܘܠܡܢ ܠܟܠܗܘܢ.

Scriptoris monitum.

Cave porro, ne horum Bearorum Martyrum Paſſionem mente percurras; inde ocioſus deſideas, neve eamdem mediteris, poſtea ſileas. Animum impleto dolore, arque fiducia, laeriria, & luctu oculos, dum ribi caſtra morruorum viventium occurrunt, & agmina inrerfectorum laeranrium. Quod enim a nobis illos ſeparari vides, eſt quo doleas; quod vero cum Domino junguntur, eſt irerum quo gaudeas. Inter laeririam, & moerorem duo tibi commoda colliges: alrerum, quod corpus lacry-

lacrymis ablüis: alterum, quod animum ad reſurrectionem innovas. Illuc, nempe, tuas intendere ſpes te oportet, heic praeſtolari quae ſperas. Quae heic, temporaria ſunt, quae illic ſempiterna.

ADMONITIO

In Martyrium SS. JACOBI Presbyteri, & MARIAE Virginis.

SAnctum Jacobum, cujus & Mariae Sororis, Sacrae Deo Virginis, Martyrium breviter a Sancto Marutha deſcriptum, ex Codice Chaldaico Nitrienſi Vaticano I. nunc primum heic in lucem exhibemus, clariſſimus Bibliothecae Orientalis Author, tom. 3. par. 2. pag. 54. eundem eſſe putat, ac Jacobum Presbyterum, quem cum Johanne Epiſcopo, & Martyre Menologium Graecorum, juſſu Baſilii Imperatoris editum, & Martyrologium Romanum die 1. Novembris concelebrant. Verum quum ibi de Maria Virgine ne verbum quidem occurrat, neque heic Johanni Epiſcopo ſocius adjungatur Jacobus, hunc profecto, de quo agimus, ab illo omnino diſtinguendum eſſe, nemo non videt.

S. Jacobus alius eſt ab illo, qui in Martyrologiis ad diem 1 Nov. commemoratur.

Porro inter Martyres, qui ſaeviente Saporis Regis edicto, poſt Barbaſcemini obitum paſſi ſunt, & ex quibus paucorum dumtaxat certaminis monimenta nobis Chaldaicus Codex Nitrienſis Vaticanus I. ſervavit, Jacobum quidem, & Mariam ejus Sororem eſſe recenſendos, liquet vel ex eorumdem Martyrii tempore, quod anno Perſequutionis ſeptimo, Saporis Regis 37. Chriſti 346. Luna vero Martii decima ſeptima, quae in ſolarem ejuſdem menſis diem XXII. eo anno incidit, duobus nempe a ſaeviſſimi illius Edicti promulgatione circiter menſibus, contigit, ut in Actis expreſſum habetur.

Horum MM. Acta hucuſq; ignota.

Martyrii tempus.

Ex hiſce autem Actis diſcimus, tanta olim religione Chriſtianos a ſanguine abſtinuiſſe, ut ejus quidem eſus in Fidei deſertionis argumentum a Perſequutoribus adſumeretur. Idque vel confirmatur ex Saporis Regis Edicto, in Actis S. Barbaſcemini relato, quo ſanguinis eſus unacum Solis, Ignis, & Aquae, Perſarum Numinum, cultu diſerte praecipitur. Hinc Jacobus, & Maria, aliique Martyres in hac Saporicae Perſequutionis hiſtoria laudati, omne tormentorum genus, & mortem ipſam ſubire, quam ſanguine veſci maluerunt. Praeterquamquod ſanguinis eſum jam inde ab Eccleſiae exordio fidelibus interdictum fuiſſe, patet ex illo Apoſtolorum decreto, Act. 15. *Viſum eſt Spiritui Sancto, & nobis, nihil ultra imponere vobis oneris, quam haec neceſſaria, ut abſtineatis vos ab immolatis ſimulachrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione, a quibus cuſtodientes vos, bene agetis.* Unde Biblias Martyr, apud Euſebium Hiſt. Eccleſ. lib. 5. cap. 1. circa medium, calumnias Chriſtianis, imperante Marco Aurelio Antonino, ab Ethnicis impactas, refellens: *Qui fieri poſſet*, inquit, *ut infantes comederent, quibus ne ſanguinem quidem animantium deguſtare licet?* Et Tertullianus, in Apologet. cap. 9. *Erubeſcat error veſter Chriſtianis, qui ne animalium quidem ſanguinem in epulis eſculentis habemus, qui propterea quoque ſuffocatis, & morticinis abſtinemus, ne quomodo ſanguine contaminemur, vel intra viſcera ſepulto.* Eadem ferme adſerunt Origines contra Celſum, lib. 8. circa medium, Minutius Felix Octav. pag. 55. Clemens Alex. Paedagog. lib. 1. cap. 3. prope finem.

Eſus Sanguinis in Fidei deſertionis argumentū olim adſumtum.

Quamvis autem Apoſtolica hac lege, quae etiamnum apud Orientales viget, Chriſtiani olim omnes adſtringerentur; attamen quum ad ſolam diſciplinam illa ſpectaret, & finis, propter quem ab Apoſtolis condita fuit, ſcandalum, nempe, Judaeorum ceſſaſſet, apud Occidentales quidem ſenſim & ſine ſenſu obſolevit; ejus vero obſervatio nunquam ab Eccleſia improbata fuit, quinimo in Conciliis Gangrenſi Can. 2. Quiniſexto, ſeu Trullano II. Can. 67. Aurelianenſi II. & Vvormacenſi Can. 64. diſertiſſime confirmata. Hinc ſummae quidem ignorantiae arguendus eſt Thomas a Jeſu Carmelita Nudipes, qui in Libro, de procuranda ſalute omnium gentium, inſcripto, Orientales omnes, a ſanguinis eſu, juxta Apoſtolicum decretum, ſeſe abſtinentes, erroris imprudentiſſime inſimulat.

Ejus abſtinentia apud Orientales etiamnū viget.

Nunquam ab Eccleſia improbata.

Ignorantiae arguitur Thomas a Jeſu.

ܣܗܕܘܬܐ

ܕܝܥܩܘܒ ܩܫܝܫܐ : ܘܕܡܪܝܡ ܒܪܬ ܩܝܡܐ .

Anno Saporis II. Perſarum Regis 37. Perſequutionis 7. Chriſti 346.

M A R T Y R I U M

SS. JACOBI Presbyteri, & MARIAE ejuſdem Sororis Sacrae Deo Virginis.

Jacobus Presbyter, & Maria ejus Soror comprehenſi.

Ad edendum ſanguinẽ fruſtra ſolicitantur, & flagris caeduntur.

ANNO Perſequutionis noſtrae ſeptimo, comprehenſus eſt JACOBUS, Presbyter pagi [1] Thel-ſcialilae, una cum Maria Sorore, Filia Foederis, jubente Narſete Tamſapore, qui Beatos Martyres, ut ſanguine veſcerentur, fruſtra compellere enixus, flagris crudeliſſime lacerari imperavit. Illi contra, manibus ad Deum ſuum ſublatis, fixaque in eum cogitatione, orabant, ut ſibi, omni humana ope deſtitutis, ipſe praeſto eſſet, & animum, virtutemque ſuppeditaret.

Sententia capitis, in eos lata,

A Mahdade Chriſtianę Religionis desertore, exſequtioni mandatur.

Quum itaque animadverteret Tyrannus, eos a ſtudio ſuſceptae Religionis nullatenus amoveri, adcitum ad ſe quemdam virum nobilem, conditione laicum (Mahdades is dicebatur) nomine tenus Chriſtianum, juſſit, latam adverſus Sanctos Martyres capitis ſententiam actutum exſequi. Ille hoc ſuis conſentaneum rationibus arbitratus, morti incautus occurrit, dum vitam quaerit, ſpemque ſuam, fallaci rerum caducarum ſpecie deceptus, abſcidit, & Beatorum Martyrum capita manu ſua obtruncavit in Thel-dara pago, qui fluvio [2] magno imminet.

Eorum Martyrii tempus.

Corona donati ſunt illuſtres Athletae die decima ſeptima [3] Lunae menſis Martii.

[illegible]

ADNOTATIONES.

(1) THel-ſcialilae, ideſt, Collis Scialilae, Aſſyriae pagus, ſupra clivum ſitus. Idem namque Chaldaeis & Syris eſt ܬܠ *Thel*, ſive *Thela*, ac Latinis Clivus, ſeu Collis. Hocce autem vocabulum cum omnium fere locorum colli adpoſitorum, nominibus componunt; ut videre eſt apud Aſſem. Bibl. Orient. tom. 2. & 3. par. 2. ubi plura hujuſmodi adpellationis loca recenſentur.

(2) *Fluvio Magno*, hoc eſt, Euphrati, qui quum cetera omnia, quae Chaldaeorum Provincias rigant, flumina tum longitudine decurſus, tum aquarum copia longe exſuperet, Magni quidem cognomento etiam in lib. Joſ. cap. 1. v. 4. & in Apocalypſi cap. 9. v. 14. inſignitur.

(3) Luna Martii ſeptimadecima anno Chriſti 346. ad quem ex dictis Martyrium SS. Jacobi, & Mariae conlocandum eſt, ſolari ejuſdem menſis diei XXII. reſpondet.

AD-

ADMONITIO

In Martyrium SS. THECLAE, & Sociarum Virginum.

„ Quid non mortalia pectora cogis,
„ Auri ſacra fames?

Enimvero, ſi ipſum vitae authorem hoſtibus Cruci adfigendum tradidiſti, minime mirum eſt, quod ex paſtore lupum effeceris infelicem Paulum, Caſciazi, Aſſyriae oppidi, Presbyterum, qui in fallacem recuperandae pecuniae, ſibi a Narſete Tamſapore Praefecto ablatae, ſpem inductus, nedum Chriſtum ejuravit; ſed & innocuas ejus Oviculas, ſibi concreditas, manu ſua jugulare non dubitavit homo avariſſimus, Theclam, ſcilicet, Mariam, Martham, Mariam alteram, & Amam Virgines, quae virili quidem animo, ne *primam*, qua ſeſe Deo obſtrinxerant, *fidem irritam* facerent, acerbiſſimam quaeſtionem, & mortem ipſam ſubire, quam nuptiis ſibi propoſitis adſentiri maluerunt. Avaritia nihil ſcelestius. 1. Timoth. 5. 12.

Ceterum nullam harum SS. Virginum memoriam in Sacris Eccleſiae Faſtis invenire licuit. Ex ipſarum autem Martyrii hiſtoria, a Sancto Marutha conſcripta, quam ex Codice Chaldaico Nitrienſi Vaticano I. heic proferimus, plane evincitur, eas in illorum Martyrum numerum eſſe adſcribendas, quos, urgente poſt S. Barbaſcemini obitum immaniſſimo Saporis Regis Edicto, variis in locis a Praefectis mactatos fuiſſe, ſuperius diximus. Eodem etenim, quo Jacobus, & Maria paſſi ſunt, anno, Perſequutionis, ſcilicet 7. Saporis 37. Chriſti 346. Luna vero Junii ſexta, quae in ſolarem ejuſdem menſis diem VI. eo anno incidit, tribus, nempe, a Jacobi & Mariae obitu circiter menſibus, iſtae Virgines ab eodem Aſſyriae Praefecto Narſete Tamſapore Martyrio adfectae perhibentur. Harum SS. MM. Acta hucuſque ignota. Martyrii tempus.

ܣܗܕܘܬܐ

ܕܬܩܠܐ ܒܬܘܠܬܐ ܩܕܝܫܬܐ : ܘܕܚܒܪ̈ܬܗ̇ ܒܬܘܠ̈ܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܕܒܩܕܝܫܘܬܐ .

MARTYRIUM

SS. THECLAE, MARIAE, MARTHAE, MARIAE, & AMAE Virginum Deo Sacrarum.

Anno Saporis II. Perſarum Regis 37. Perſequutionis 7. Chriſti 346.

ܒܗܢܐ ܙܒܢܐ ܗܘ̇ ܐܬܐܟܠܘ ܩܪ̈ܨܐ ܥܠ
ܢܪܣܝ ܛܡܫܒܘܪ ܕܐܬܘܪܐ ܚܕ ܦܘܠܘܣ
ܕܩܫܝܫܐ ܗܘܐ ܒܟܠ : ܕܡܬܩܪܝܐ ܗܘܐ
ܒܩܪܝܬܐ ܕܟܫܟܪ ܡܬܩܪܝܐ : ܟܕ
ܐܡܪܝܢ ܠܗ ܕܩܢܝܢܐ ܣܓܝܐܐ ܘܢܟܣܐ
ܣܓܝܐܐ ܐܝܬ ܠܗ ܠܘܬܗ . ܘܡܚܕܐ ܫܕܪ
ܐܣܛܪܛܝܘܛܐ ܠܒܝܬܗ : ܘܐܚܕܘܗܝ ܠܗ
ܘܒܝܬܗ ܒܙܘ ܘܫܩܠܘ ܩܝܣܐ ܕܟܣܦܐ
ܕܐܫܟܚܘ ܠܗ .

ܘܒܗ̇ ܒܥܠܬܗ ܐܬܚܕ ܠܒܢ̈ܬ ܩܝܡܐ
ܕܥܡܗ ܒܩܪܝܬܗ ܒܟܝܘܗ ܘܗܠܝܢ
ܫܡܗܝܗܝܢ . ܬܩܠܐ . ܘܡܪܝܡ . ܘܡܪܬܐ .
ܘܡܪܝܡ . ܘܐܡܝ : ܘܐܬܝܗܒܘ ܠܗ ܘܠܗܝܢ :
ܠܒ

Iſdem ferme temporibus Narſeti Tamſapori impius quidam Paulus, Oppidi Caſciazi nomine tenus Presbyter, delatus eſt. Intentandae adcuſationi cauſſam dedere ejuſdem Presbyteri opes, quas delatores ampliſſimas eſſe adfirmabant. Illico miſſi a Praetore ſatellites, ne quis effugeret, domum circumeunt, & Presbytero, in vincula conjecto, aedes diripiunt, ac ingentem pecuniae vim, in arca repertam, aſportant. Paulus Presbyter in vincula conjectus.

Per eam occaſionem in adparitorum manus venere filiae Foederis ex eodem oppido, THECLA, MARIA, MARTHA, Mox Thecla, Maria, Martha, Maria, & Ama Virgines comprehenſae.

Maria, & Ama. Omnes eum Presbytero vinctae in unum caſtrum deducuntur; primuſque Paulus ad tribunal ſacerrumi hominis Tamſaporis ſiſtitur. Cui Tyrannus: Tu, inquit, ſi Regis imperata feceris, Solemque adoraveris, atque ſanguinem comederis, ſalva tibi res tua erit, & ablatam modo pecuniam continuo recuperabis.

Praetori primus ſiſtitur Paulus.

Qui recuperandae pecuniae avidus, Chriſtum ejurat.

Hoc illectus promiſſo ſceleſtus homo, filiuſque gehennae, Paulus adeo Tyranno non eſt ullatenus refragatus, ut quaecumque ille juberet, protinus ſe facturum ſponderet, & quae ſpoponderat, promtiſſime exſequeretur. Tam avide pecuniis inhiabat miſer, a quibus praeter ſempiternum incendium nihil erat conſequuturus. Aſt Tamſapores vehementer dolens, ea Pauli a Chriſtiana Fide defectione ſibi ablatam cauſſam, quam intentato adverſus eum judicio obtendebat, re ſecum deliberata, inſtitit Presbytero mandare, ut praedictas Virgines ſua ipſe manu jugularet, ratus, illum dedecoris, & infamiae metu deterritum, dicto neutiquam obtemperaturum, novamque per eam contumaciam occaſionem daturum, cujus obtentu ablatam pecuniam jure aliquo retinere videretur. Ea propter introduci Virgines, jubet; quas truculento ac terribili vultu intuitus, hunc in modum compellat: Vos vero niſi Regis Edicto obtemperaveritis, ut Soli litare, & nuptias inire velitis, acerbiſſimam quaeſtionem, conſtitutamque capitis poenam neutiquam evadetis. Statui enim, quae in mandatis habeo celeriter perficere, atque in contumaces animadvertere; nec vos poteſtati meae quiſpiam eripiet. Cui Virgines clata voce reſponderunt: Fruſtra, ſuperbe, & inſolens Tyranne, terres, ſeu contra malitioſa iſthac oratione blandiris; quin protinus juſſa exſequi curas? Nihil enim a nobis alienum magis eſt, quam, ut, a Deo & Conditore noſtro, defi-

Tum Virgines in jus vocatae, ad nubendſi, & Soli litandum fruſtra tentantur.

deficiamus, aut tuis hac in re conſiliis obtemperemus.

Virgines crudeliſſime caeduntur.

Tum vero impius Judex Virgines e judicii loco amoveri jubet; ubi a lictoribus virgis crudeliſſime caeſae, centenas plagas ſingulae pertulerunt, tanta cum animi conſtantia, ut in ea totius corporis laniena alta voce inclamarent: Deum ſoli nunquam poſthabebimus. Stat neutiquam vobiſcum deſipere, inſani homines, qui res conditas conditori antetuliſtis, eoque contemto, illas religione, cultuque dignas judicatis.

Capitis ſententiae, in eas latae exſequutio Paulo demandatur.

Continuo lata eſt in Sanctas Virgines capitis ſententia, cujus exſequutionem Tyrannus ſceleſtiſſimo illi Paulo demandat his verbis: Agedum, ſi iſtas Virgines manu tua jugulaveris, ſpondeo, tua tibi omnia reſtituenda.

Pauli Presbyteri cum Juda Iſcariote comparatio.

At nihil erat, quod non auderet homo avariſſimus, quem ille corripuerat nefarius ſpiritus, qui Judam olim occupavit, & cujus mentem idem, qui illum proditorem Apoſtolum, furor invaſerat. Adeo illius oculos auri, argentique fulgor hebetaverat, ut ob pecuniae cupiditatem animam ſuam in certam perniciem praecipitem dare non dubitaverit. Proditori namque Judae ſimilis, parem cum illo exitum poſtmodum ſortitus eſt, utpote paris cum illo criminis reus; fatalem perinde ac ille ſuo collo funem quaeſivit. Forte hic quoque fato ſimili medius crepuit, & diffuſa ſunt omnia viſcera ejus. Forte ſuam fur ille huic haereditatem tranſcripſit. Nam ille Jeſum occidit, hic inhabitantem in ſuis Virginibus Chriſtum peremit: *Quicumque enim in Chriſto baptizati ſunt, Chriſtum induerunt.* Galat. 3. 27. Ecqua tandem poena utrumque adflictum putas? Utrum acerbiori, graviorique ſupplicio mactatum? Profecto quoniam impio uterque, & immaniſſimo ſcelere deliquerunt, non dubitandum, quin utrumque aeternis, graviſſimiſ-

ſimiſque ſuppliciis ultoris Dei juſtitia ſit punitura.

Paulus a SS. Virginibus objurgatur.

Homo igitur pecuniae cupidus, eo, quod neutiquam erat obtenturus, auro obcaecatus, & blanda oratione Tyranni in fallacem recuperandae pecuniae ſpem inductus, ferreum induit pectus, & frontem aeneam, ſtrictoque gladio Sanctas Virgines invadit; quem illae venientem conſpicatae, hunc in modum increpavere: O ignaviſſime Paſtor, ſiccine in gregem tuum inſurgis, & oviculas tuas mactas? Itane in lupum mutatus, homo rapaciſſime, tuum etiam in ovile irruere non dubitas? Hoccine eſt Sanctum, quo propitius redditur Deus, quod ex tuis manibus nuper percipiebamus? Hiccine eſt ſanguis, vitam impertiens, quem ori noſtro offerebas? quamvis iſtud quoque ferrum, quod in nos ſtrinxiſti, ſalutem & vitam nobis quamprimum eſt adlaturum. Et nos quidem ad Jeſum proficiſcimur, qui eſt ſors, & haereditas noſtra; te vero alia manet ſors. Nam pecuniam & opes, quas deperis, certum eſt, nunquam te eſſe adepturum, nec illas unquam in poteſtatem tuam redacturum. Quoniam enim, anteaquam tu, nos ſiſtemur ad Divinum Judicem, noſtrum erit, ipſi deferre cauſſam hanc noſtram, acceptaſque a te injurias explicare. Neque vero tu, judicium iſtud in dies protractum iri, putes, imo vero propediem juſtiſſima te obruet poena. Nec enim hoc ipſum fieri poteſt, ut tu, qui nos pro Dei cultu, atque religione perimis, in vivis ab eo relinquaris, homo quum ſis ſceleſtiſſimus. Propterea nos quidem voluntariam oppetimus mortem pro illo, propter quem ea nobis infligitur. At miſerum profecto illum, qui noſtrae necis author erit! Sed age, ſordidiſſime homo, & ſcelerum tuorum cumulum noſtra expleto nece. Te quippe poena, audaciae tuae par, propediem conſe-

Luculentiſſimum de corporali Chriſti praeſentia in Euchariſtia teſtimonium.

Jeſus ſors, & haereditas Juſtorum.

ܐܬܛܠܠܝ ܡܢ ܢܝܫܬܐ ܕܡܘܬܐ ܕܡܫܚܢ
ܫܢܝܩ ܒܡܫܘܕܐ .
ܠܐ ܒܢ ܡܚܒܠ ܗܘܝܬ ܠܗ ܠܘܬܢ
ܢܩܝܕ ܗܘܝܬ ܐܘ ܥܡܝܬ ܗܘܬ ܠܗ ܗܝ
ܕܒܬܪܟ ܕܗܘ ܚܙܘܐ . ܕܐܬܬܠܝܬ ܠܗ
ܐܟܚܕܐ ܬܠܠܝܬܐ ܚܒܠܐ ܘܐܡܪ : ܕܐܝܕܝܟ
ܢܦܫܟ ܐܝܕܝܟ ܘܪܓܠܝܟ ܘܬܬܦܫܟܝܢ :
ܘܡܫܘܠܛ ܡܠܟܘܬܗ ܐܬܐܡܪ : ܕܠܐ ܟܕ ܗܘܐ
ܟܘܠܗ ܠܠܟ ܢܦܫܟ ܚܕܢܝ ܠܗ ܡܢܟ ܗܘܐ
ܡܢܝܢ ܕܡܬܒܥܐ ܠܡܦܩ ܢܦܫܟ : ܐܝܟܢܐ ܗܘ
ܕܗܘܐ ܐܠܐ ܠܗܘܬ ܠܥܡܟ : ܘܟܕ ܫܡܥ
ܕܡܦܩܝܢ ܠܗ ܡܕܢܚܐ ܕܟܘܠܗ ܗܘ
ܕܡܫܠܠܐ ܡܢܟ . ܟܕ ܟܠܠܐ ܗܘܐ
ܐܬܚܫܒ ܡܢ ܫܬܐ : ܘܒܠܐ ܠܐ ܦܫܝܩ ܡܠܟ
ܣܦܝܩܘܬܐ ܕܐܟܬܒܐ ܕܠܐ ܢܦܠ ܡܚܕܐ
ܡܠܟܐ . ܘܡܫܠܬ ܡܚܕܐ ܕܢܩܕ ܗܘܐ ܠܗ
ܡܢܟ : ܘܡܚܕܐ ܗܘܐ ܠܟܝܬ ܐܡܬܝܐ ܐܝܟ
ܟܢܝ ܟܬܝܒ . ܘܐܟܝܢ ܫܬܐ ܟܦܘܪܐ
ܘܠܐܝܕܝܟ ܘܐܬܚܣܢ . ܘܡܫܠܡ ܠܠܫܥ ܠܐ
ܐܬܓܠܝ : ܟܡܐ ܕܐܦܝ ܡܬܚܙܝܢ ܠܫܒܚܐ
ܕܒܝܬܐ ܡܫܘܕܝܢ ܠܫܒܚܐ : ܟܕ ܟܕ
ܟܡܝܫ ܗܘ ܠܚܘܒܐ ܟܠ ܡܢ ܗܝܠܐ .
ܕܗܘ ܐܬܬܙܝܥ ܡܢܟ ܢܩܝܘ . ܘܗܘܢܐ ܠܐ
ܟܗܘܬ ܘܐܬܚܣܢ ܡܢ ܐܢܫܐ : ܘܟܕ
ܕܟܬܒ ܡܢܗ ܟܕܡܬܐ ܗܝܟ ܕܠܐܝܕ . ܟܕ
ܕܢܐ ܘܡܫܠܡ ܕܡܠܟܐ ܟܠܗ ܢܝܫܐ ܗܘܐ
ܘܡܐ ܠܡܚܒܠܘܬܗ .

conſequetur. Quid cunctaris, proterve, & impudens? Quin nos ocius perimis? Quin liberas? ne quandoque futurum ſpectaculum illud nobis occurrat, quum funeſta in trabe ſuſpenſus, fruſtra laqueo obluctaberis, atque in ſumma rerum tuarum deſperatione manus, pedeſque penſiles quaſſabis, in deſtinatam jam tibi orei ſedem mox conlapſurus. Haec Virgines.

At ille profligatiſſimus homo, & perditionis filius, qui frontem omnem, pudoremque exuerat, conſtitit immotus, ſtrictoque ferro, illo, ſcilicet, ignis ſempiterni inſtrumento, Virginum cervices petit, & obtruncat, perinde quaſi periti carnificis laudem aucuparetur. Adeo nec impii lictoris fatigata eſt manus, etſi caedibus necdum adſueta, neque obtuſus gladius inertis, ignavique gladiatoris. Sed fortaſſe infelix carnifex ferrum diligenter antea acuerat, dum in occaſionem hujuſmodi incumberet, ejuſque dexteram, quominus in ictu trepidaret, pecuniae amor roboraverat. Tam procul a metu fuit, quamvis hactenus ab humano cruore abſtinuiſſet, nec erubuit homo perditiſſimus, etſi ab hominum circumfuſa multitudine tamquam exſecrabilis, & immanis carnifex torvis oculis inceſſeretur. At enim imperitum lictorem adfatim inſtruxit ille, qui Caini opera uſus, in genus noſtrum mortem primus intulit, juxta illam Domini ſententiam: *Filii eſtis illius, qui homicida fuit ab initio.*

Paulus Virginum cervices obtruncat.

Joh. 8. 44.

Atque ita nobiliſſimam pro Chriſto mortem fortiter oppetivere Sanctae Virgines, in ſuaviſſimi odoris ſacrificium a Domino ſuſceptae, ad quem, res in hac vita ab illis praeclare geſtas compenſaturum, adhibitamque in acerbiſſima quaeſtione invictam patientiam uberrime muneraturum, expeditae, caſtaeque commigrarunt. Hunc autem exitum habuere fortiſſimae Virgines in Martyrum chorum adlectae, ſexta die Lunae menſis Junii.

Earum Martyrii tempus.

Non tamen hunc, ſed longe diverſum finem inſanus ille Presbyter ſortitus eſt, qui fortaſſe neque legerat, neque audierat quae de illo divite ſacrae teſtantur Literae; cui quum ager uberes adtuliſſet fructus, hunc in modum ſibi gratulabatur: *O anima mea, comede, bibe, & epulare.* Haec fatus continuo interpellantem his verbis audivit: *Stulte, hac nocte animam tuam repetent a te, & quae paraſti, cujus erunt?* Idem accidit interfectori magnanimarum Virginum; nam quum ſuam ſibi redditum iri iniquae haereditatis pecuniam, confideret, quam ut recuperaret, vitam

Idem Pauli ac Judae Iſcariotis interitus.

Luc. 12. 19.

tam animae amittere non dubitaverat, illa eadem nocte e medio ſublatus eſt. Veritus quippe Judex, ne homo prae amore pecuniae minime meticuloſus, interpoſita ad Regem adpellatione, eam ablatam judicio repeteret, conſcios criminis ſatellites advocat, utque Paulo mortem inferre maturarent, praecipit: qui ſub tenebras intempeſtae noctis carcerem ingreſſi, ne qua ſceleris in vulgus fama manaret, laqueo vitam miſero illi homini eripuere. Proh quam ſimiles inter ſe fuere Judae, Paulique exitus, quorum perinde ſimilis avaritia fuit! Sed fortaſſe Judas minus dignus, qui reprehenderetur, cenſendus eſt, quoniam praeteriti facinoris poenitudinem teſtatus eſt, illudque demum adeo exhorruit, ut propterea laqueo ſibi ſpiritum eriperet. At hunc nec flagrantis ſceleris puduit, nec poſt admiſſi poenituit, poenamque non ipſe petiit, ſed ab aliis ſtrangulatus, invitus dedit. Sed haec homini, qui innoxium ſanguinem ſiccis oculis fudit, quota pars poenae fuit? cujus profecto ſceleri quodvis ſupplicium impar, exiguum, & leve exiſtimandum.

ADMONITIO

In Martyrium S. BARHADBESCIABAE Diaconi.

Acta hucuſq; ignota.

ACta Martyrii Sancti Barhadbeſciabae, Arbelae, Hadiabenorum Metropoleos, Diaconi, unus, quod ſciam, Maruthas in commentarios retulit; eaque ex Codice Chaldaico Nitrienſi Vaticano I. eruta, nunc primum in lucem proferimus.

Martyrii tempus.

Porro ex genuinis hiſce Actis conſtat, illuſtrem hunc Chriſti Athletam Luna vigeſima menſis Julii, anno Perſequutionis decimo quinto, Saporis Regis 45. qui ex dictis in 354. Chriſti annum competit, juſſu Saporis Tamſaporis Praefecti, ab Aghaeo, nobili ex Garmaeorum oppido Tahal laico Chriſtiano, ad id compulſo, fuiſſe interfectum.

S. Barhadbeſciabas alius a Barſaba, ſive Apſaeo.

Hinc plane evincitur, S. Barhadbeſciabam, de quo agimus, alium omnino eſſe a *Barſaba*, ſive *Apſaeo* Diacono, in Perſia Martyre, quem ſolum die 11. Decembris Martyrologium Romanum commemorat, uti & Menaea Graecorum his verbis, Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, ἄθλησις τοῦ Ἁγίου Μάρτυρος Βαρσαβᾶ. Οὗτος παῤῥησίᾳ τὸν Χριστὸν Θεὸν ὁμολογῶν ἀληθῆ, ὑπὸ τοῦ τῆς Περσίδος ἄρχοντος, ἀπετμήθη τὴν κεφαλήν. *Eodem die* (XI. Decembris) *Certamen S. Martyris Barſabae. Hic quum Chriſtum Deum verum confidenter profiteretur ſub Perſarum Principe, capite obtruncatus eſt*. Tum hocce Diſticho laudatur.

Βαρσαβᾶ θύσας ζῶθι λυτρωθεὶς ξίφους,
Ἄνω ποθῶ ζωήν, θᾶττον ἱκέσθω ξίφος.
Barſaba ſacrificans vivito liberatus gladio,
Caeleſtem cupio vitam, ocius veniat gladio.

Menologium vero, juſſu Baſilii Imperatoris editum, Sancto Aithalae conjungit, hiſque commendat verbis. *Die* XI. *Decembris, Certamen Sanctorum Martyrum Aithalae, & Apſaei. Iſti Sancti ex regione Perſarum fuere: & Aithalas quidem, Idolorum Sacerdos, Fidem Chriſti hunc in modum cognovit. Quum morbo laboraret, decrevit Epiſcopum Chriſtianorum adire, ut curaretur: quo facto ſtatim convaluit: tum in Patriam rediit, ut propinquos ad Chriſtianam Religionem traheret. Quod ubi cognovit Praefectus, comprehenſum, auribuſque mutilatum, in carcerem detruſit. Sanctus vero Apſaeus Diaconus comprehenſus & ipſe, Chriſtumque profeſſus, poſteaquam acerbiſſime excruciatus fuiſſet, mittitur ad Magorum Principem unacum Sancto Aithala. At Magorum Princeps illos ad Regem intromiſit: quo praeſente, quum a Rege interrogarentur, atque adigerentur Chriſtum abnegare, nec tamen ad id induci poſſent, capite obtruncati vitam finierunt*. Nullum etenim Martyrii ſocium Barhadbeſciabas noſter habuiſſe perhibetur; nec a Rege, ut Apſaeus, ſed a Sapore Tamſapore Praefecto, & quidem abſente Rege, poſt acerbiſſimam quaeſtionem capite damnatus eſt.

ܣܗܕܘܬܐ

ܕܒܪܚܕܒܫܒܐ ܡܫܡܫܢܐ .

MARTYRIUM

Sancti BARHADBESCIABAE *Diaconi.*

Anno Saporis II Persarum Regis 45. Perſequutionis 15. Christi 354.

ANNO quintodecimo Perſequutionis noſtrae, juſſu Saporis Tamſaporis, comprehenditur BARHADBESCIABAS, in urbe Arbela Diaconus. Hunc, quum atrociſſimis cruciatibus dilaceraretur, ſic interpellabat Tyrannus: Ignem, & Aquam colito, atque ſanguinem comedito; & continuo ab iſtis immunis eris, tuque liber hinc abibis.

Barhadbeſciabas Diaconus cōprehenſus,

Diriſſime torquetur.

At Beatus Diaconus etiam in illa ſaeviſſima quaeſtione eo fuit habitu oris, ut, ſuperante dolorem laetitia, ridentis quoque ſpeciem praeberet, atque Tyrannum ſubſannans, in hunc modum inceſſeret: Tu vero, impie, & immunde, quiſnam es, ut me a Religione mea extorrem efficias, aut ab eo vitae inſtituto, quod mihi a pueritia propoſitum habui, diſcedere compellas? Deum juro, cui ex animo deſervio, & Chriſtum ejus, in quo ſpem conloco meam omnem, nunquam me commiſſurum, ut ſive tu, ſive tuus iſte Rex, quem tantopere jactas, ſive cujuſque generis tormenta, quibus me terrere putas, avellant me a caritate Jeſu, quem ab ineunte aetate uſque ad hanc ſenectutem unice dilexi.

Ejus conſtantia.

In Chriſtum ſpes omnis reponenda.

Tum vero Tyrannus vehementer excanduit, lataque illico ſententia, Sanctum Diaconum capite condemnavit. Forte per eos dies cuſtodiebatur ibidem in carcere Aghaeus quidam, nobilis laicus ex oppido [1] Tahal, qui quum in prima quaeſtione Solis cultum deteſtatus fuiſſet, a Tyranno in carcerem fuerat conjectus, nunc vero Chriſtiani nomen adhuc retinebat. Hunc ergo legis Chriſtianae poſtea igna-

Sententia capitis in eum lata.

Cujus exſequutio Aghaeo Chriſtiano demandatur. 1

ignaviſſimum deſertorem, juſſit Praefectus, vinculis exſolutum, adverſus
2 B. Diaconum carnificis [2] perſonam induere. Contendebat, nempe, Judex nequiſſimus, infelicem Aghaeum impellere in crimen gravius eo, quod illi antea fruſtra imperaverat; nec enim is imperata fecerat.

ܦܩܕ ܗܪܓܒܕ ܕܢܫܪܘܢܝܗܝ: ܘܠܡܣܥܪܘܬܗ
ܡܛܠ ܕܗܘ ܦܠܚ ܕܫܡܫܐ ܗܘܐ ܠܗ: ܗܘܝܘ
ܥܒܕܘܗܝ ܠܩܛܘܠܐ ܘܝܗܒܘܗܝ ܣܝܦܐ ܒܐܝܕܗ
ܕܠܗܘ ܕܢܩܛܘܠ ܡܛܠ ܕܥܒܕܝܗܝ ܗܘܐ ܗܕܐ
ܡܛܠ ܕܡܢ ܘܕܢܥܒܕ ܠܩܕܡܝܬܐ ܕܠܐ
ܘܡܬܥܒܕܢܘܬܗ ܢܦܫܗ ܕܠܩܛܘܠܐ ܢܥܒܕ.

Hic vero cervicé, repetito licet ſepties ictu plectere non valens,

Barhadbeſciabam itaque in proximum collem extra Caſtellum Hazan eductum ſatellites vinciunt, & ad ictum praeparant. Jubetur interim impius Aghaeus oblatum gladium diſtringere, & quae ſui muneris erant, exſequi. Ille paret, quamquam metu vehementer perculſus, & adtonito ſimilis, cui proinde nec mens, nec manus conſtaret, tepetitoque ſepties ictu, cervicem Beati Diaconi amputare non valuit, adeo ut, factum indignantibus, qui aderant, coactus fuerit, aliam conficiendae caedis rationem inite. Quare adteptum denuo gladium (nam illum manu projecerat, ſanguine ſtillantem) terſit primum ad corpus Sancti Martyris, mox in viſcera adegit. Quo vulnere protinus exanimatus occubuit.

ܗܕܐ ܕܝܢ ܐܦܩܘܗܝ ܠܗ ܠܛܘܪܐ ܩܪܝܒܐ
ܠܒܪ ܡܢ ܩܠܥܐ ܕܚܙܢ ܘܐܣܪܘܗܝ: ܘܩܛܠܘܗܝ
ܕܝܢ ܕܥܘܕܐ ܕܚܝܠܐ ܠܚܒܫܐ ܡܫܝܚܐ
ܡܢܝܢ ܒܟܠܒܐ ܡܢܝܬܐ ܘܐܬܦܩܕ
ܡܫܝܚܐ ܕܒܥܘܬܐ ܩܛܘܠܐ ܘܢܥܒܕ ܗܘܐ
ܗܘ ܕܢܫܐ ܕܢܬܠ ܘܢܣܒ ܗܘܐ ܕܢܪܡܐ
ܠܩܛܠܐ. ܘܢܗܘܐ ܘܐܬܥܒܕܬ ܕܠܗ
ܒܟܠܗ: ܘܠܐܬܩܛܠܐ ܢܗܘܐ ܕܡܢܝܢ
ܡܢܬܐ ܡܢܝܢܐ ܡܛܠ: ܕܒ ܐܝܟ ܠܐ ܝܟܠ
ܠܡܩܛܠܗ.

Gladium in eius viſcera adigit.

ܘܐܦܩܗ ܕܝܢ ܠܣܝܦܐ ܢܗܘܐ ܚܠ ܥܠܝܗ
ܕܐܬܠܝܛ ܒܡܫܒܫܒܢܐ ܘܒܗ ܗܘܐ ܫܡܥܐ
ܐܝܟ ܕܗܘܘ ܠܣܝ ܚܬܝܢ ܣܝܡܢܐ
ܕܡܢܚܫܢ ܗܘܘ ܠܡܢ: ܕܡܢ ܒܕܡܐ
ܢܦܝܠܘܬܗ: ܘܠܐ ܠܣܝܦܐ ܗܘܘ ܡܫܝܚܐ
ܘܫܠܝ ܢܗܘܐ ܘܢܚܝܐ ܗܘܐ ܠܗܘܢ
ܥܡܢܐ ܘܠܐ ܫܡܠܗ: ܘܡܢ ܚܝܠ ܕܠܪܡܝܗ
ܠܗ ܢܦܠܗ ܚܠܝܗܘܢ ܐܝܟ ܠܚܕܐ ܘܡܝܬ.

Horrendiſſimo mortis genere interit Aghaeus.

Operae pteti m heic facturum me arbitror, ſi prodigium, quod in ipſo patricida Aghaeo mox adparuit, brevitet commemorem. Eadem hora, qua innocentiſſimus Diaconus ab eo interfectus eſt, Divina vi in morbum gravem, ac teterrimum incidit, cujus malignitate, ejuſdem dextera hottendum in modum tumefacta, ad trabis magnitudinem exetevit. Quamobrem infelix carnifex cogebatur perpetuo decumbere, & manum adpoſito lectulo ſuſtentare, donec reſolutis continuo tabo artubus, paucos poſt dies acerbiſſimo mortis genere conſumtus, ab omnibus derelictus interiit.

ܐܝܟ ܡܫܡܠܐ. ܦܝܪܘ ܐܝܟ ܘܥܡܠܗ
ܠܥܠܬܐ ܘܐܪܒܗ: ܘܡܢ ܟܠܠܟܐ ܗܘܐ
ܘܐܬܦܪܫ ܐܝܟ ܕܗܘܐ ܠܗܘܢ ܐܬܐ.
ܐܬܟܠܠ ܕܝܢ ܣܗܕܐ ܒܪܚܕܒܫܒܐ ܒܝܘܡܐ
ܬܡܘܙ ܒܥܣܪܝܢ.

S. Barhadbeſciabae corpus a duobus Clericis tumulo conditũ.

Quum vero ad cuſtodiam exſtincti Martyris Tyrannus duos milites excubare juſſiſſet, duo Clerici, re ſecum deliberata, noctu in vicino loco ſe abdidere, ut ſomno ſopitis cuſtodibus clanculum Martyris cadaver ſurriperent. Illi quidem rem cum ſatellitibus pecunia tranſigere inſtituerant, ſed quum repulſi fuiſſent, remque eſſe deploratam intelligerent, intempeſta nocte alto ſomno ſtertentes adoriuntur, & fuſte male exceptos revinciunt, atque illis nec hiſcere audentibus, Sancti Martyris corpus aſportarunt, ipſiſque in tenebris eo, quo licuit, loco tumularunt.

Martyrii tempus.

Contigit Beati Martyris Barhadbeſciabae obitus die vigeſima [3] Lunae menſis
3 Julii.

ADNOTATIONES.

(1) T*Abal*, Abrahamo Ecchellenſi in Catal. Syr. Scrip. pag. 10. ܛܠܒ *Talab*, inſigne Garmaeorum Oppidum, unde Xenaias, ſeu Philoxenus, Monophyſitarum anteſignanus, prodiit. Olim Epiſcopale ſub Metropolitano Beth-ſeleuciae. Ejus Antiſtes Daniel, circa annum Chriſti 1028. clarus, inter Scriptores Syros, quorum Opera ſuperſunt, ab Ebedieſu Sobenſi laudatur apud Aſſem. Bibliot. Orient. tom. 3. pag. 174.

(2) Eadem de cauſſa Chriſtianos a Sapore Rege, ejuſque Praefectis frequenter adactos fuiſſe, ut ſtrenuos Chriſti milites morte adſicerent, liquet vel ex Actis SS. Iſaacii Epiſcopi, Uhanam Clerici, Theclae, & ſociarum Virginum, quae ſuperius exhibuimus. Quam quidem exſecrandam immanitatis artem alius in Chriſtianos ante Saporem nemo exercuiſſe perhibetur.

(3) Anno Chriſti 354. ad quem Sancti Barhadbeſciabae Martyrium retulimus, Luna menſis Julii vigeſima incidit in ſolarem ejuſdem menſis diem XXIII. ut ex tabulis Paſchalibus conſtat.

ADMONITIO

In Acta Sanctorum Martyrum Captivorum.

CHaldaica Sanctorum Martyrum Captivorum Acta ex Codice Nitrienſi Vaticano II. eruta, & in Latinum ſermonem a nobis converſa, nunc primum in lucem heic prodeunt. *Acta nunc primum in lucē prodeunt.*

Porro etſi Chriſtianorum, expugnato a Perſis Beth-zabde caſtro, quod ad Romanorum ditionem ſpectabat, Captivorum in Perſidem abductorum numerus novem millia exceſſiſſe perhibeatur; ex iis tamen nonniſi ducenti & ſeptuaginta quinque in genuinis hiſce Actis laudantur, qui, ſcilicet, reliqua captivorum turba, partim in itinere aerumnis exſtincta, partim in varias Perſidis urbes diſperſa, ad montem Maſebdanum in Gaphetum Provinciae Darenſis oppidum relegati, Martyrium ſubierunt, quos inter inſignes fuere Dauſas Epiſcopus, Heliodoro, in manſione Stacarta morbo abſumto, ſuffectus, Mariabus Chorepiſcopus, & Ebedieſus Diaconus, necnon alii, quorum nomina heic deſiderantur, Presbyteri, Diaconi, Clerici, & Sacrae Deo Virgines; de quibus haec Sozomenus Hiſt. Eccleſ. lib. 2. cap. 13. prope finem: *Epiſcopi, quos quidem accepi .... Dauſas, qui captivus a Perſis abductus fuerat ex loco quodom, qui Zabdaeus dicitur: tum temporis vero pro Fidei doctrina occiſus eſt una cum Mareabde*, ſic Mariabum vocat, *Chorepiſcopo, & Clericis ſuis ducentis circiter & quinquaginta, qui una cum illa capi fuerant a Perſis*. Hactenus Sozomenus. *Ex novem Captivorum millibus nonniſi 275. laudantur.*

Horum autem Martyrum Paſſionis compendium, quod Actis quidem noſtris adprime conſonat, ſi nonnulla, a nobis infra adnotanda, excipiantur, Graeci in Menaeis ſuis tam manuſcriptis, quam excuſis, & apud Maximum Cytherorum Epiſcopum, ad diem Aprilis nonum referunt, his ferme ubique verbis, Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, μνήμη τῶν Ἁγίων μαρτύρων τῶν ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ τελειωθέντων ἐν Περσίδι. Ὁ Βασιλεὺς Σαβώριος Περσῶν κατὰ τὸ πεντηκοστὸν τρίτον ἔτος τῆς Βασιλείας αὐτοῦ, κατὰ τῆς τῶν Ῥωμαίων χώρας ἐλθὼν, εἷλε πόλιν Βιζάδην ἤτοι καλουμένην. Ἀνελὼν δὲ τοὺς ἐν αὐτῇ στρατιώτας· καὶ τοὺς ὅπλα κινεῖν δυναμένους, τὸν ἀπόλεμον ὄχλον σὺν γυναιξὶ καὶ γέρουσι καὶ παισὶ, καὶ τὸν Ἐπίσκοπον Ἡλιόδωρον, καὶ Δοσᾶν καὶ Μαριάμ Πρεσβυτέρους, καὶ πάντας τοὺς ἐν τῷ κλήρῳ περιεποιήσατο. Ἐν τῷ δὲ μέλλειν τελευτᾶν ὁ Ἐπίσκοπος Ἡλιόδωρος, Δοσᾶν τὸν Πρεσβύτερον κεχειροτόνηκεν ἀντ' αὐτοῦ. Τῆς δὲ εἰωθυίας δοξολογίας παρὰ τῆς Ἐκκλησίας ἀναφερομένης, ὁ ἀρχιμάγος ἀδελφαῖς, τῷ Σαβωρίῳ ἀνήγγειλεν, ὅτι οἱ παρ' αὐτοῦ ἁλωθέντες Χριστιανοὶ Δοσᾶν τινὰ προσκυνήσαμενοι τοῦ Βασιλέως καὶ τῆς θρησκείας αὐτοῦ καταβλασφημοῦσι. Προστάξαντος δὲ αὐτοῦ ἤχθησαν διακόσιοι ἄνδρες· καὶ μὴ πεισθέντες σέβας προσκυνεῖν τῷ ἡλίῳ καὶ τῷ Πυρὶ· τὰς κεφαλὰς ἀπετμήθησαν· ἐξ ὧν πέντε καὶ εἴκοσι ἐφιλοψύχησαν ἐπ' ἀπωλείᾳ ἑαυτῶν, καὶ τῷ Βασιλεῖ προσῆλθον, καὶ προσίδραμον καταπεισθεὶς αὐτοῖ γενόμενοι· εἷς δέ τις τὸ ὄνομα Ἀβδισοῦς, μὴ καιρίαν δεξάμενος τὴν πληγὴν, ἀ συναπηρέθη· ὃν ὕστερον ἀνδρείως κηρύττοντα τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, ἀσεβεῖς τινες ἐπιθέμενοι, ἀνεῖλον μαχαίρᾳ, ἀκαιδῶς δεξάμενον τὴν σφαγήν· καὶ γὰρ προσεδύσφορον καὶ ἴσον τῶν συμμαρτύρων ἀπολαυσθαῖς. *Eodem die* (IX. Aprilis) *Commemoratio Sanctorum Martyrum, qui in Perſidem Captivi abducti, mortem pro Chriſta objerunt. Sapor Rex Perſarum, anna Regni* *Eorum memoria.* *In Menaeis.*

gni ſui tertio & quinquageſimo expeditione in regionem Romanorum ſuſcepta, Urbem, Bizabdem adpellatam, intercepit. Quotquot autem in ea reperit armatos, aut qui arma ferre poterant, trucidavit: reliquam vero inermem turbam cum feminis, ſenibus, & pueris, Epiſcopum etiam Heliodorum, Deſan, & Mariabum Presbyteros cum univerſo Clero ſalvos in patria reliquit. Subſequuto vero tempore moriturus Heliodorus Epiſcopus, Deſan Presbyterum in ſui locum ordinavit Epiſcopum. Conſuetis igitur laudibus & orationibus ab eadem Eccleſia Deo oblatis, Adelphar Archimagus aliquis Sapori Regi indicavit, relictos ab illo Chriſtianos, creato in Praeſulem Deſa, Regem, ejuſque Cultum, & Religionem ridere, & conviciis proſcindere. Saporis autem juſſu trecenti viri adducti ſunt in Perſidem. Qui quum nulla vi adigi poſſent, ut ſolem, & ignem adorarent, capite plexi ſunt, exceptis vigintiquinque, qui vitam ſaluti aeternae anteponentes, ad Saporem adcurrerunt, eique obſequuti ſunt. Ex reliquis vero unus nomine Abdjeſus, quum ictum haud lethalem accepiſſet, nec cum aliis eſſet exſtinctus, coepit iterum, ut antea, verbum Dei libera voce generoſe praedicare: quem impius quiſpiam gladio ſuſtulit, ſane non invitum, utpote qui aegre tulerat, ſe ab ſuis ſodalibus Martyribus ſeparatum fuiſſe, & in vita relictum. Hactenus Menaea, in quibus & ipſi Martyres hoc Diſticho celebrantur.

Εἰς Πυρσολατρῶν γῆν ἐναθλεῖ Περσίδα
Ἡ Χριστολατρῶν αὐχενότμητος φάλαγξ.
Cervice ſecta Chriſticolarum phalanx
Certavit in Perſide, Ignicolorum ſolo.

Additur ſeorſim aliud Diſticon de Sancto Ebedjeſu Diacono, qui licet ſimul colatur, non tamen eodem tempore Martyrii palmam eſt conſequutus. Eſt autem hujuſmodi

Ὢν αἰχμάλωτος Ἀβδιησοῦς τῆς τύχης,
Ἠλευθερώθη τὴν σφαγὴν διδοὺς λύτρον.
Captivus Abdjeſus, ut fieret liber
Fortuna ab illa, pro lytro jugulum dedit.

In Menologio Baſiliano. Eoſdem Martyres, nulla tamen de Ebedjeſu facta mentione, colit Menologium Baſilii Porphyrogeniti Imperatoris, in haec verba. *Eodem die* (IX. Aprilis) *Certamen Sanctorum Martyrum, qui in Perſide Martyrium conſummarunt. Sapores Perſarum Rex, anno Regni ſui quinquageſimo tertio, expeditione in Romanorum ditianem ſuſcepta, quum frequentiſſimam urbem jure belli cepiſſet, milites omnes, qui in ea erant, occidi juſſit: gentem vero ad bellum minime idoneam, nimirum, ſenes, mulieres, pueros, Heliodorum Epiſcopum, Preſbyteros, Diaconos, & omnes Clericos incolumes ſervari, mandavit. Heliodorus autem Epiſcopus, quum ſe morti proximum praeſentiret, in ſui locum unum ex Presbyteris Epiſcopum ordinavit. Sed quum de more in Eccleſia offerretur Deo glorificatio, abiens quidam ex Perſis, Sapori hoec renunciavit. Chriſtiani illi, o Rex, quibus a te vivere permiſſum fuit, quemdam ſibi principem eligentes, noſtram quidem Religionem improbant; tuam autem poteſtatem contemnunt. Quapropter ad Regem adducti, juſſi ſunt Solem adorare. Quod facere quum recuſaviſſent, omnes capite obtruncati fuerunt.*

In Synaxario Syrorum. Eadem ferme de laudatis Martyribus ad praeſignatum diem Aprilis nonum tradit Synaxarium Syrorum, addito tamen Sancti Ebedjeſu Diaconi, ut in Menaeis, encomio.
In Menologio Sirleti. At Menologium Sirleti ipſorum memoriam his paucis complectitur: *Eodem die* (IX. Aprilis) *Commemoratio Sanctorum Martyrum Captivorum, apud Perſidem coronatorum.*

In Synaxario Copticarum 150. memorantur. Synaxarium autem Copticarum die VIII. menſis Barmudi, ſeu 6. Aprilis Centum dumtaxar, & quinquaginta Martyrum Captivorum commemorationem inſtituit, his verbis.

وفيه استشهدوا مايه وخمسين شهيد في ساعه واحده على يد ملك الفرس . لانه حين قد
كبس بلاد المسيحيين المتاخه لحدوده فسبا منهم سبياً الى بلاده . ولما لم يطيعوه
علي عبادت الشمس والكواكب امر بضرب اعناقهم ونالوا اكليل الشهاده .

Eodem die (VIII. Barmudi) *una ſimul hora Martyrium ſubierunt Centum & quinquaginta Martyres, juſſu Regis Perſarum, qui incurſione in Fidelium regiones, ſuis finitimos, facta, ex iis plures in Perſidem captivos abduxit. Quoniam vero iſti Solem, & Sidera adorare detrectarunt, capite obtruncati, Martyrii coronam adepti ſunt.* Praeluxerat Menologium Graeco-

Graecorum, juſſu Baſilii Imperatoria editum, quod de his Centum & quinquaginta Martyribus ad eumdem diem Aprilis ſextum iſta habet. *Sapores impius Perſarum Rex in Romanam ditionem tempore Conſtantii, Romanorum Imperatoris, incurſionem faciens (Deo ſic permittente, ob excitatam haereſim inſipientis Arii, qui & ipſi Imperatori per Euſebium Praepoſitum Arianum eadem ſecum ſentire perſuaſerat) multaque ſubvertens caſtra, & regiones, plures e Chriſtianis captivos abduxit, quorum aliqui jugulati fuerunt, alii in itinere perierunt. Centum verum, & quinquaginta ſolummodo ſuperſtites in Perſidem fuerunt deportati, catenis conſtricti, & in carcerem conjecti, ibique adſiduis aerumnis per plurimos dies adſlicti. Quum autem aliquando Sapores a variis negotiis vacaret, ingenti lignorum ſtrue adcenſa Sanctos Viros, e carcere eductos, juſſit Chriſtum abnegare, & ignem adorare. Quod quum facere recuſaſſent, ipſos in ignem projici mandavit: atque ita Martyrium conſummarunt.* Verum Martyres Captivi, de quibua agimus, in genuinis Actis, ur & in Menaeis, ducenti & ſeptuaginta quinque recenſentur, qui non in ignem, ut perperam heic adſeritur, conjecti, ſed gladio caeſi Martyrio perſuncti ſunt. Inde vero plaoe evincitur, hocce elogio, alios a ooſtria captivos deſignari Martyres; de quibus tamen ne verbum quidem in tota hae Saporicae Perſequutionis hiſtoria occurrit: vel ſi noſtri, quod mihi veriſimilius eſt, exhibeantur, illud certe ab interpolatore Graeco depravatum eſſe, atque adeo Chaldaicis eorumdem Martyrum Actis cooſormari omnino debere.

Ut & in Menologio Baſiliano ad 6. Apr.

In Martyrologio Romano ad diem IV. Auguſti inter novem millia Chriſtianorum Captivorum, in Perſidem abductorum, laudatur Sancta *Ja* cum Sociabus; adnotatque ibidem ex Procop. lib. 1. cap. 9. Baronius, ejus nomine templum, vetuſtate pene conlapſum, Conſtantinopoli fuiſſe a Juſtiniano Imperatore reſtitutum. Recenſentur praeterea in eodem Martyrologio ad diem XXII. Aprilis viginti duo Epiſcopi, & Clerici ducenti quinquaginta, praeter Monachos, & Sacras Deo Virgines plurimaa. Nimirum, ex Sozomeno, a quo loc. cit. Epiſcopi nominantur, *Barbaſymes*, *Paulus*, *Gadiabes*, *Sabinus*, *Mareas*, *Agas*, *Bocbres*, *Abdas*, *Abdjeſus*, *Iſaac*, & *Dauſas*. Verum non omnes iſti anno Saporis Regis 53. neque occaſione expugnati caſtri Beth-zabde interſecti ſunt, ut alibi oſtenſum eſt.

In Martyrologio autem Romano 9000. cum S. Ja.

Item Epiſcopi 22. & Clerici 250. praeter Monachos, & Virgines.

Ceterum Sanctae *Jae*, ſive *Eudociae*, & Sociarum memoriam recolunt Graeci in Menologio Baſilii, & in Menaeia magnis excuſia eodem die 4. Auguſti; in quibus tamen perperam Ja, quod nomen Chaldaicum idem omnino ſonat ac Graecum Εὐδοκία, ſeorſim ab Eudocia, ceu alia ab ea Martyre, memoratur, quum eadem rerum geſtarum ſeries, idem Martyrii genus, tempua, & locus ſub utroque nomine, Jae, videlicet, & Eudociae, proſerantur, eaſque unacum noſtria novem millibus captivis a Sapore comprehenſas eſſe, tum variia tormentorum generibus adſlictas, Martyrium conſummaſſe, perhibent; ut videre eſt apud Bollandianos tom. 1. Auguſti, ubi earumdem Sanctarum Martyrum elogiis, ex Sacris Graecorum, Latinorumque Faſtia deſumtia, ſubjunguntur Acta Graeca Martyrii ejuſdem Sanctae Jae, ex Codice Vaticano 1671. cum MS. Bibliorhecae Caeſareae Vindeboneoſis conlato, eruta, & Latine ab ipſis, ni ſallor, Bollandiania reddita, ſub quorum initium habes expugnationis caſtri Beth-zabde, nec non obitus Heliodori Epiſcopi, & Dauſae ejus ſucceſſoris Paſſionis hiſtoriam, quae priori quidem Actorum noſtrorum parti conſormis videtur, ſi varia excipias additamenta, quae ab interpolatore, aut interprete Graeco inſerta fueruot.

S. Ja perperam ab Eudocia diſtinguitur.

Cui autem Chriſti anno reſpondeat tertius & quinquageſimus Saporis Regis annus, quo Dauſas, & ſociorum Captivorum caedem Acta noſtra expreſſe conſignant, id certe in dubium vocari non poreſt. Nam ex concordi Chronologorum calculo exploratum eſt, Saporem, anno Chriſti 309. exeunte, in utero matris Regem inauguratum fuiſſe: totque annos regnaſſe, quot vixit, ſeptuaginta, nempe. Si itaque anno 309. addantur anoi ejuſdem Saporis Imperii, ac aetatis 53. habebia annum Chriſti 362., ad quem propterea horum Martyrum caedes ſine ulla controverſia revocari debet. Atque hinc corrigendus eſt Theophanes, qui in Chronographia praeſignatum Saporis annum 53. cum anno Conſtantii Imperatoris 19. atque adeo cum anno Aerae Chriſtianae 355. perperam conjunxit. De die vero, quo iidem Martyres paſſi ſunt, deque Ebedjeſu Diaconi mortia genere, nihil certi ex Actis noſtris, utpote in fine mutilis, conjici poteſt. Quocirca & Syna-

Martyrii tempus.

Corrigitur Theophanes.

Synaxarii Syrorum, & Menaeorum Graecorum, quae Paſſionem eorumdem Martyrum ad diem Aprilis nonum referunt, & Ebedjeſum Diaconum gladio ſublatum exhibent, ſententiae interim ſtandum eſſe cenſemus, donec integrum aliud exemplar proferatur, ex quo ſuppleri poſſit, qui in noſtro Codice deſideratur, horum Actorum finis, in quo quidem non eſt dubium, quin omnium & ſingulorum Captivorum Martyrii & genus, & tempus Maruthas de more expreſſerit.

ܬܫܥܝܬܐ

ܕܫܒܝ̈ܐ ܩܕܝ̈ܫܐ.

A C T A

Sanctorum Martyrum Captivorum.

Anno Saporis II. Perſarū Regis 53. Perſequutionis 23. Chriſti 362.

Perſarum irruptio in Romanorum fines.

ANNus agebatur tertius [1] ſupra quinquageſimum, ex quo Perſicum Regnum inierat Sapor, quum, facta in Romanorum fines irruptione, Caſtrum [2] Beth-zabde obſidione cepit, dirutiſque oppidi moenibus, praeſidiarios magna ex parte peremit, [3] reliquos ſervituti addidit. Captivorum numerus novem millia [4] exceſſit, quos inter inſignes fuere HELIODORUS Epiſcopus, DAUSAS [5], & MARIABUS [6] Presbyteri, aetate provecti, ejuſdem familiares, aliique Sacerdotes, & Diaconi, necnon ſacri virorum, ac mulierum coetus. Univerſum porro Captivorum agmen in Regionem [7] Huzitarum deportari juſſum fuerat, Regemque, illuc proficiſcentem, ſequi [8].

1

2

3

Novem circiter Chriſtianorum millia ſervituti addicta,

4

Inter quos inſignes Heliodorus Epiſcopus, Dauſas, & MariabusPresbyteri.

5
6
7
8

Eo in itinere Heliodorus in quadam manſione, quam [9] Stacartam incolae nuncupant, aegrotare coepit. Quamobrem Dauſan adpellans, hunc per impoſitionem manus Epiſcopum [10] creat, & Chriſtianis, quotquot ſupremae Urbis calamitati ſupererant, praeſidere jubet. Altare praeterea, quod ſecum tulerat [11], eidem tradidit, ejuſque ſanctiſſimum Miniſterium etiam atque etiam commendavit. His ex ſententia conſtitutis, Heliodorus obiit, ibidemque ſepulturae qualemcumque honorem conſequutus eſt.

Heliodorus moriturus Dauſan Epiſcopū creat.

9
10

Eique Altare portatile tradit.

11

Mox diem obit.

Inde Captivi iter proſequuti ſunt, atque

Captivi in itinere Pſalmos

ܒܫܢܬ ܬܠܬ ܘܚܡܫܝܢ ܕܫܒܘܪ ܡܠܟܐ
ܕܦܪ̈ܣܝܐ ܣܠܩ ܗܘܐ ܥܠ ܐܬܪܘܬܐ
ܕܪ̈ܗܘܡܝܐ ܘܫܪܐ ܥܠ ܩܣܛܪܐ
ܕܒܝܬ ܙܒܕܝ ܘܐܚܕܗ ܘܣܚܦ ܫܘܪܗ
ܘܩܛܠ ܠܗܘܢ ܕܡܚܕܪ̈ܢܐ ܠܟܘܡܪܐ
ܕܚܝܠܐ ܐܝܬܝܗܘܢ: ܘܫܪܟܐ ܕܚܒ̈ܫܐ ܘܫܒܝܐ
ܢܣܒܘܗܝ ܐܝܟ ܬܫܥܐ ܐܠܦܝܢ ܐܘ
ܠܝܬܝܪ. ܘܐܝܬ ܗܘܘ ܒܝܢܬܗܘܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܘܡܫܡܫܢܐ ܩܫܝܫܐ ܕܫܡܗ ܕܘܣܐ: ܘܐܦ
ܩܫܝܫܐ ܡܫܡܫܐ ܘܐܦ ܣܒܐ ܕܫܡܗ
ܡܪܝܒ ܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ ܒܗ: ܘܥܡ ܩܫܝ̈ܫܐ
ܗܘܘ ܕܒܢܝ ܩܝܡܐ ܘܐܦ ܒܢܬ ܩܝܡܐ
ܘܐܢܫܐ ܣܓܝܐܐ ܗܘܘ ܒܫܒܝܐ ܗܢܘܢ.
ܘܦܩܕ ܡܠܟܐ ܕܢܬܕܒܪܘܢ ܠܒܝܬ
ܗܘܙܝܐ ܘܢܐܙܠܘܢ ܒܬܪܗ.
ܘܟܕ ܐܙܠܝܢ ܗܘܘ ܒܐܘܪܚܐ ܠܐܬܪܐ
ܕܫܩܪܬܐ ܐܬܟܪܗ ܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܗܠܝܘܕܘܪܘܣ: ܘܩܪܐ ܠܕܘܣܐ
ܘܐܘܣܦ ܐܝܕܗ ܥܠܘܗܝ ܘܐܩܝܡܗ
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܠܗܘܢ: ܘܐܦ ܡܕܒܚܐ ܕܥܡܗ ܗܘܐ ܝܗܒ ܠܗ: ܘܦܩܕܗ
ܥܠ ܬܫܡܫܬܐ ܩܕܝܫܬܐ. ܘܒܬܪ ܗܠܝܢ ܕܫܠܡ ܐܝܟ ܨܒܝܢܗ: ܐܬܬܢܝܚ ܗܘ ܘܐܬܩܒܪ ܬܡܢ.
ܘܢܦܩܘ ܡܢ ܬܡܢ ܘܟܕ ܐܙܠܝܢ
ܒܐܘܪܚܐ ܫܒܝܐ ܗܘܘ ܡܫܒܚܝܢ ܠܗ ܠܐܠܗܐ
ܘܐܡܪܝܢ ܡܙܡܘܪ̈ܐ ܒܩܠܐ. ܘܟܕ ܫܡܥܘ
ܗܢܐ ܡܗܝܡܢܐ ܗܘܘ ܡܬܟܢܫܝܢ
ܗܘܘ ܒܟܠܗ ܗܘܘ ܒܟܠܗܘܢ:
ܘܐܬܪ̈ܘܬܐ ܕܒܗܘܢ ܐܬܦܪܥ ܘܐܬܠܘ
ܩܕܡܝܗܘܢ ܚܕܐ ܐܚܕܬ ܗܝ ܡܚܫܒܬܐ:
ܗܝ ܕܡܠܟܘܬܗ ܐܬܥܒܕ ܗܘܐ ܒܗܝ
ܫܒܝܐ

ܗܝܟܠܐ ܕܩܘܫܬܐ ܕܐܠܗܐ ܕܡܕܒܪܢܘܬܐ: ܘܗܘ
ܗܘܐ ܠܗ̇ ܥܠ ܣܒܪ ܡܠܟܐ ܘܐܡܪ ܡܠܟܐ
ܠܟܠ ܐܢܫ ܕܢܗܘܐ ܥܡܗ ܠܟܢܫܐ ܚܕ ܕܥܡܗ
ܕܒܕ̈ܘܟܝܬܐ ܡܢܗܘܢ ܕܢܗܘܐ ܡܢܘܚ
ܠܗܘܢ ܐܢܫܐ ܡܫܝܚܝܐ ܡܢ ܟܠ ܥܕܬܐ
ܟܕܐ ܡܢܫܐ ܟܠ ܕܒܥܐ ܘܡܙܡܪ
ܘܥܒܕ ܩܘܪܒܢܐ ܠܐܠܗܐ ܠܡܫܡܫܘ:
ܘܡܝܬܝܢ: ܘܟܠܗܘܢ ܗܘܘ ܢܟܦܝܢ:
ܘܡܬܟܢܫܝܢ ܗܘܘ ܟܠܗܘܢ ܒܚܕܐ ܘܡܫܡܫܝܢ
ܘܗܘܝܢ ܐܘܫܥܢܐ ܕܡܫܡܫܝܢ ܘܡܙܡܪܝܢ
ܥܠ ܐܠܗܐ ܕܫܡܝܐ.
ܡܛܠ ܕܝܢ ܕܟܠܝܘܡ ܗܘܐ ܕܡܬܟܢܫܝܢ
ܟܠܗܘܢ ܕܒܝܬܐ. ܘܡܓܘܫܐ ܠܐ ܗܘܘ
ܡܣܝܒܝܢ ܘܡܪܚܝܢ ܥܠ ܡܫܝܚܝܐ ܘܡܣܩܝܢ
ܗܘܘ ܩܛܪܓܐ ܘܐܡܪܝܢ ܗܘܘ: ܕܐܝܟܢ ܡܫܝܚܝܐ
ܐܝܟ ܠܒܥܠܕܒܒܐ ܕܫܡܫܐ ܕܡܢܗܘܢ
ܘܠܐܠܗܘܢ ܕܡܫܝܚܝܐ ܗܘܘ: ܘܡܫܪܝܢ
ܐܡܪܝܢ ܠܗܘܢ: ܕܡܠܟܐ ܡܫܡܫܝܢ
ܕܐܠܗܘܢ: ܘܡܫܡܫܝܢ ܠܗܘܢ ܒܗܘܢ
ܠܡܠܟܐ ܕܡܠܟܐ: ܕܐܬܐ ܡܢܗܘܢ ܘܗܘ
ܘܡܩܪܒܝܢ ܩܘܪܒܢܐ ܘܐܠܗܘܢ ܕܫܡܝܐ
ܡܢܗܘܢ: ܘܐܡܪܝܢ ܢܫܡܥ ܗܘܐ ܠܗܘܢ
ܠܗܘܢ ܟܠܗܘܢ ܡܫܝܚܝܐ ܕܡܢܗܘܢ:
ܘܐܡܪ ܡܠܟܐ ܕܡܫܝܚܝܐ ܟܠܗܘܢ ܐܝܟ ܗܘܘ
ܕܡܫܝܚܝܐ ܕܡܫܝܚܝ ܗܘܘ ܘܡܫܡܫܝܢ
ܠܡܠܟܘܬܟ ܘܡܝܬܝܢ ܗܘܘ ܠܐܠܗܐ:
ܐܡܪܘ ܐܢܘܢ ܠܡܠܟܐ ܗܘܐ ܕܡܫܡܫܝܢ
ܕܝܢ ܡܠܟܐ ܐܢܘܢ: ܘܡܢ ܕܫܡܥ ܡܫܝܚܝܐ
ܘܡܠܟܐ ܠܡܫܝܚܝܐ ܘܠܡܫܡܫܢܐ ܡܫܡܫܢܐ
ܟܠܗܘܢ ܕܡܫܡܫ ܡܠܟܐ ܠܗ. ܘܠܡܠܟ
ܟܡܫܝܚܐ ܡܠܟܐ ܐܝܟ ܕܡܠܟܐ ܡܫܝܚܐ:
ܘܡܢ ܕܠܡܫܝܚܐ ܟܡܫܝܚܐ ܠܐ ܡܫܝܚܐ
ܠܡܫܝܚܐ ܘܡܫܝܚܐ ܢܫܡܥ: ܡܫܝܚܐ
ܡܫܝܚܐ ܡܠܟܐ ܡܫܝܚܘܢ ܘܡܠܐ ܡܫܝܚܐ
ܘܡܠܟܐ ܡܫܝܚܐ ܢܫܡܥܘܢ.
ܘܡܫܬܥܘܢ ܡܫܡܫܝܢ ܠܡܫܡܫܢܐ
ܐܦܣܩܘܦܐ ܘܡܫܡܫܢܐ ܕܡܢ ܐܦܣܩܘܦܐ
ܘܡܫܡܫܢܐ ܘܡܫܡܫܢܐ ܘܡܫܡܫ ܘܐܦ ܟܠ
ܕܡܠܟܐ ܐܢܫܡܫܘܬܐ ܕܡܫܡܫܢܐ ܗܘܘ
ܠܗܘܢ ܘܡܫܡܫܘ ܡܫܡܫܢܐ ܠܗܘܢ ܡܫܡܫ
ܡܫܡܫܐ:

atque in ipſo itinere, data loci opportunitate, coeperunt, qui aderant, Chriſtiani ſimul convenire, ſimulque congregati Pſalmos alternatim occinere, & ſacrum Miniſterium obire.

alternatim occinunt, & S. Miniſterium obeunt.

Magorum in eos calumniæ.

12 Ejuſmodi conventus [12] quoniam quotidie fiebant, Magos, improbum hominum genus, in graves conjiciebant ſuſpiciones. Quumque concepta in Chriſtianos ira ſaevior in dies fieret, ad eoſdem penitus exſcindendos, multas in ipſorum mores calumnias ſtruxere, quas mox ad Praefectorum principem [13] Adarpharem detulerunt; ejus 13
quippe conſilio, atque artibus multorum Martyrum ſanguis in Oriente effuſus fuerat. Praefectorum princeps ad Regem paullo poſt introductus, hunc in modum impiam adverſus Chriſtianos adcuſationem compoſuit: Rex optime, ait, habemus in Captivorum cenſu quemdam Dauſan, qui Chriſtianis [14] 14
Praefectus dicitur; idcirco magnus & frequens ad eum concurſus fit promiſcui ſexus ejuſdem ſectae. Qui ubi ad ipſum ſimul omnes convenerint, inſanire occipiunt, unoque omnes furore correpti, Regiam Majeſtatem tuam diris imprecationibus oppetere, contumeliis, probriſque inceſſere, maledictis inſectari adoriuntur. Idque, velut quotidianum penſum, habent. Hoc ego ſcelere deprehenſo miſi, qui ſemel & iterum homines officii commonerent. Quo tamen non fracta, ſed aucta eſt adeo hominum impudentia, ut Deos quoque Perſarum, eiſdem, ac nomen tuum, exſecrationibus involverent [15]. 15

Iniquum Regis in Captivos conſilium.

Rex verſabatur in manſione Provinciae [16] Darenſium, quam Durſacum nuncupant, habitoque conſilio cum eodem Praefecto Chriſtianorum calumniatore, praeſente etiam alio Satrapa, illius ſocio, Harzaphte nomine, negocium hac ratione atque ordine tractandum edixit: Illud primum vobis molliendum eſt, ut diſſimulato conſilio, 16

Chri-

Chriſtianorum coetum una cum Praefecto ſuo in poteſtate habeatis. Quod ubi effeceritis, his verbis illos adgrediminor. Quum Regi vix quidpiam gratius adeidere poſſit, quam ut vos bene, & commode agatis, propterea iſtius vicini montis amoena juga, vobis eolenda, atque habitanda adſignat, regio quippe eſt feraciſſima, agerque uberrimus, crebris fontibus, rivíſque irriguus; ubi proinde beata, perpetuaque pace vos uſuros fore, ſperare merito poſſitis. His pollicitationibus illectos, haud difficile erit, in unum eogere locum quotquot illos, nobis, Diiſque noſtris iniquos conventus diebus ſingulis facere deprehendiſtis, collectoſque ſimul ad praedictum montem deducite, atque inihi quaeſtionem de illis habetote; & quicumque nobiſcum conſenſerint, atque ejurata Caeſaris religione, Solis, Lunaeque ſacra ſuſceperint, hos in ejuſdem montis oppidis manere, jubemus, prout ſuis rationibus, & quieti conſentaneum eſſe compererint. Contumaces vero, atque refractarios veſtrum erit, pro ſeveritate legum juſto ſupplicio coërcere. Haec fatus Rex, Satrapas dimiſit, quos ad id negocii centum Equites, & ducenti Pedites ſequuti ſunt.

Ex iis trecenti Solis & Lunae Sacris initiari jubētur. 17

Interea ad concionem conveniunt Dauſas Epiſcopus, & Mariabus [17] Chorepiſcopus, aliique Presbyteri, Diaconi, & minores Clerici, laici praeterea, homines Chriſtiani, eorum ſocii, ad treeentos univerſim reeenſiti. His ſimul congregatis Regii Procuratores amorem, benevolentiamque ſimulantes, inſidioſa Regis mandata exponunt, eoque homines, fraudem minime ſuſpicantes, induxere, ut ad montem Maſebdanum, quem Rex deſignaverat, & ad oppidum Gaphetum laeti omnes feſtinarent. At ubi oppido adpropinquaverunt, crudeliſſimus, & ſanguinis ſitibundus Adarphares tantiſper conſiſtere

ܕܡܡܚܒܒܐ ܐܝܟ ܕܢܣܒܬ ܠܗ ܕܡܢ ܣܟܠܐ
ܒܐܘܪܚܐ ܠܥܠܡܝܢ ܒܬܪܟܐ ܚܡܪ
ܕܝܘܗܝ ܘܚܠ ܕܫܘܒܐ ܩܪ̈ܒ ܕܐܬܥܒܕܬܘܢ :
ܘܗܫܐ ܐܕܪܐ ܕܒܚܠܐ ܕܥܘܠܐ ܐܠܝܨܬܘܢ ܠܝ
ܣܓܘܐܬ ܗܘ ܠܝ ܕܡܠܟܘܬܐ : ܘܡܘܡܝܬܐ
ܕܗܘܐ ܕܝܘܡܬܘܢ ܠܝ ܚܘܪܐ ܗܘ ܠܝ
ܐܠܐܗܐ : ܠܐ ܐܬܒܥܝ ܡܚܝܬܐ ܘܠܐ
ܐܬܒܥܝ ܠܐܟܪ : ܘܐܠܗܐ ܡܢܝ ܒܡܘܬܐ
ܐܠܗܐ ܐܘ ܡܕܡ ܒܡܘܬܐ ܕܥܬܝܕ :
ܦܢܘ ܫܠܡܐ ܠܐ ܢܦܘܩ ܘܢܘܩܕ : ܦܢܘ
ܕܢܟܕ ܠܝ ܠܐ ܢܬܦܣܪ ܘܡܬܗܘܐ : ܐܠܗܐ
ܕܟܠܝ ܣܕܗܘ : ܗܘ ܘܡܠܟ ܣܠܩܝܢ
ܐܬܠܝܡ ܠܝ ܒܟܬܒܝܗܘܢ : ܘܗܫܐ ܗܘ
ܐܬܟܬܒ ܥܠܝ ܘܐܬܦܬܚ ܠܝ ܕܡܠܠܬܗ
ܢܘܡܝܐ ܡܢ ܐܬܒܥܝ ܦܢܘܢܝ : ܘܣܦ
ܠܝ ܕܐܬܡܢܐ ܘܐܬܬܘܪܐ ܢܟܢ ܐܬܒܘ
ܢܒܠܡܘܢ : ܡܟܝܠ ܕܡܠܟܝܟܘܢ ܗܘ ܐܟܪ
ܒܐܪܥܐ ܕܐܬܪܐ ܢܟܢ : ܣܢܝ ܐܢܫ
ܒܡܕܝܢܬܐ ܦܣܝܩܢܝ ܘܐܠܘܗܝ ܥܒܪܐ
ܦܠܚܢܝ : ܗܘ ܕܐܦ ܡܫܕ ܠܗ ܦܠܚ
ܡܢܗ ܡܢܦܩܢ : ܐܠܐ ܣܢܝ ܒܐܬܒܘܢܘܬܐ
ܡܫܠܡܐ ܐܪܡܝ ܐܠܗܐ ܕܒܬܒܪ ܠܝ
ܠܡܠܟܐ . ܐܠܐ ܦܢ ܠܟܘܢ ܠܦܘܐ ܘܡܦܩܢܐ
ܕܐܠܝܨܘܢ ܠܡܕܝܢܐ ܒܡܠܟܘܬܗܘܢ ܗܘ
ܕܠܐ ܐܠܗ : ܕܐܠܗܐ ܡܠܟܘܬܐ ܥܕܪ ܠܗ ܒܟܘܢ
ܘܦܘܩܕܢ ܠܟܘܢ ܒܗ ܘܡܫܝܚܐ
ܠܝܫܘܥܢܘܢ ܦܢܝܐ ܠܕܝܠܘܬܟܘܢ ܡܢ
ܐܟܚܕܐ ܚܠܦ ܕܡܚܣܢܐ : ܐܠܐ ܕܝܢ ܕܟܠܝ
ܒܦܘܩܕܢܐ ܣܡܥܬܐ ܡܘܡܬܐ ܐܝܟ ܕܐܬܦܩܕܬ
ܫܡܥܢ : ܡܚܝܠ ܡܢܕܡ ܕܥܒܕ ܐܢܬ ܚܝܒ
ܘܠܐ ܬܬܦܣܪ .

ܦܢܝ ܓܡܝܪ ܠܗܠܝܢ ܕܒܡܠܘ ܡܥܢܝܘ
ܕܐܢܫ ܕܝܘܢ ܣܡܝܟܝܢ ܠܦܘܐ ܘܬܩܦܐ
ܘܦܘܩܕܢ ܥܒܘܕܐ : ܚܝܝܢ ܕܡܫܠܡܘ
ܠܡܢܝܢ ܕܡܠܟܐ ܡܥܒܕܝܢ ܘܡܥܒܕܢܐ :
ܢܦܩܝܢ ܕܝܢ ܘܡܥܒܕܐ ܒܗܘ ܠܦܘܐ ܠܢܟܪܝܐ
ܐܬܒܠܘ ܒܕܡܘܗܝ ܕܢܟܣܝܢ ܘܩܛܠܘ
ܠܥܡܡܐ : ܘܠܘܬܗ ܐܝܟ ܒܗ ܒܠܚܘܕ ܗܘ
ܚܕܡܢܐ ܠܗܘܡܢܐ .

ܣܒ ܕܝܢ ܡܥܡܕܢܐ ܡܢܗܘܢ ܕܥܡܕܗ
ܐܢܘܢ

ſtere juſſos, depoſita, quam pridem induerat, amoris larva, de Regis conſilio paucis docet: Reos vos Majeſtatis, ait, ſero nunc tandem fuiſſe deprehenſos, agnoſcite: ita vos non puduit quotidie Regem contumeliis, probriſque proſcindere; & ſacrilego praeterea ore Deos exſecrari. Tanti criminis convi-ctos, jubet Rex, vos omnes hoc in loco poenas dare teterrimo ſupplicio. Sed nunc, ſi nobis, potiora utique ſuadentibus, indulgeatis, dirum omen vos facile declinaturos, & incolumes, integroſque hinc evaſuros ſcitote. Hoc itaque nunc vobis deliberandum, ac ſtatuendum eſt, ut Regis Edicto pareatis, utque Solis, & Lunae ſacris initiemini, ejurataque Caeſaris Religione, Saporis, Regis Regum, Numina veneremini. Vos itaque jubeo, veſtrae conditionis, Regiaeque in vos poteſtatis meminiſſe, & perpendere animo, num deceat, vos Domini praecepto refragari? Vobis deinde polliceor, ſi mihi in hoc negocio morem geretis, ex obedientia veſtra uberrimum vos fructum reportaturos. Mihi quippe a Rege poteſtatem factam intelligite, procurandi vobis domicilii in hiſce oppidis, quorum, ut videtis, opimum eſt ſolum, agrique vitibus, olivis, & palmis conſiti. His praeterea munera adjiciam, daboque operam, ut votis veſtris poſthac obviam benevolentiam meam habeatis. Sin autem Regis imperium detrectaveritis, ſcitote, vos omnes hodierno die ultima internecione deletum iri, ſuaeque contumaciae poenas evaſurum neminem. Hoc, ſcilicet, jubet, lata pridem in vos a Rege, ſententia.

Ejuſmodi oratione nihil commotus magnanimus Dauſas altiori voce Praefectum in hunc modum excepit. Proh gentem immanem, quae domeſticorum ſanguine necdum exſaturata, exterorum cruorem ſitit! En caeduntur cives, caeduntur etiam hoſpites.

Dauſae Epiſcopi generoſum reſponſum.

Incolas pridem exquiſitis ſuppliciis mactaſtis, modo advenas quoque ad lanienam depoſcitis. Quid iſta hactenus profuere, niſi fortaſſe, ut in poſterum nullam crudelitati veſtrae cauſſam obtendere valeatis? Nec enim procul adeſt conſtituta ab ultore Deo poena, ſed ſequitur a tergo, premitque reos inevitabili ſupplicio. Quandoquidem quum fluat adhuc vobis in digitis Martyrum Orientalium ſanguis, Chriſtianos, qui
18 ad Occidentem [18] ſolem habitant, modo invadiris, eorum caedibus manus veſtras iterum polluiris; ut, nimirum, ſanguis quoque noſter in Chriſtianae Fidei teſtimonium effuſus, poſt innoxium laudatorum Martyrum cruorem damnationis veſtrae chirographa conſignet. Quaecumque vero, vel occulta conſpiratione, antea in nos acta modo patuerunt, vel ipſi mox pro concione exponebatis, adeo nos haudquaquam offendunt, ut potius mirifice nos delectent, & inſolita etiam voluptate perfundant. Macti animo ſocii, jam nos ſervitutis jugo primum ereptos putate, patrioque ſolo poſtliminio reſtitutos. Quare nec exſulum, nec inhoneſta ſervorum morte defungimur. At vos, quicumque adeſtis, carnifices, non eſt cur ultra moremini, vel injuncti officii partes detrectetis. Qui nos daturus neci, huc veniet, oramus, ut de acerbitate ſua nihil remittat, nedum ſententiam mutet. Deus omnium noſtrum unus eſt, qui nos meritis exercens poenis, veſtrae primum poteſtati ſubjecit, nunc vero rurſus noſtri miſertus, gratiae ſuae reſtituit, dum hodierno die jubet, in cauſſa ſua veſtro nos ferro cadere. Eum interim precamur, ut a nobis avertat, ne, opera manuum ejus, Solem, & Lunam divinum quidpiam habere, dicamus, aut Regi pareamus, homini, videlicet, inauditae crudelitatis. Nihil ſane nobis deliberatius eſt, quam ut in Religione noſtra conſtantes, triſtia quae-

[illegible]

ܘܠܟܢ ܗܘܐ ܒܡܫܝܚܐ ܗܘܝܐ ܠܐ ܡܫܬܠܡܝܢ
ܥܒܕܝܢ ܐܢܚܢܢ ܠܟ ܘܠܐܠܗܐ ܕܩܝܣܪ ܐܢܬ ܠܐ .
ܒܗ ܡܣܟܐ ܟܠܗ ܣܒܪܐ ܐܢܫ ܠܗ
ܘܢܬܦܝܣ ܒܬܫܡܫܬܗ ܕܝܠܗ ܘܒܝܩܪܐ
ܐܢܚܢܢ ܕܝܢ ܗܘܐ ....

quaeque fortiter toleremus, atque vetum Deum, quem Caeſar adorat, & in quo ſpem omnem ſuam repoſitam habet, piis obſequiis, eaſtoque cultu demereamur. Et nos quidem nec inglorii, nec inviti ad conſtitutam nobis ſedem pergimus. Sed vae vobis! qui in hiſce ſordibus contabuiſtis, & inſuper univerſum Orientem, a vero Deo extorrem, vagum, atque errantem in impiam diſciplinam veſtram cogitis, & plane pertrahitis. Adeſt quippe ſceleris ultor Deus, qui ſuperſtitionem veſtram diſſipabit, voſque una cum illa funditus evertet, & artibus fallaciiſque veſtris per omnes Orientis Provincias finem imponet. Poſtremum hoc accipe, nos & hunc Chriſtianorum coetum in ſententia, quam praefatus ſum, fixos eſſe, ac immobiles. Quod ergo in mandatis habes, cito & ſine cunctatione exſequere.

Haec dixerat Dauſas, quum continuo a Praeſide juſſi ſatellites, quinquaginta promiſcue viros, & mulieres ad ſupplicium ducere adgreſſi ſunt, ſimulque jugulare. Jam caeſorum numerus ad ſeptuaginta quinque ſupra ducentos pervenerat, quum praeſentis necis horrore perculſi ceteri, in dedecus, & infamiam ſuam perſequutoribus manus dantes, Solis ſacris initiandos ſe ultro tradiderunt. Quinque autem & viginti fuerunt promiſcui ſexus, quibus in proditae religionis mercedem adſignatae in eodem monte ſedes, quas ad hoc uſque tempus tenuere.

Gladio caeduntur omnes, praeter viginti quinque Fidei deſertores.

Adcidit heic, ut lictores Diaconum quemdam levi vulnere ſauciatum perinde atque exanimem in loco relinquerent. Ebedjesus is dicebatur, qui poſt ſolis occaſum, ut ſe ab ea trepidatione collegit, in vicinum caſtellum prorepſit, ubi pauperem quemdam virum offendit, qui ſaucium, in aedes ſuas deductum, benigne accepit, ejuſque vulnera terſit, & adligavit. Poſtera die ſummo mane Diaconus hoſpitem ſuum, duoſque ejus filios adoleſcentes ad locum caedis perductos, ubi Dauſae Epiſcopi cadaver jaceret, docet; deinde Mariabi, & aliorum Presbyterorum corpora oſtendit. Illico ſublata in humeros cadavera, ſinguli ſingula geſtantes, per ejuſdem montis clivum ad aliquos paſſus progreſſi, exiguum antrum reperiunt. Ibi Martyrum Lipſana condunt, adgeſtoque lapidum tumulo os ſpeluncae obſtruunt: inde ad locum caedis reverſi, quum Sanctum Diaconum humi projectum, orantem, ac plorantem inveniſſent, ibidem reliquerunt.

A S. Ebedieſu Diacono monitus quidam SS. Martyrum corpora tumulo condit.

Venerant ad locum Paſtores quidam Ethnici Patria [19] Carmanitae, dum, ut fit, per herboſa montis juga paſcunt greges. Teſtabantur autem oblatam ſibi per id temporis admirabilem ſpeciem, in qua vidiſſe ſe ajebant Choros Angelorum deſcendentium, & rurſus in Caelum conſcendentium, eoſdemque ſe audiviſſe eo in loco, ubi Sancti Dei Martyres ceciderant, Hymnos Deo occinentes. Quo viſo mirum in modum conterriti, rem per omnes illas oras divulgarunt, ſeque Fidei Chriſtianae dogmatibus imbuendos tradiderunt.

Paſtores Carmanitae Angelos cernũt, Martyrum victoriam Hymnis celebrantes.

19

Et Chriſtiana ſacra ſuſcipiũt

Poſtea Ebedjeſus, qui gladio percuſſus, ut ita dicam, revixerat, animas, peccati veneno exſtinctas, ad vitam revocare adorſus eſt. Ac primum ſecum ipſe ſtatuit locum perpetuo habitare, in obſequium illorum ſanctorum Corporum, quae inibi occubuerant. Jamque triginta dies ibidem exegerat, imbuendis pietate indigenis egregie occupatus, quum praedicti Caſtelli Dominus veritus, ne Beatus Diaconus incolas, a patriis erroribus revocatos, ad Chriſtianam Fidem traduceret, nefario ſpiritu, qui pridem ipſum invaſerat, inſtigante, comprehenſum verberavit, & vin-

S. Ebedjeſus locum inhabitat, in quo Martyres occubuerant.

Verũ incolas ad Chriſti Fidẽ convertens ab ejuſdem loci Domino exſulare jubetur.

& vinculis conſtrictum ad quatriduum ſub cuſtodia detinuit. Poſtremo e ſuis terris exſilium eidem indixit: At tu, inquit, ſi hinc migrare adnueris, atque deinceps a tradenda ea, quam profiteris, diſciplina, abſtinueris, miſſus hinc abibis.

Quem protinus interpellans Diaconus: Egó contra, ait, fixum animo propoſitum habeo, nunquam poſthac Sedem hanc mutare....

Deſunt nonnulla.

ADNOTATIONES.

(1) Sic incipit Martyrium Sanctae Jae, a Bollandianis die 4. Auguſti editum; ſed in Codice Vaticano 1671. ex quo illud depromſerunt, annus Saporis Regis quinquageſimus, pro quinquageſimo tertio, qui in MS. Caeſareo exprimitur, ex calligraphi certe incuria obrepſit.

(2) *Beth-zabde*; Sozomeno lib. 2. cap. 13. *Zabdaeus*, Authori Bibliothecae Orientalis tom. 3. par. 2. pag. 55. *Zebedaeus*, aliis vero in locis *Beth-zabde*. Menaeis *Bizabdes*; Bollandianis autem in Actis S. Jae ex Codicibus Vaticano, & Caeſareo *Bizaideon*, & *Bizadeon*. Caſtrum, ſive Civitas regionis Zabdicenae, quam recentiores Arabes باقردى *Bakerdam*, & جزيرة *Geziram* vocant: olim Epiſcopalis ſub Metropolitano Niſibis, poſtea in Metropolim erecta, de qua haec clariſſimus Valeſius in notis ad hunc Sozomeni locum. *Erat locus iſte in regione Zabdicena, quae una eſt ex quinque regionibus Transtigritanis, teſte Ammiano Marcellino in libro 25. In ea regione Oppidum erat Bezabde, ſitum ad ripam Tigridis, quod Zabdaeum hic vocat Sozomenus. erat autem regio illa ſub ditione Romanorum, ex quo Narſaeus, Perſarum Rex, a Galerio ſuperatus, quinque illas Regiones Romanis cedere coactus fuerat. Quamobrem Perſae has Provincias a Romanis aſſidue repetebant, & continuis irruptionibus eas regiones vexabant. Hinc eſt, quod Dauſas, ejus loci Epiſcopus, captivus abductus eſt a Perſis.* Haec Valeſius. Ceterum Zabdicena regio quum adhuc ſub Romanis eſſet, ſanctiſſimis Monachis claruit, qui Coenobia ibidem condidere: Johannes, nempe, & Aebas Fratres, & Sabas, & Scialitas, Eugenii diſcipuli, quorum Monaſteria in Beth-zabde a Mari, Amroque in compendio vitae S. Barbaſcemini Seleuciae Catholici, & Martyris laudantur. Jonas quoque, ejuſdem Eugenii diſcipulus, qui Monaſterium Anbarae exſtruxit, Barſabas demum, qui poſteaquam uxorem Saporis Regis, ſororemque ejus a daemone, uti ferunt, liberaſſet, Maruae in Choraſana primus Epiſcopus fuit. Vide Aſſem. Bibl. Orient. tom. 2. & 3.

(3) Non ſolum Praeſidiarios, ſed & qui arma ferre poterant, juſſu Saporis Regis trucidatos fuiſſe, Menaea tradunt. In Actis autem Sanctae Jae apud Bollandianos, quinquaginta circiter virorum, ac mulierum millia per eam occaſionem a Perſis caeſa dicuntur.

(4) Martyrolog. Rom. & Menolog. Graecorum in Commemoratione S. Jae ad diem 4. Auguſti novem Chriſtianorum captivorum millia enumerant.

(5) *Dauſas*; hunc Menaea *Deſau*, Acta vero S. Jae *Doſſau*, & *Doſau* corrupte vocant. Id etenim nomen Chaldaicum eſt a verbo ܕܫܢ, quod donare ſignificat, deductum: atque adeo Dauſan recte *Donatum* Latine dixeris.

(6) *Mariabus*, Sozomeno *Mareabdes*, Baronio ad ann. 344. *Mareaumdes*, Authori Actorum S. Jae apud Bollandianos *Maraab*, & *Mareabi*, Nomen pariter Chaldaicum ex ܡܪܝ *Dominus*, & ܝܗܒ *dedit* compoſitum.

(7) In Actis S. Jae corrupte ſcribitur *Ouzainorum*, *Zainorum*, & *Jouzainorum*.

(8) Conſonant Acta S. Jae; ſed Menaea diſcrepant, quae Dauſan, & Mariabum ſalvos cum ſociis in Patria fuiſſe relictos, & nonniſi poſt Heliodori obitum captivos in Perſidem abductos perhibent.

(9) *Sracarta*; perperam ſcribitur in Actis Sanctae Jae *Biſacer*.

(10) Ordinationem Epiſcopi non ab uno, ſed a tribus Epiſcopis faciendam eſſe praecipiunt Sacri Canones. At urgente Eccleſiae neceſſitate, ut in caſu noſtro, & furentibus perſequutionibus, quarum cauſſa praeſcriptus, ad conſecrationem Epiſcopalem rite peragendam, nequeat haberi Epiſcoporum numerus, ab uno tantum poſſe Epiſcopum valide quidem ac licite ordinari docent Theologi omnes, varia hujuſmodi Ordinationum exempla ex hiſtoria Eccleſiaſtica proferentes; inter quae celebre eſt illud Sancti Euſebii Samoſateni Epiſcopi, qui, teſte Theodoreto lib. 5. cap. 4. quum multas Eccleſias Paſtoribus Catholicis orbatas intellexiſſet, habitu militari indutus, Meſopotamiam, Syriam, Phoeniciam, Palaeſtinam, & Cyprum peragravit, quo tum Presbyteros, & Diaconos crearet, tum alia Eccleſiaſtica obiret officia. Poſtea vero ab exſilio reverſus, novos ordinavit Epiſcopos, Acacium Beroeae, Theodotum Hierapolis, Euſebium Chalcidis, & Iſidorum Cypri. Praeterea idem Theodoretus lib. cit. cap. 23. refert, Evagrium quarto Eccleſiae ſeculo Epiſcopum Antiochenum a ſolo Paulino fuiſſe conſecratum, & illam Evagrii conſecrationem admiſſam fuiſſe ab Occidentalibus, & Antiochenis, qui Euſtathiani dicebantur, eo quod Euſtathii ſucceſſoribus, derelicto Meletio, adhaererent. Quin & Gregorius Magnus ab Auguſtino Anglorum Epiſcopo interrogatus: *Quot neceſſarii ſint Epiſcopi in Epiſcopi conſecratione?* Sic reſpondit: *Ut quidem in Anglorum Eccleſia, in qua adhuc ſolus tu Epiſcopus inveniris, ordinare Epiſcopum, non aliter niſi ſine Epiſcopis potes*, ideſt, *ſolus potes*; convenientior quippe eſt haec lectio, quam illa, quae habetur apud aliquos Scriptores, *cum Epiſcopis*

Digitized by Google

ſcopis potes. Quare enim iſta verba: *Tu ſolus Epiſcopus inveniris*, praemiſiſſet Gregorius, ſi ſignificare voluiſſet, Auguſtinum non potuiſſe, niſi cum aliis Epiſcopis Epiſcopum ordinare?

(11) Epiſcopi Orientales, iter agentes, antiquiſſimum Altaria ſecum ferendi uſum etiamnum retinent; ut, ſcilicet, in eo juxta veterem diſciplinam poſſint extra Eccleſiam in locis ab eadem remotis Miſſam quotidie celebrare, vel ſaltem audire. Hinc Altare *Portatile*, ſeu *Viaticum* dictum, quod nihil aliud eſt, quam parva tabula lapidea, vel, ut plerumque apud Syros, lignea, ab Epiſcopo certo ritu conſecrata. Qua de re conſule Durand. de Ritibus Eccleſ. lib. 1. cap. 25. & lib. 2. cap. 6. ut & Card. Bonam de rebus Liturgicis lib. 1. cap. 20.

(12) Menaea habent: *Conſuetis itaque laudibus, & orationibus, ab eadem Eccleſia Dei oblatis*. Menologium Baſilii: *Sed quum de more in Eccleſia offerretur Deo glorificatio*. Acta vero Sanctae Jae. *Dum autem abirent illi, in via, ex iſto digreſſi loco, congregati ſunt in loco quodam, & cantabant, ac Hymnos dicebant, glorificantes Sanctum Deum, ſingulis etiam diebus perficientes illud miniſterium*. Porro hujuſmodi Collectas, ſaevientibus Perſequutoribus, Chriſtianos, ubicumque eſſent, jam inde ab exordio celebrare conſueviſſe, liquet vel ex Epiſtola S. Dionyſii Epiſcopi Alexandrini ad Hieracem: *Quum*, inquit, *ab omnibus perſequutione exagitati eſſemus, & morte multati, feſtum laetis animis celebravimus, & ſingulo loco, & ſingula adflictionum genera nobis praeſtiterunt, ut ager ſilveſtris, ſolitudo deſerta, navis, fluctibus jactata, diverſorium publicum, & horrendus carcer, opportuna videbantur, in quibus celebres conventus maximo cum ſtudio ageremus*. Hinc S. Cyprianus Epiſt. 4. Preſbyteros, & Diaconos, furente Gallieno, monebat, ut caute & non glomeratim ad carceres, in quibus Chriſti Confeſſores detinebantur, accederent, & illuc offerrent. *Conſulite*, ajebat, *& videte, ut cum temperamento hoc agi tutius poſſit, ita ut Presbyteri quoque, qui illuc apud Confeſſores offerunt, ſinguli cum ſingulis Diaconis per vices alternent, quia & mutatio perſonarum, & viciſſitudo convenientium minuit invidiam*.

(13) *Adarphares Praefectorum princeps*; Menaeis *Adelphar Archimagus*, Auctori Actorum S. Jae apud Bollandianos *Adelpher Magorum Princeps*.

(14) Acta S. Jae: *Qui inter Chriſtianos primatum tenet*.

(15) Eadem Acta continuo ſubjungunt: *Haec ubi audiſſet Rex juſſit, caput Beati Doſſae Epiſcopi amputari*. Inde vero Hiſtoriam Paſſionis S. Jae exordiuntur.

(16) *Provincia Darenſium* in finibus Aſſyriae, non procul ab Oxiana. Ejus Urbs praecipua *Dara* ſive *Daraja*; unde populi Darenſes dicti: olim Epiſcopalis ſub Patriarcha Chaldaeorum, ut ex Tabula Eliae Damaſceni apud Aſſem. Bibl. Orient. tom. 2. pag. 459. conſtat.

(17) Quum S. Mariabus initio Actorum dicatur Presbyter, heic vero, ut & apud Sozomenum Chorepiſcopus, plane inde conjicere licet, eum nonniſi poſt Heliodori obitum a S. Dauſa Chorepiſcopali dignitate fuiſſe inſignitum. Porro de Chorepiſcoporum nomine, origine, officiis, & duratione nemo melius Joh. Morino diſſeruit; quem proinde conſule Par. 3. de Sac. Ordinat. exercit. 4., ut & Aſſemanum Bibl. Orient. tom. 3. par. 2. pag. 826. qui doctiſſimas in id argumentum obſervationes ex authoribus praeſertim Orientalibus depromtas, una cum Chaldaeo eorumdem Chorepiſcoporum Ordinationis Ritu adjecit.

(18) Occidentis nomine Meſopotamiam, Syriam, aliaſque regiones citeriores Syri intelligunt; Chaldaeam vero, Aſſyriam, ac Perſidem Orientem vocant.

(19) *Carmanitae*, ideſt, ex *Carmania*, ſeu, ut Arabes dicunt, كرمان *Karman* oriundi, quibus Thomam Apoſtolum Evangelium praedicaſſe, tradit Sophronius apud Hieronymum cap. 8. Carmania autem regio Aſiae Majoris in Regno Perſico, inter Perſidem ſtricte ſumtam & Indiam ſita. Eam Geographi Orientales apud Abulphedam cap. 11. fol. 84. ſic deſcribunt. *Carmania eſt inter Perſidem, Segeſtanam, & Macran: ad Occaſum habens Perſidem, ad Meridiem Mare Perſicum, ad Ortum terram Macran, ad Septentrionem deſertum, quod illam ſeparat a Choraſana, & Segeſtana*. In Tabula Eliae Damaſceni, Carmaniae Epiſcopus, cujus Sedes in Urbe Hormuz erat, ſub Metropolitano Perſidis ponitur. Sequiori aevo Carmaniae nomen ad Ciliciam tranſiit: de quo vide Herbelot. Bibl. Orient. p. 255.

ADMONITIO

In Acta Sanctorum Quadraginta Martyrum.

Acta Graecis olim nota.

QUamquam Acta Sanctorum Abdae, & Ebedjeſu Epiſcoporum, eorumque duodequadraginta Sociorum, nominatim in titulo recenſitorum, quae ex Codice Chaldaico Nitrienſi Vaticano II. heic proferimus, nuſquam alibi invenire licuerit; ea tamen Graecos olim prae manibus habuiſſe, plane conjicimus tum ex Vita S. Bademi Coenobiarchae, quae ſub Metaphraſtis nomine apud Lipomanum tom. 7. circumfertur, cujus quidem initio iidem Martyres hiſce deſignantur verbis: *Quo tempore Quadraginta illi Sancti Martyres interfecti ſunt, comprehenſus fuit Bademus &c.* Tum vero ex eorumdem

Mar.

Martyrum Elogiis, in Sacris Faſtis ad diem xv. & xvi. menſis Maji relatis, quae ſi nonnullae compilatorum Graecorum in ipſis praeſertim Martyribus dinumerandis adlucinationes excipiantur, cum Chaldaicis quidem hiſce Actis adprime conveniunt.

Horum SS. memoria in Menologio Baſiliano.

Graecorum etenim Menologium, juſſu Baſilii Porphyrogeniti Imperatoris editum, Sanctos Abdam, & Ebedjeſum, ſeu Abdieſum, Epiſcopos, qui & ab Hermia Sozomeno Hiſt. Eccleſ. lib. 2. cap. 13. prope finem, inter Praeſules, ſub Sapore Rege Martyres, recenſentur, celebrat die xvi. Maji, eiſque ſeptem & ſexaginta, Ebedjeſu nempe triginta & novem, Abdae vero duodetriginta Socios adſignat in haec verba. *Certamen Sanctorum Martyrum Abdae, & Abdjeſu Epiſcoporum, & Sociorum. S. Abdjeſus Epiſcopus in Perſide, a proprio Nepote, qui Diaconus erat, denunciatus Regi Perſarum, & comprehenſus, unacum aliis triginta novem Chriſtianis, ad ipſum adducitur. Interrogatus autem, Chriſtumque profeſſus, ad Fratrem Regis mittitur, ut ab illo tormentis ſubjiceretur. Sed eum ſermonibus Divinis redarguens, ſtupore adfecit. Quocirca funibus devictus, atque inter ligna coarctatus eſt, oſſaque ejus contrita. Deinde ſemimortuus in carcerem conjicitur, nullum per multos dies cibum deguſtans. Poſthaec comprehenſus etiam Abdas Epiſcopus cum viginti & octo viris, quorum alii Presbyteri erant, & Diaconi, & Sanctae Virgines, & Mulieres, in eumdem carcerem detruſus eſt: ubi ab Epiſcopo Abdjeſu edocebantur. Demum poſt aliquot dies e carcere extracti omnes capite plexi ſunt.* Hucuſque Menologium.

In Menaeis Graecorum.

In Menaeis excuſis, & apud Maximum Cytherorum Epiſcopum tenue quidem horum Martyrum Paſſionis compendium habetur. At in perantiquo Synaxario Graeco ms. Eccleſiae Conſtantinopolitanae, a Bollandianis Latine reddito, quod Pariſiis in Collegio Claromontano Societatis Jeſu adſervatur, adcuratiori encomio eorumdem Martyrum memoria recolitur, iique omnes in titulo ſummatim Quadraginta, & quidem recte ſecundum Acta noſtra, laudantur, in corpore vero ſexaginta novem, juxta Baſilii Menologium, perperam recenſentur. Verba Synaxarii ſunt haec. *Eodem die* (xvi. Maji) *Certamen Sanctorum Martyrum Abdae, & Abdieſu Epiſcoporum, & ſedecim Presbyterorum, novem Diaconorum, & ſex Monachorum, & ſeptem Virginum, ex Patria Chaſchara. Sanctus Abdieſus Epiſcopus conſtitutus in urbe Perſidis Beth-Chaſchar, a proprio patrueli circumventus fuit, & denunciatus Regi Perſarum. Comprehenſus eſt ergo, atque ad hunc deductus cum aliis novem & triginta Chriſtianis. Interrogatus a Rege Chriſtum confeſſus eſt: & cum dictis ſociis triginta novem ablegatus ad Arſeth* (ſic Artaſcirum, ſeu Artaxerſem vocat) *Regis fratrem, ut ab ipſo tormentis ſubjiceretur. Ubi advenit, hunc ſermonibus Divinis prudenter redarguens, ſtupore adfecit. Quocirca funibus devinctus, ac inter ligna coarctatus eſt, atque oſſa ejus confracta. Ita & alii Sancti fuerunt tam vehementi violentia compreſſi, ut ex eorum oſſibus ſonus, crepituſque prodiret. Quo tormento ſepties de die fuerunt adflicti: dein quaſi mortui in carcerem projecti, nullo omnino, juſſu tyranni, cibo conceſſo: accepto tamen pane & aqua, per aliquam mulierem per feneſtram porrecto, Deum glorificaverunt. Poſthaec comprehenſus etiam Abdas Epiſcopus, cum viginti & octo Presbyteris, & Diaconis, & Virginibus ſanctis feminis, in eumdem carcerem detruſus eſt; unde extracti, gravibus verberibus caeſi ſunt, & ora eorum lapidibus contuſa, ac poſtea capita abſciſſa. Poſt aliquot dies eductus S. Abdjeſus cum ſuis, & ipſe capite plexus eſt.* Hactenus illud ms. Synaxarium.

Eorum numerus ad 69 perperam perductus.

Eadem plane, ſed ad xv. Maji, teſtibus Bollandianis, leguntur in mss. Menaeis Mediolanenſibus Bibliothecae Ambroſianae, ſignatis litera O, & numero cxlviii. & duplicibus Regiis Taurinenſibus, in quorum prioribus referebantur etiam ad xv. Maji; in alteris ad xvi. ejuſdem menſis, uti & in Menaeis mss. Divione in Collegio Societatis Jeſu apud Petrum Franciſcum Chifletium repertis, quae in ſingulorum, prout in modo relati Encomii titulo enumerantur, laudes haec diſticha ſubjiciunt.

Ἄμφω πρὸ τῶν σῶν Ἀβδᾶ Μάρτυς ὀμμάτων,
Τομεὺς κεφαλῆς καὶ βραβεὺς θείου στέφους.
Ambo prae oculis, Martyr Abda, ſunt tuis
Dator coronae Caelicae, & capitis ſector.
Ἐνδοὺς ἑαυτὸν Ἀβδίησους τῷ ξίφει,
Ὁρᾶν Ἰησοῦν ἠξιώθη τὸν μέγαν.
Gladio Abdjeſus dum ſeipſum tradidit,
Videre Jeſum redditus dignus fuit.

Τὲς

Τὺς ἱερεῖς σου Σῶτερ ἔκτεινε ξίφος,
Τὴν ἱερὰν σου μὴ προδόντας ἀξίαν.
Gladius necavit, Chriſte, ſacerdotes tuos,
Qui dignitatem non prodiderant tuam.
Τὺς τριάδας τρεῖς Λευίτας τετμημένους,
Στεφεῖ Θεὸς δὶς, ὡς ἀθλητὰς λέβητας,
Ter tres Levitas capite multatos Deus
Bis coronavit, uti lebetas athletae.

Denique ad numerum ſeptem Virginum, & ſex Monachorum hoc diſticho luditur.

Εἰ Παρθένων δέδωκεν ἑπτάδα ξίφει.
Πῶς οὐ παρέξει κἂν μονὴ τὴν ἑξάδα.
Si cella ſeptem Virgines gladio dedit,
Senarium an non poterit & numerum dare?

In Menologio Sirleti, nulla de S. Abda, & ſex Monachis facta mentione, ſic ceteri laudantur. *Eodem die* (XVI. Maji) *Commemoratio SS. Martyrum Audeſii* (imo Ebedjeſu, ſeu Abdjeſu) *Epiſcopi, Presbyterorum ſexdecim, Diaconorum novem, Virginum ſeptem ex Patria Charchar.* In Menologio Sirleti.

Martyrologium autem Romanum ad praeſignatum diem XVI. Maji, haec habet. *In Perſide SS. MM. Audae Epiſcopi, ſeptem Presbyterorum, novem Diaconorum, & ſeptem Virginum. qui ſub Iſdegerde Rege variis tormentorum generibus cruciati, glorioſum Martyrium compleverunt.* Additque ibidem Baronius in Notis: *hunc & Abdam dici, deque eo, & Sociis hac item die agere Graecos in Menologio, necnon & pridie Kal. Aprilis.* Verum adlucinatur cum Martyrologio Romano Baronius. Nam S. Abdas, de quo agimus alius omnino eſt ab illo Abda, cujus memoriam Graeci in Menologio recolunt die 31. Martii, & cujus cauſſa Perſequutionem fuiſſe ab Iſdegerde excitatam, ſcribit ex Theodoreto idem Baronius. Idque patet vel ex eo, quod nec ille ſocios heic recenſitos habuiſſe perhibetur, nec Abdas noſter ſub Iſdegerde, ut ille, ſed ſub Sapore Longaevo paſſus eſt. Unde depravatam eſſe hanc Commemorationem, & unum Abdam cum alio incaute a Baronio confundi, nemo non videt. Hos denique Quadraginta Martyres eos eſſe autumant Henſchenius & Ruinartus in admonitione praevia ad Paſſionem S. Bademi, quos vulgata Martyrologia Latina die X. Martii *in Perſide coronatos* concelebrant. At eruditiſſimis ceteroquin Viris minime conſentimus. Nam praeterquamquod Martyres quadraginta, de quibus ſermo eſt, menſe Majo occubuerunt, atque adeo nonniſi perperam eorum memoria ad diem Martii decimum revocaretur: in Martyrologiis Latinis non quadraginta, ut Ruinartus ſupponit, ſed duo ſupra quadraginta in Preſide Martyres eo die recoluntur.

Et in Martyrologio Romano.

Card Baronii adlucinatio.

Corriguntur Henſchenius, & Ruinartus.

Illuſtres porro hi Martyres paſſi dicuntur anno Perſequutionis 36. qui in annum Saporis Regis 66. Chriſti 375. competat, neceſſe eſt, quum, ut alibi oſtendimus, ea Perſequutio anno ejuſdem Saporis 31. Chriſti 340. mota fuerit, menſe autem Majo, diverſis tamen diebus. Nam, ut Acta tradunt, S. Abdas Epiſcopus unacum duodetriginta Sociis Ledan Huzitarum in Urbe feria ſexta, Luna Maji XV. quae eo anno in ſolarem ejuſdem menſis diem 28. incidit, gladio caeſus eſt, quem eodem die, eodemque loco ad coronam ſequuti ſunt Barhadbeſciabas, & Samuel fratres; poſtero die Ebedjeſus Epiſcopus, & Abdallahas Presbyter. Septem vero Virgines ex Urbe Ledan Lapetam perductae, Luna ejuſdem Maji XXII. Martyrio perfunctae ſunt. Martyrii tempus.

ܡܣܗܕܘܬܐ

ܣܗܕܘܬܐ

ܕܐܪܒܥܝܢ ܣܗܕܐ ܩܕܝܫܐ . ܥܒܕܐ ܘܥܒܕܝܫܘܥ ܐܦܝܣܩܘܦܐ:

ܘܥܒܕܐܠܗܐ ܫܡܥܘܢ ܘܐܒܪܗܡ ܘܐܒܐ ܘܐܝܘܒ ܘܝܘܣܦ ܘܚܢܝ ܘܥܒܕܝܫܘܥ

ܘܥܒܕܐܠܗܐ ܘܝܘܚܢܢ ܘܥܒܕܝܫܘܥ ܘܡܪܝ ܘܒܪܚܕܒܫܒܐ ܘܪܘܙܝܚܝ

ܘܥܒܕܐܠܗܐ ܘܥܒܕܝܫܘܥ.

ܗܠܝܢ ܫܬܬܥܣܪ ܩܫܝܫܐ:

ܘܐܠܝܐܒ ܘܥܒܕܝܫܘܥ ܘܚܢܝ ܘܡܪܝܗܒ ܘܡܪܝ ܘܥܒܕܐ ܘܒܪܚܕܒܫܒܐ ܘܫܡܥܘܢ

ܘܡܪܝ.

ܗܠܝܢ ܬܫܥܐ ܡܫܡܫܢܐ:

ܘܦܦܐ ܘܐܘܠܝܣ ܘܥܒܕܝܫܘܥ ܘܦܩܝܕܐ ܘܫܡܘܐܝܠ ܘܥܒܕܝܫܘܥ

ܗܠܝܢ ܫܬܐ ܒܢܝ ܩܝܡܐ:

ܘܡܪܝܡ ܘܬܩܠܐ ܘܐܡܐ ܘܐܕܪܢܝ ܘܡܡܐ ܘܡܪܝܡ ܘܡܪܚܐ:

ܗܠܝܢ ܫܒܥ ܒܢܬ ܩܝܡܐ:

ܒܫܢܬ ܬܠܬܝܢ ܘܫܬ ܕܪܕܘܦܝܐ.

A C T A

SS. Quadraginta Martyrum, Abdae, & Ebedjesu Epiſcoporum;
Abdallahae, Simeonis, Abrahami, Abae, Ajabelis, Josephi,
Hani, Ebedjesu, Abdallahae, Johannis, Ebedjesu, Maris,
Barhadbesciabae, Rozichaei, Abdallahae, & Ebedjesu,
Summatim ſexdecim, omnium Presbyterorum.
Eliabi, Ebedjesu, Hani, Marjabi, Maris, Abdiae,
Barhadbesciabae, Simeonis, & Maris,
Summatim novem, omnium Diaconorum.
Papae, Evolesi, Ebedjesu, Phachidi, Samuelis, & Ebedjesu,
Summatim ſex, omnium Monachorum.
Mariae, Tathae, Emae, Adranes, Mamae, Mariae,
& Marachae,
Summatim ſeptem, omnium Virginum Deo Sacrarum.

Anno Sapo-ris II. Perſa-rum Regis 66. Perſequu-tionis 36. Chriſti 375.

ANNO PERSEQUUTIONIS NOSTRAE TRIGESIMO SEXTO.

Scriptoris Prologus.

DICERE meditantem, me meorum conſcientia ſcelerum deterret; ſpes fructus contra ſilere vetat. Timor conantem repellit, & hortatur ad ſilendum; amor vero exſtimulat,& ad eloquendum impellit. Alter judicium intentans: Ne audeas, ait, alter ſegnem increpans, ſubdit: Cave, ne negligas. Alter ad luctum ex male actae vitae aegritudine revocat: alter ad cantum, Domini miſerationes prae-

ܬܘܗ ܠܝ ܕܐܡܪ ܡܛܠ ܚܘܒܝ ܘܐܙܠ
ܠܝ ܕܐܫܬܘܩ ܡܛܠ ܚܘܒܝ : ܡܬܠܐ
ܕܠܡܘܬܐ ܡܥܝܪܐ ܠܝ ܕܐܡܠܠ . ܘܣܘܒܪܐ
ܕܡܦܢܐ ܡܠܒܒ ܠܝ ܕܐܡܠܠ : ܚܕ ܕܝܢ
ܚܫܒ ܕܠܐ ܬܡܪܚ ; ܘܐܚܪܢܐ ܟܪܐ ܠܝ
ܕܠܐ ܬܬܒܛܠ : ܚܕ ܩܪܐ ܠܝ ܠܐܒܠܐ
ܕܚܛܗܐ . ܘܐܚܪܢܐ ܩܪܐ ܠܝ ܠܫܘܒܚܐ
ܕܬܘܕܝܬܐ ; ܚܕ ܡܚܘܐ ܠܝ ܕܝܢܐ ܕܥܠܡܐ
ܘܐܚܪܢܐ ܡܫܪܐ ܠܝ ܚܘܣܝ ܕܡܪܝܐ : ܚܕ ܡܪܐ
ܚܫܒ

ܢܦܫܝ ܒܚܫܐ ܕܒܟܝܬܐ: ܘܐܚܪܢܐ ܡܚܘܐ
ܠܝ ܒܬܘܟܠܢܐ ܕܚܣܕܐ: ܚܕ ܐܟܣ ܠܝ
ܕܥܒܘܕܢ ܡܪܝܐ ܕܥܠܡܝܢ. ܘܐܚܪܢܐ ܪܕܦ
ܠܝ ܕܐܬܘܒ ܘܐܬܟܪܐ ܒܡܕܡܥܐ: ܚܕ ܠܐ ܒ
ܕܐܪܐ ܘܐܬܒܣܡ ܒܣܒܪܐ. ܘܐܚܪܢܐ ܐܡܪ ܠܝ
ܕܐܬܒܩܐ ܒܢܦܫܟ ܘܒܚܘܫܒܐ: ܢܚܬܦܝܢ
ܡܣܟܢܐ ܐܢܫܐ ܥܠ ܥܩܬܐ ܕܒܢܝܢܐ
ܘܬܬܦܫ ܥܠ ܚܛܗܝܟ. ܘܐܚܪܢܐ
ܐܡܪ ܠܝ. ܦܢܝܐ ܠܣܘܟܠܐ ܕܐܠܗܐ ܠܐ
ܡܬܡܢܥ. ܘܬܘܟܠܐ ܕܐܠܗܐ ܠܐ ܡܬܒܛܠ
ܘܠܥܒܕܐ ܕܐܠܗܐ ܠܐ ܡܦܣܝܢ ܕܐܬܦܣ ܠܝ
ܣܘܟܐ ܒܡܠܘܗܝ: ܘܚܢܢ ܠܝ ܪܚܝܡ
ܪܘܚܐ: ܐܬܟܢ ܠܗܘܢ ܕܡܘܬܐ ܒܡܟܠܬܐ
ܘܐܣܬܡ ܠܗܝܢ ܕܡܥܝ ܒܚܕܐ ܡܚܪ
ܘܐܬܚܘ ܕܚܫܝ ܒܣܘܓܐܐ ܗܘ̈ܐ ܒܒܟܝ
ܣܠܩܝ ܠܓܢܚܝ ܡܢܚܘܢ: ܐܦ ܕܝܢ
ܥܝܢܐ ܒܥܐ ܘܥܘܕܕܐ: ܘܐܬܚܒ ܘܐܪܕܐ ܗܘ ܡܢ
ܕܒܪ̈ܐ ܕܥܘܒܕܐ ܒܗܘܢ ܢܦܫܐ ܡܚܝܢܬܐ
ܕܠܥܒܕ̈ܐ ܡܥܡܐ ܠܒܥܐ ܕܫܠܡܘܬܐ:
ܒܡܡܠܬܐ ܗܝ ܡܠܬܐ ܒܥܒܝܕܘܬܐ: ܕܦܫܥܐ
ܥܒܝܕܐ ܒܬܘܣܦܬܗ: ܡܚܒܐ ܕܗܘܒ
ܘܢܦܐ ܕܦܪܝܫ: ܗܢܘܢ ܕܒܬܝܢ ܘܫܝܢܐ
ܕܟܝܢܐ: ܗܟܢܐ ܕܡܢܗ ܡܢܝܢܐ ܕܣܥܐ
ܡܢܝܢܐ ܕܡܢܘܚܬܐ ܠܥܒܕ̈ܐ ܕܐܠܝܢܐ
ܕܡܬܒܥܝܢ ܪܝܫ̈ܐ: ܘܢܦܫܢ ܝܬܝܪܬܐ:
ܗܘ ܡܠܟܘܬܐ ܒܣܘܥܪܢܗ: ܗܘ ܕܐܬܬܒܥܘ
ܒܗܘܢ̈ܐ: ܕܒܨܝܪ̈ܐ ܦܘܫܩܢܐ ܘܦܪܫܢܘܬܐ
ܢܦܝܫ: ܡܢܝܢܐ ܣܓܝ: ܘܣܓܝ ܡܢܝܢܐ. ܠܡܐܬܐ
ܠܘܠܝܢ. ܦܐ ܠܘܠܝܢ: ܡܢܝܢܬܐ ܕܗܝܢܬܐ ܢܦܫ
ܗܘܐ ܡܡܠܠܐ ܢܩܦܐ ܠܒܟܝܗ ܘܩܘܒܠܐ
ܕܐܬܒܒܝܢ ܘܬܒܝܢ: ܘܐܦ ܐܝܟ ܕܒܥܢܝܢܐ
ܢܒܐ ܒܗ ܡܪܢܗ ܡܬܠܗ ܡܬܝܒܘܬܗ ܡܝܬܐ
ܒܗ: ܦܬܓܡܐ ܕܢܝܢ ܐܬܟܠܝ ܢܓܠܝܬܗ
ܒܢܦܫܘ. ܥܒܝܕܗ ܘܐܬܦܪܥܗ ܘܢܒܥܘܬܗ
ܠܥܒܕܗ ܕܦܘܪܫ ܒܗ ܘܐܬܦܫܝ ܘܢܣܝܒܐ
ܒܗ ܘܐܬܦܠܓܬܝܗ: ܣܠܩܗ ܕܢܣܒܐܬܝܗ
ܕܢܩܝ̈ܐ ܘܡܫܘܚܬܗܘܢ ܒܠܠܝܐ ܢܣܦܪܐ:
ܣܘܪܗ ܡܢܘܬ ܗܘ ܠܥܠܡܝܬܐ ܕܢܓܪܬܗܘܢ
ܒܥܘܗܕܢܐ ܠܓܢܒܪܐ: ܠܝ ܦܓܠܐ
ܠܗ ܢܦܠܐ ܕܒܗܘܪܐ: ܡܢܥܒܬܗ
ܒܬܗ

praeſentans, invitat. Alter juſtiſſimi Numinis judicia mihi objicit; alter clementiam benigniſſimi Conditoris proponit. Alter infeſtus inſtat, poenitentiam, & lacrymas indicens; alter Divinae miſericordiae ſpe me recreat. Alter ait: Sine iſta, teque ipſum introſpice, ac vitia tua expende; alter ſubjicit: Huc potius adverte animum, & Divino auxilio fretus, rem adgredere. Alter me arguit, dicens: Quin tu luges, infelix? Lugendi cauſſas in teipſo quaere; alter contrarium ſuadet, ut a lacrymis temperem, & ad ſcribendum me conferam. Erumpant ergo, fluantque, doloris mei teſtes, lacrymae; ſolvantur oculi in fletum: oculorum luctum ſequantur cordis gemitus, ſeque in poſterum illius mancipent obſequio, cujus nutu, atque conſilio mundo providetur, quique reſipiſcentes peccatores benigne ſuſcipit, poſteaquam rationem omnem anteactae vitae ſibi eſſe mutandam ſtatuerunt, animumque ad ſalutem curandam traduxerunt. At quoniam & hoc mihi ſuadet amor, ſuaque oratione omnem animo trepidationem, metumque decuſſit, magnum, & arduum opus adgrediar, ad eximia atque ſublimia ſtylum convertens. Quae ſi cuipiam ob meam inſcitiam minus ſapere videbuntur, cogitet tamen quicumque ille eſt, nativam illis, minimeque adſcititiam ineſſe vim, atque ſuavitatem. Temporum rationes diſtinguam, quibus ſingulorum Martyrum Acta notantur, rerumque geſtarum ſeriem exacte, & ordinatim referam. Atque heic videre erit Civitatem fortium, & ſacco amictos Heroas, corporiſque habitu graves viros, lorica pectus, caput caſſide armatos, horrendam pugnam, diſtricta arma, clypeos erectos, intentas haſtas, gladios micantes, campos ſanguine horreſcentes, tubarumque audire clangores, atque virorum fortium frequentiſſimas manus, ad pugnam,

gnam, concitatas. Eſt profectò, quod mirere, ſpectaculum; nam quicumque cadunt, iidem victores ex acie recedunt; victi contra, qui mortem evaſere. Huc pugnae tota moles incumbit, huc ardor pugnantium nititur, heic exitus conflictum dirimit. Stant, quos cadere vides; cadunt, quos ſtare putas. Quos mortuos autumas, vivunt, quos vivere eredis, perierunt. Voluptas, & dolor iſta ſequuntur, uterque ſempiternus. Illuſtre profectò dedit ſpeculum Moſes Propheta populo ſuo, quadraginta dierum jejunium ſibi ipſe indicens. Hoc ſpeculum Elias, Caeli incola, vidit, & adamavit, ſuſcepit, terſit, & inſpexit; illudque Servator noſter ampliori honore, & gloria auxit, proprioque exemplo Eccleſiae ſuae reliquit, ut ejus uſu decorem, & ornatum ſibi quaereret. Adeo ſpeculi iſtius uſus ſcelera terret, & abigit, occultamque eorum turpitudinem patefacit, levia quoque peccata diſſipat, ſuoque fulgore opprimit. Quocirca ſi ad illud accedat ſceleratus quiſpiam, ſalutari metu perculſus, continuo diſcet, vitam lacrymis, & ſingultibus emendare. Si quis ſapiens, & pius eo oculos referat, protinus intelliget, voluptates ſibi eſſe abjiciendas, & adverſantem, repugnantemque naturam eſſe frangendam. Si ſe in eo inſpiciat ſpeculo vir probus, & ab animi perturbationibus liber, ut ab inconſulta quadam audacia ſibi caveat, neve nimium ſibi confidat, ſed modeſte de ſe ſentire pergat, opportune admonebitur. Quod ſi felici errore in illud offendat quiſpiam improbus, & audax, de ſua acerbitate aliquid remittere cogetur, miſeriſque reſpirandi intervalla concedere. Si in illud incidat homo profundae gulae, qui ſolutis cupiditatibus laſcivia, luxuriaque diffluxit, eamo & freno conſtringi ſe ſinet, temperantiam, continentiamque ediſcet. Quod ſi alius quiſpiam ebrioſus, qui cre-

Jejunii Quadrageſimalis laudes, & fructus.

crebro ſe per metum a ratione dejici patiatur ipſi occurrat, hunc ſalutare Jejunium revocabit ad temperantiam, eique ſapientiae ſale condiet mentem. Quod ſi adeedat homo impurus, atque libidinoſus, huic in lectulo ſuo quieſcere, atque ſolitariam vitam agere ſuadebit: ſi ad illud perfugiat homo ſceleſtus, quem flagitioſae vitae poenitere, ac pudere coeperit, quem Dei metus occupaverit, hunc ad luctum, & einerem, atque voluntariam demiſſionem, humilitatemque rediget. Si ſe in illo ſpeculo eontemplabitur homo aſtutus, & vafer, verſutiam, malitiamque deteſtatus, ſimplicitatem, atque ſinceritatem ſectabitur. Si in illud incurrat indoctus, & rudis, qui ob inſcitiam ſuam in errorem quemcumque prolapſus fuerit, hunc doctrina erudiet nova, Caeleſtique ſapientia. Si ad ejus fores excubaverit mendicus, viae commeatum inde reportabit opulentiam, felicitatem, & vitam. Si poſtremo in ipſum incidat dives ſuperbus, ad modeſtiam, paupertatemque voluntariam, domi ſuae tolerandam, facile traducetur. Jejunii demum Divina virtute Moſis facies novo ſplendore coruſcavit, & Eliae pedes inſolitum cepere robur. Dominus quoque tentantem Diabolum Jejunio ſuperavit. Ad Jejunium itaque Quadrageſimale invitat te, Cariſſime Frater, Eccleſia mater tua, ut illo te communias. Ego vero frater tuus, quicumque adveniſti, iſta auditurus, ad prandium te advocavi, ad audienda, videlicet, Quadraginta Martyrum geſta. Ita ergo habeto hos, quos celebrandos aggredior, inter illos Eccleſiae Proceres, atque Magnates locum obtinere, qui pro ipſius Eccleſiae gloria, Dominique obſequio ſanguinem ſuum profuderunt. Adeſto igitur animo, & facili aure, atque compuncto corde Acta Martyrii illorum exeipe, atque tecum ipſe meditare, lacrymiſque proſequere. Dolo-

rem vero, quem ex luctuoſa adeo narratione percipies, ad ſcelerum veniam impetrandam tibi quammaxime conducibilem experieris. Tuum itaque corpus ad Jejunium, juxta praeſcripti temporis rationem, obſervandum purius tibi procurato, ſimulque animum ad audiendos pios ſermones praeparato.

Solemne Jejunium ſingulis annis religioſe peragendū; Martyrū vero Acta ſingulis diebus recolenda.

Solemne, ſtatumque Jejunium, quod tuis non mediocriter conducet rationibus, ſingulis annis religioſe peragito [1]. Singulis vero diebus Martyrum cruciatus, atque patientiam, ex cujus recordatione plurimum etiam capies utilitatis, ſerio recogita, & meditare. Quilibet dies ſuo te jejunio recreet, ut ſuis Martyres ſinguli triumphis; ut peracta jejunanti dies lucrum adjiciet, ita Martyris memoria, ubi mentem occupaverit, conlapſa in te, ſi quae fuerint, reparabit, & ſi quae forte acceperis, detrimenta opportune ſarciet, atque inſtaurabit. Jejunii ferias ſupputans, gaudeto, gratulare tibi numerum Martyrum, & diſce, monadem, a qua coepiſti, in decadem deſinere; quam vero peregiſti, decadem a monade incoeptam eſſe, & ad monadem iterum redire, perinde ut decadas binas, trinas, & quaternas. Nequeunt dies numerari, & in unam ſummam componi ſine monade, quae eſt numeri principium. Nequeunt item Martyres vincere, & brabium referre ſine monade veritatis, in quam a Deo docti, conſenſerunt. Nec itidem Menſes, & Anni ſine monade conſtant: nec Prophetae, & Apoſtoli fidem praedicant abſque monade virtutis ejus, quam a Deo hauſere, nempe diſciplinae; neque millia, ſive miriades ſupputari queunt ſine monade, utpote omnis calculationis radice; nec pii, & probi ad perfectionis faſtigium procedere, atque pervenire queunt ſine monade, egregiorum operum adjutrice. Infra monadem non patet deſcenſus, nec ſupra illam aſcenſus; quocunque

cas,

[illegible]

cas, redeaſve, in monadem incurres. Sic etiam iſtorum Quadraginta Martyrum, Evangelii teſtium, numerus ſi deorſum feratur, deſinet in monadem, ſi vero ſurſum, in monadem itidem adſurget. Tres itaque & triginta viri tres decades efficiunt; qui ex eo numero ſuperſunt, tres viri coronae ſunt, quae in ternarium amore coagmentantur, Auguſtaeque Triadis imaginem exhibent. Nunc ſeptem adjice omni laude ſpectatiſſimas feminas, quae, uno, eodemque Martyrio inſignes, pulcherrimam coronam, ſeptem diſcoloribus liliis intertextam, Filio Dei offerunt, ſeptemque illos Spiritus, ab Eſaia laudatos, referunt, quos uno ſpiritu adflatos coronam eidem Filio texere, ipſe Propheta memorat. O fides admirabilis, quae homines, hac perfruentes vita, ad voluntariam necem perducis? Quae jucundiſſimis Orbis luminibus mortem ſpontaneam obire ſuades, annoſque obtenebras, & conſtituta cuivis hominum vivendi ſpatia! Vides, ut clarus iſte finis tuus obſcurum illius vitae exitum extrudere feſtinat? Collegiſti annos, eoſque multiplicaſti in theſauro vitae ab anno ſeptuageſimo ad millia infinita. Terribile profecto, & horrendum eſt vitae principium, quod deſignas, praeſtituto die quandoque adfuturum, ingens iridem, & ampla eſt remuneratio atque merces, quam illa ſuprema mundi die, quae ſua ſingulis corpora reſtituet hominibus, indicas obventuram. Haec interim tibi agitur hora; hora, inquam, occaſus tabernaculi tui: nec ejuſmodi horae certo intervallo finiuntur. Quaecunque vero reddita ſunt pro eo, quod a te mutuo acceptum eſt, munere, ea cum ſanguine, e ſectis cervicibus defluente, Domino Jeſu in Triclinio offers, ab ipſo utique novo diademate redimienda. Quam pulchrum eſt iſtud glorioſum nomen Jeſu, ſuaque in majeſtate deſidera-

Suprema Mũdi die ſua ſingulis corpora reſtituenda.

derabile. Enimvero quicumque ejus pulchrirudinem viderir, amoremque introſpexerit, praeter ipſum nihil deinceps deſiderabit, non terram cum ampliſſimo, comptiſſimoque rerum, in ea conditarum, ordine, arque adparatu, non prolatas in immenſa pene ſparia ejuſdem regiones, ſua quaſque ſpectandas pulchritudine, arque elegantia: non illum ſolis, ſyderumve remorabitur ſpecies, dum eertum, & exploratum babet, fore ut ad exortum ſolis juſtiriae illa omnia occidant, & deficiant: non illum fallax auri argentive fulgor adlicier, ſatis eruditum, avaritiam malorum omnium eſſe radicem: non illum a propoſito revocabit parentum, aut uxoris, filiorumve amor, ſacra lectione admonirum, eos, qui cognarorum immoderato adfectu impediuntur, Domini ſui amore indignos haberi: non illum ſuis mundus volupraribus, blanditiiſve detinebit, quem interea flagrans in Deum amor futuris bonis inhiare, eademque ſtrenue procurare adhortatur. Er quoniam nullum laſſitudini, fatigationique locum in illa beatiſſima pace futurum cogitar, proprerea praeſentis vitae labores, quibus corpus frangirur, adteriturque, parvi pendet; dum vero praeſentit, nullas illis ſedibus noctes incumbere, nec ullas ſomni, vigiliaeque vices ejus loci incolas pari, illò ſimplici, perpetuoque die potiturus feſtinabir. Quumque ſecum ipſe reputat, inde procul arceri iram, odium, conrenriones, judiciorum, forique clamores; tormenta, & acerbas quaeſtiones praeſentis aevi contemnir. Ad haec Divino oraculo doctus, omnem ab eo rutiſſimo loco exſulare merum, nec ullas proinde ab armato exactore vexariones eſſe pertimeſcendas: quid mirum ſi labores, & pericula ſtrenue ſubeat, & fortiter ſuperet? Quumque perſuaſum habeat, Bearorum corpora nec ornamenta quaerere, nec veſtibus egere, idcirco

[illegible]

[illegible]

ܦܓܪܐ ܡܝܘܬܐ ܢܫܠܚ : ܘܟܐܒܐ
ܘܡܫܬܠܡܢ ܡܛܠ ܐܠܐ : ܡܛܠ ܕܐܡܪ
ܠܗܘܢ : ܡܛܠ ܡܢ ܠܒܝܬܐ ܘܠܡܥܠܐ
ܦܢܝܢ ܐܢܘܢ ܘܡܫܡܫܢ ܘܡܬܚܙܝܢ
ܠܐ ܡܬܒܥܝܢ ܐܢܘܢ : ܡܛܠ ܕܗܘܝܢ
ܠܗܕܐ ܡܚܘܬܐ : ܘܠܫܘܠܛܢܗܘܢ
ܡܫܬܠܡܝܢ ܐܢܘܢ ܘܠܐܒܢܐ ܠܡܚܘܬ
ܦܫܛܝܢ ܐܢܘܢ : ܘܐܦܢ ܕܡܛܠ ܡܩܠܠܐ
ܐܠܝܢ ܐܢܘܢ .
. ܟܕ ܚܙܐ ܕܟܠܝܠܐ ܘܐܡܪ ܠܗ :
ܡܢ ܐܝܟܐ ܦܠܚܝܢ ܩܛܠܐ ܕܡܬܒܥܝܢ ܐܝܟ
ܘܡܫܬܐ ܐܝܟ ܢܚܠܝܢ ܚܪܘܬܐ : ܕܚܝܐ
ܡܘܬܐ ܠܡ ܐܦܪܐ ܐܝܟ ܠܗܘܢ : ܘܠܡܫܡܫ
ܠܡ ܘܠܡܚܘܬܐ ܠܐ ܡܬܒܥܝܢ ܐܢܘܢ : ܗܘ
ܕܝܢ ܥܡܪܐ ܠܐ ܐܬܚܙܝܬ ܡܬܚܙܐ :
ܐܘ ܡܫܬܚܬ ܠܡܠܟ : ܘܡܛܠ ܡܬܚܝܠ
ܐܢ ܕܐܬܐ ܗܘ ܠܡܚܬܘܢ ܕܢܬܚܬܡܐ
ܘܒܕܡܗ ܕܢܬܐܡܪ : ܕܒܡܥܡܘܕܝܬܐ
ܕܡܫܬܡܠܝܢ ܡܠܟܘܬܐ ܘܡܢܟܦܘܬܐ
ܠܐ ܡܬܚܙܝܢ : ܘܡܫܬܘܕܝܢ ܐܢܘܢ ܐܝܟ
ܗܘܠ ܠܡܠܐܟܐ ܚܝܐ ܕܫܠܐ : ܘܡܫܬܘܢ
ܐܢܘܢ ܐܝܟ ܕܒܚܝܠܐ ܠܡܠܐܟܐ ܕܡܢ
ܢܚܬ : ܗܘ ܕܪܘܚܐ ܒܗ ܡܬܚܝܠܐ
ܘܫܒܝܚܝܢ ܒܗ ܡܬܩܪܒܝܢ : ܘܡܬܪܢܝܢ
ܒܢܝܫܗ ܡܢ ܣܘܦܐ : ܘܡܬܚܙܝܢ
ܒܡܬܒܪܢܘܬܗ ܡܫܬܩܠܐ : ܗܘ ܕܝܢ
ܫܠܝܚܐ ܡܫܒܚ ܗܠܝܢ ܕܡܫܬܠ ܒܟܠܗܘܢ
ܒܦܘܩ ܐܡܪ ܘܐܡܪ : ܘܠܐ ܡܬܚܫܒܐ
ܡܫܝܚܐ ܒܟܠܗܘܢ ܕܐܢ ܘܡܬܚܝܠܐ .
ܥܒܕܝܫܘܥ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܗܘܐ ܗܘ ܕܗܘܐ
ܪܫܐ : ܘܡܕܝܢܬܐ ܘܐܦܝܣܩ ܕܟܫܟܪ
ܕܒܗ ܡܠܟܐ ܡܠܟܐ ܥܕ ܚܕ ܡܢܗܘܢ :
ܘܡܫܘܕܥܐ ܕܡܫܚܐ ܕܟܠܗ ܚܕܐ
ܒܕܒܪܬܗܘܢ ܘܚܕܐ ܒܬܘܠܡܝܕܘܬܗܘܢ :
ܘܚܕܐ ܒܬܫܡܫܬܗܘܢ ܘܒܩܪܝܢܗܘܢ ܥܡ
ܟܬܒܐ ܠܟܠܗܘܢ : ܘܡܦܫܩ ܠܚܕܐ
ܕܡܫܝܚܐ ܒܝܬ ܡܪܢ : ܘܡܫܡܫܢܝܢ
ܗܘܘ ܒܪ ܐܚܘܗܝ ܘܡܢܐ ܕܚܕܬܐ ܗܘܐ
ܐܝܟ ܦܠܚܐ ܕܩܘܪܒܢܐ ܚܕܐ ܕܝܢ ܐܝܟ
ܫܡܫ ܠܗ ܗܘܐ ܒܗ ܘܡܫܡܫܢܐ .
ܘܡܫܐ

circo mortalis corporis indumenta, doloris, & mortis utique inſignia, ſine cunctatione deponit; intelligenſque praeterea ab illo feliciſſimo domicilio omnes morborum tentationes, infeſtationeſque procul abeſſe, non mirum ſi adverſus lapidum, telorumque ictus, & vulnera ferreum induat pectus. Dum inſuper Sanctorum coronas inde coruſcare intuetur, non eſt cur ſtupeas, ſi illuc per omnem corporis, animique contentionem rapiatur; ſique reputans, ibidem repoſitam ſibi immortalem vitam, praeſentem mortem laeto alacrique animo excipiat; ſi ad illum generoſum ſanguinem animum advertens, ejuſque effuſionem recogitans, ad ſanguinis quoque ſui profuſionem adcendatur; ſi illuc migrare cupiat admonitus, nullum eo patere ſceleri, nequitiaeque adceſſum, ideoque in arenam deſcendat, ſuo ſanguine expiandus, eo ſcilicet lavacro, quo perpetua munditiesquodammodo ſancitur; ſi Angelorum imitatione in peritum, Caeleſtemque evadat artificem, ediſcatque late patentes ſibi aptare, pene dixerim, alas, atque beatarum mentium per Caeleſte regnum excurſiones feliciter aemulari. Recte igitur Apoſtolus ajebat: *Neque mors, neque vita, neque inſtantia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterunt nos ſeparare a caritate Dei, quae eſt in Chriſto Jeſu, Domino noſtro.* Hiſtoria autem iſtorum Quadraginta Martyrum ſic habet. *Rom. 8. 38. 39.*

Ebedjesus Epiſcopus cuidam regionis [*] Caſcarenorum Oppido praefuit: vir morum gravitate, atque ſanctimonia ſpectatiſſimus, qualem eſſe decebat Epiſcopum. Nepotem forte ex fratre habebat, quem a pueritia rerum Divinarum ſcientia probe imbuerat, adoleſcentemque in Clerum cooptaverat primum, mox ad Diaconorum ordinem per manus impoſitionem adlege-

S. Ebedjeſus Epiſcopus. 2

Nepotē ſuum Diaconatu initiat.

legerat, hominem bene moratum, ſibique fidiſſimum arbitratus: adeo ille viri probi perſonam ementiri, atque latentem nequitiam pietatis ſpecie cohoneſtare noverat, Giezi ſimilis, magiſtro imponebat. At ut ille fur, ſic iſte adulter a vindice Dei juſtitia, ſecreta iſtiuſmodi veteratorum crimina diu latere non ferentis, tandem deprehenſus, palamque convictus eſt. Mulierculam quandam is deperire coepit, cujus amore captus, atque miſere irretitus, in turpe crimen poſtremo pertractus eſt. Quod adoleſcentis flagitium minime latuit ſanctiſſimum, caſtiſſimumque Epiſcopum, ejuſdem educatorem. Quare adcitum ad ſe juvenem acriter increpuit, palam convictum reum redarguit, poenaque illi pro criminis gravitate impoſita, ipſum Sacri Ordinis uſu interdixit.

Mox ſtupri reū Sacri Ordinis uſu interdicit.

At ille perditiſſimus homo ſecum ipſe ſtatuerat, ut in ſcelere ſuo perſiſtens, legem quidem infringeret, nec tamen ab Altaris Miniſterio arceretur; ſed hujuſcemodi impunitatem a pio, & juſto Pontifice impetrare nequivit. Tunc enimvero irruit in ipſum, qui pridem eum occupaverat ſatanas, eoque, quo ipſe aeſtuat, ſuperbiae ſpiritu illum invaſit, traxitque in errorem mortis, & facile perſuaſit, ut ad inferni caſtra transfugeret. Seduxit quippe eum, atque a ratione dejecit artibus ſuis. Quibus miſer captus, ad Beth-Huzitarum loca profectus eſt, adjitque Regem, quem hunc in modum eſt adloquutus: Habes, o Rex, in regione Caſcarenorum nefarium quendam virum (Ebedjeſum vocant). Chriſtianis iſte nunc praeeſſe, fertur, ſuorumque facinorum conſcium, atque adminiſtrum habet quendam Abdallaham Presbyterum. Ambo Romanorum exploratores ſuſcipere dicuntur, ipſiſque Regni tui ſecreta quaeque conſilia aperire. Caeſari praeterea epiſtolas ſcriptitare, & quae

S. Ebedjeſus cum Abdallaha a Nepote adcuſatus.

[illegible]

& quae in noſtro Oriente geruntur, nunciare. Tua inſuper edicta nauci faciunt, legeſque conculcant impune. Quid? quod nec Solem, aut Lunam, aut Ignem, aut Aquam Deos eſſe credunt, quin etiam eoſdem ſuperbe irrident, iiſque inſultant.

Regis juſſu cōprehenduntur.

Delatoris verba adripuit avide Rex, & Artaſciro, Hadiabi Regulo, graviſſima oratione mandavit, ut confeſtim reos comprehendi curaret, atque ea de re acrem, & ſeveram quaeſtionem haberet, ſceleriſque ejuſmodi auctores tamdiu torqueret, donec integram facinorum confeſſionem exprimeret: poſtremo eoſdem religionem mutare, ſuumque Numen ejurare compelleret. Artaſcirus, ut qui ex imo pectore crudelitatem anhelabat, e veſtigio miſſis ſatellitibus ſanctos Martyres comprehendi, vincirique jubet, mox quantocius ad ſuas aedes in ſuburbanum Civitatis Lapetae locum perduci. Tum vero hiſce adortus eſt. Regulus. Quinam ſitis edicite? Martyres. Chriſtiani ſumus. Reg. Si Chriſtiani eſtis, Regis Regum hoſtes vos eſſe, dubio procul inferendum. MM. Nos minime Regis hoſtes ſumus; ſed ipſe nobis iniquus eſt, qui cum Deo noſtro inimicitiam gerit, ejuſque veris cultoribus infeſtus eſt, & ultima intentat ſupplicia. Reg. Quae a vobis lubet nunc ediſcere plane, & aperte loquimini, alioquin acerbiſſimo vos ſupplicio interimendos eſſe intelligite. MM. Ut veritatem ſemper amavimus, ſic nos mentiri nunquam non puduit; qui ergo nos modo non pudeat? At tu, cui multiplex, ac tortuoſum ingenium eſt, age fabricare dolos, & incautis obtende laqueos: id enim eſt moris tui. Quodlibet praeterea mortis genus in nobis experire; paratiſſimos, nempe, ad omne ſupplicium, pro Deo ſubeundum, invenies. Reg. Cur Igni, & Aquae contumeliam facitis, impii, &

Eorum Acta coram Regulo Hadiabi.

V Solem,

Solem, atque Lunam colere nefas putatis? Icto praeterea cum Romanis foedere, veſtram publicis hoſtibus devinxiſtis fidem; quamobrem, & eorum exploratores ſuſcipitis, & Caeſari arcana Regis Regum conſilia per literas, ut vobis lubet, proditis?

Chriſtianorũ apologia.

Ebedjeſus: Eequae ſunt iſta, quae inepte objicis, crimina, nempe, componens, nobiſque maligne adfingens? Cum Romanis nos conſentire ais? Arguis praeterea, Solis, Lunaeque Religionem a noſtris rejectam? Hoc quidem poſtremum fateor; at nulla idcirco criminatione Chriſtianos dignos eſſe cenſeo: illud vero a noſtris moribus penitus alienum uſque fuiſſe compertiſſimum eſt, augurorque ſemper futurum. Ceterum vehementer miror, & quaero, quonam defluxerit veſtra illa, quam eximie praedicant, ſapientia, qui eo quum in foro conſenueritis, in quo quotidianae adverſus nos quaeſtiones exercentur, cujuſque ſententia tanta Chriſtianorum multitudo ſummo ſupplicio adfecta eſt, necdum tamen fidem, atque probitatem noſtram cognitam, perſpectamque habeatis? Ita delatorum adverſus nos criminationibus facilem adhibetis fidem, atque ferarum in modum inconſulto quodam impetu ad profundendum innocentiſſimorum hominum ſanguinem irruitis; quo tamen & noſtra deſcribitur victoria, & veſtrum notatur crimen. Nam fidei quidem noſtrae integritatem ſuo triumpho praedicat, ſuaque ingenuiſſima ſimplicitate veſtram nequitiam redarguit. Nobis itaque innoxiis gloriae coronam perpetuam texit, noſtroque capiti imponit. Vos autem, parricidii reos, increpat, & ad ſupplicium depoſcit.

Immaniſſime torquentur Martyres.

Tum vero Tyrannus excanduit, & adcitis confeſtim lictoribus praecepit, ut ſingulos Martyres tribus funiculis lineis conſtringerent primum coſtas, mox femora, ultimo tibias; funibuſque

ܢ. ܘܩܝܡܬܐ ܓܙܪ ܒܥܠܕܒܒܘܬܐ ܕܠܝ
ܦܪܣܝܢ : ܘܒܗ ܪ̈ܓܠܝ ܡܫܬܥܒܕ ܗܘܝܬܘܢ :
ܡܢ ܫܠܡܐ ܕܫܠܡܬܘܢ ܘܗܝܡܢܘܬܐ ܒܒܥܠܕܒܒܝܢ :
ܘܠܐ ܩܒܠܬܘܢ ܠܐ ܢܘܗܪܐ : ܘܐܢܐ ܡܪܢܐ ܗܘܝܬ
ܫܡܫܐ ܘܣܗܪܐ ܒܪ ܢ̈ܦܫܐ ܒܪ ܦܪܨܘ
ܦܬܓܡܐ ܠܠܐ ܡܢܘ ܕܐܡܪܬ ܗܘܐ ܣܗܕܘ
ܠܡܠܟܐ ܕܝܠܗ ܗܘܐ ܘܡܢܘ ܐܝܟ ܢܗܘܐ ܡܢ
ܣܒܪܐ ܕܡܫܝܚܐ . ܐܬܒܣܡܬ ܠܡܠܟܘܬܗ
ܦܪܣܝܐ : ܘܬܘܒ ܢܦܫ ܕܡܬܩܪܒ ܠܝ ܘܡܢ
ܫܡܫܐ ܕܐܬܬܟܪ ܠܗ ܡܢܝ : ܦܬܓܡܐ ܘܐܡܪܐ
ܒܪ ܕܝܢ ܐܢܐ ܕܡܫܬܠܡܢܐ ܠܐ ܡܫܬܡܥ ܐܢܐ
ܕܐܦܢܝ ܘܐܬܐ ܠܡܠܟܘ : ܣܒܪ ܘܐܡܪ ܠܝ
ܫܡܫܐ ܠܐ ܢܦܩ ܐܢܬ ܠܐܠܐ ܚܫܒܬ ܡܠܟܐ
ܡܫܝܚ ܐܢܬ ܗܘ ܠܡܩܒܠܝ ܘܡܫܒܚܝܢ
ܠܗܘܢ ܘܡܠ ܕܡܠܟܘ ܕܐܡܪ ܠܝ .

ܡܢ ܥܠܡ ܐܫܬܡܥܬ ܐܡܪܝܢ ܗܘܘ
ܫܪܟܐ : ܘܡܢܗܘ ܕܠܒܗ ܕܠܗܘܬܐ ܕܝܠܗܘܢ:
ܡܢܘ ܕܚܟܡܬܐ ܐܝܟܢ ܫܩܠܬܘܢ ܠܗܠܝܢ
ܕܠܚܡܐ ܘܠܡܐ ܕܒܩܛܠܐ : ܘܐܣܬܒܪܘܢ
ܠܗܕܐ ܐܫܬܡܥܘ ܡܠܟܘܬܢ ܘܡܫܝܚܢ
ܠܚܕܢ ܕܡܫܘ : ܘܠܡܬܚܢ ܢܦܫܢ ܕܡܫܘ
ܘܐܡܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܒܥܒܕܘܗܝ ܐܟܠܘܢ :
ܘܡܫܒܚ ܐܢܬܘܢ ܒܥܠܝܒܐ ܡܫܬܠ ܠܠܒܐ
ܕܒܬ ܕܝܢܐ ܠܦܓܪܗܘܢ ܕܡܫܝܚܝܐ
ܒܝܫܐ ܕܠܐܝ : ܡܛܠ ܕܡܛܠ ܢܦܫ ܠܗ
ܡܢ ܒܬܗ ܠܚܪܢ ܘܐܬܐ ܠܗ ܠܗ ܡܢ .

ܘܐܬܚܙܝ ܐܢܬܘܢ ܠܡܠܟܐ ܕܡܛܠܬܐ :
ܘܥܒܕ ܡܠܟܐ ܠܡܫܘܬܦܐ ܕܒܠܗ ܕܢܦܫܐ
ܘܠܡܫܒܥܐ ܗܕܝܢ ܦܘܩܕܢܐ ܣܓܝܐܐ
ܠܟܠܗܘܢ ܕܒܥܠܝ ܐܢܘܢ ܒܢܘܪܐ : ܘܣܓܝ
ܣܓܝܐ ܡܕܡܕܡ ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܗܘ ܪܘܚܐ
ܠܡܢܐ . ܠܡܢܐ ܢܦܫܝ ܐܢܬܘܢ ܒܗܘܢ
ܘܡܝܬܝܢ ܐܢܬܘܢ ܒܢܘܪܐ ܕܒܝܫܬܐ
ܩܛܠ ܘܡܬܩܛܠܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܗܝܢ ܒܥܘܠܐ
ܕܡܠܟܘܬܗܘܢ .

ܗܝܕܝܢ ܪܓܙ ܐܣܛܪܛܐ ܘܐܡܪ ܠܗ ܕܢܣܝ
ܐܫܬܟܚ ܒܡܣܪܩܐ ܐܣܪܘ ܬܠܬܐ : ܘܩܕܡ
ܕܟܠܗܘܢ ܐܟܐ ܣܗܕܐ ܗܘ ܘܠܐ ܐܟܪ ܦܬܓܡܐ
ܡܛܠ ܕܚܫܘܚܐ ܡܫܬܠܛ : ܡܢ ܚܒܠܐ
ܠܐܠ ܚܫܝܠܐ ܕܢܗܘܐ ܡܫܟܚܢ ܠܟ
ܘܡܫܬܠܛ

buſque totidem ſtipites infererent, reorum brachia poſt tergum interim religarent. Mox adorti ſunt uniuſcujuſque Martyris anteriores partes conſtringere, atque comprimere vehementi ſtipitum contorſione, funiumque ſtipitibus innexorum circa eorumdem cylindrum circumvolutione, adeo ut oſſa, & nervi, acerrima illa compreſſione luxata, crepitum ederent, qualem ſolet ſtrues aridorum lignorum, quando circumjecto fune conſtricta valide comprimitur.

Quumque identidem feſſi tortores interquieſcerent, Tyrannus Martyres compellans: Solem, ajebat, miſeri, adorate, Saporis, Regis Regum, Numen. Quaecunque praeterea contra juratam Principi fidem peccaſtis, aperite: voſque praeſentes cruciatus, mortemque evaſuros, ſpondeo. *In ipſo cruciatuum aeſtu Solis cultum detrectant.*

At contra Sancti Martyres alta voce reclamare, ac teſtari; Nos in ſententia conſtamus, nec extorquebis umquam a nobis, ut Solem, a Deo conditum, obſequio, & cultu Conditori Deo coaequemus; ſed & contra noſtram conſcientiam, atque in noſtram perniciem mentiri nefas eſſe, putamus: quandoquidem nulla nobis cum Romanis adverſus jus, faſque foederatio unquam, vel uſquam interceſſit.

In hunc itaque modum ſepties torti, diſcruciatique fuerunt, nec tamen animo fracti ſunt, nec a propoſito dimoti. Ita demum a tortoribus dimiſſi, ſolutique fuerunt, dum anima in venas refflueret, atque tantiſper reſpirarent. At enim ea fuerat tormentorum vis, & acerbitas, ut vehementiſſima conſtrictione membra ſuis e locis deſiderent, & coſtae confractae inter ſe conliderentur, & cetera oſſa adtrita, luxataque ab invicem deſilirent. Inde actutum in carcerem deportantur, prohibitique Christiani, ne panem, vel aquam arcta ſub cuſtodia incluſis inferrent, eo dumtaxat cibo iiſdem permiſſo, quem Ethni- *In carcerem denuo conjecti, fame diſcruciantur.* *Oblata in cibū Idolothyta reſpuunt.*

V 2 cis

cis ritibus contaminatum Cuſtodes in modica quantitate, quanta, ſcilicet, ad arcendam mortem ſufficeret, ſubminiſtraſſent. Ejuſmodi tamen annonam, etſi ſepius oblatam, conſtanter reſpuerunt Beati Viri, tolerata ad ſex uſque dies inedia. Atque per hunc modum diu in carcere jacuerunt, fracta per praeteritorum tormentorum acerbitatem valetudine, & ſpontanea inſuper iſtiuſmodi abſtinentia viribus prorſus deſtituti, omneſque ejuſmodi aerumnas admirabili patientia, divina ope refecti, fortiter pertulerunt.

Opitulante pia Vidua pane, & aqua reficiuntur.

Quumque vita fugiente mors prope adeſſet, Vidua quaedam, cujus aedes loco contiguae, per exiguam feneſtram in carcerem aditum pateſaciebant, eam opportunitatem nacta, intempeſta nocte panem, & aquam in ſporta compoſuit, atque per feneſtram eandem Martyribus demiſit. Illi ſportulam continentes, annonam, a Deo ſibi tranſmiſſam, gratulati, ſumto cibo, refecti ſunt: atque iſtiuſmodi via neceſſitati Sanctorum pia illa Vidua egregie conſuluit toto temporis ſpatio, quo in carcere detenti fuerunt. O Viduam fide inclytam, in cujus ſinu viri Sancti inter miſerrimae vitae aerumnas famis remedium invenere!

Haec quia clanculum fiebant, mirabantur carceris cuſtodes, qua ratione, quove cibo vitam Martyres Chriſtiani ſuſtentarent, adeo ut Hadiabi Regulus Sapori, Regi Regum, ediceret, nihil ab iis Chriſtianis extortum iri, quos tormenta, & intolerabiles vexationes, ac moleſtiae adeo non fregerant, ut ne ipſum quidem doloris ſenſum ab eis expreſſiſſe viderentur: tantum abeſſe, ut alicujus criminis confeſſio ab illis eliceretur. Idcirco dilata in alium diem reorum cauſſa, Rex denuo nequiſſimum illum, quem ſupra memoratavimus, proditorem percontatur, num alios ipſe in Caſcarenorum Regio-

Proditoris Diaconi alia in Chriſtianos delatio.

ܘܡܟܬܫܢܐ ܦܠܚܝ ܒܝܬ ܡܠܟܐ : ܡܫܠܠ
ܐܝܟ ܕܐܣܦܩ ܠܗ ܣܝܒܪܬܗܘܢ ܐܝܟ ܠܗܠܝܢ
ܣܩܒܠܐ ܡܠܟܝܐ ܒܥܣܩܘܬܐ ܘܡܩܝܡܝܢܬܐ
ܫܡܫܝܢ : ܘܡܢܐ ܡܬܒܠܠܝܢ ܘܐܬܒܢܝܢ :
ܒܝܬ ܡܘܬܒܐ ܘܐܡܪ ܕܡܠܟܐ ܠܚܡܐ ܗܘܐ
ܠܐ ܥܠܝܗ ܠܗܘܢܐ ܕܒܕܝܢܐ ܕܝܗܒ ܠܗ
ܒܟܡܐ : ܒܟܡܐ ܕܗܘܘ ܡܢܝܚܝܢ ܘܐܬܒܢܝ
ܘܡܬܟܬܫܝܢ ܥܡ ܡܠܟܘܬܐ : ܡܛܠ ܕܗܘܘ
ܒܟܡܐ ܕܡܬܒܠܠܝܢ ܕܚܠܬܗܘܢ ܘܕܝܘܡܬܐ
ܒܟܡܐ : ܐܟܦ ܠܗ ܕܝܢ ܡܠܟܐ ܘܐܡܪ :
ܡܛܠ ܘܠܐ ܬܒܥܐ ܠܡܟܒܫ ܕܐܬܒܢܝ :
ܡܬܚܠܠܝܢ ܗܘܐ ܐܝܬ ܡܢܟܬܐ ܠܗ ܐܠܐ
ܗܢܘܢ ܗܘ ܕܡܢܝܚ ܠܗ ܘܡܬܕܠܚܘܢ :
ܦܬܝܐ ܐܡܪ ܡܘܬܒܐ : ܐܝܬ ܡܠܟܐ ܠܟܠܗ
ܒܝܬ ܡܘܬܒܐ ܕܚܘܫ ܠܟܠܗ ܒܗܠܝܢ : ܐܢܐ ܠܟܪ
ܢܦܫܬ ܕܟܘܡܪܐ ܘܡܚܒܬ ܐܝܟ ܡܫܚܬ
ܕܡܬܚܒܠܢ ܠܫܡܫܐ ܘܠܐ ܐܬܬܟܪܝܘ
ܕܢܫܬܡܥܘܢ ܠܟܘܡܪܐ : ܘܠܐ ܒܟܘܡܪܐ
ܠܗܘܢ ܐܦܬܝܬ ܠܗܘܢ ܕܡܠܟ ܡܠܟܐ
ܠܠܐ ܗܘ ܘܠܟܠ ܚܕ : ܘܡܚܒܝܠܐ ܟܠܗ
ܕܐܦܬܐ ܐܚܪܢ : ܗܘܢܘܢ ܐܡܪܘ ܘܐܬܒܢܝܢ ܠܗ
ܡܠܟܘܬܐ : ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ : ܕܫܡܥܬ
ܡܠܟܐ ܠܐ ܗܘܐ ܐܠܗܐ ܐܠܐ ܒܕܝܢܐ ܘܗܘ
ܐܚܪܢ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܟܬܒܐ : ܘܐܬܚܘܝ
ܠܗ ܡܬܚܪܘ ܡܢܬܐ : ܐܝܟ ܕܝܢ ܡܠܟܐ
ܟܠܠ ܕܡܪܐ ܘܐܡܪ ܠܗ : ܕܒܗܘܢܐ ܚܕܐ
ܣܟܡܐ ܐܝܟ ܦܝܝ ܐܬܬܐ : ܕܗܘܐ ܐܡܪܗ
ܚܠܝ : ܡܛܠ ܕܐܢܐ ܒܕܝܢܐ ܗܘܝܬ ܘܠܐ
ܗܘܐ ܐܠܗܐ : ܘܠܐ ܒܡܘܬܐ ܒܚܝܒ ܐܢܐ
ܕܐܦܬܐ ܐܚܪܢ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܒܬܝܢܐ : ܐܝܬ
ܕܝܢ ܡܘܬܒܐ ܐܚܪܢܐ ܣܓܝܐܐ ܕܒܗܘܢܐ
ܗܟܢ ܐܬܬܚܝܒܬ : ܘܟܕܐܢܐ ܐܬܒܢܝܬ ܠܟ
ܘܬܘܒ ܗܘ : ܘܡܚܒܐ ܥܒܕ ܡܠܟܐ
ܠܡܫܬܐܠ ܦܪ ܡܘܬܡܢܐ ܕܗܘ ܥܠܝܗ
ܗܘܐ ܥܠ ܟܠܗܘܢ ܦܬܐ ܕܡܠܟܐ : ܘܫܒܩܗ
ܕܗܘܢ ܥܒܕܐ ܠܥܡܠܢܐ ܕܒܢܝܫܐ
ܦܠܚܝ ܕܐܚܕܝܢ : ܘܚܢܢ ܐܝܬܘ ܕܢܬܒܢܝܢ
ܒܟܢܫܐ ܘܗܝܡܢܝܢ ܠܟܡܐ ܠܐ ܢܟܘܢܘܢ
ܡܛܠ ܕܢܫܐ ܠܡܟܬܫܢܐ ܕܫܝܢܐ
ܡܚܫܒܐ ܐܝܬ ܠܗܘܢ ܥܠܝܗܘܢ : ܘܡܠܟܐ
ܡܢܗܘܢ

Regione Chriſtianos haberet. Cui perditiſſimus ſycophanta: Ita profectò. Verſantur inibi Epiſcopus quidam, tum Presbyteri, & Diaconi complures, & ſi jubeas, Rex, hoc negocium ipſe conficiam, eoſque protinus comprehenſos huc traducam. Quod quum Rex probaſſet, decem equites, & viginti pedites eidem dati, juſſique, una cum ipſo Regium mandatum exſequuturi, viae ſe committere.

Interea ABDAS, Caſcarae [1] (Urbis id nomen eſt) Epiſcopus, una cum Eccleſiae ſuae Presbyteris, & Diaconis ex Urbe in ſuburbana loca, ſubditarum ſibi Eccleſiarum quaedam negocia curaturus, diſceſſerat, rerum, quae in cauſſa ſua agebantur, minime conſcius. Ad pagum forte pervenerat, in quo caſtus, & fidelis virorum, atque mulierum coetus morabatur. Ibi nocte jam devexa, reliquis ſopore oppreſſis, Abdae Epiſcopo objicitur ſpecies quaedam admirabilis, cujus adſpectu obſtupefactus, atque vehementer commotus, dormientes ſocios excitat, viſumque non ſine metus ſignificatione docet. Cernere, ajebat, mihi videbar, anguem, monſtrum immane, horrendum, ac deforme. Hic e cubili ſuo egreſſus, prorepere videbatur, ſibiliſque obvios quoſque fugare. Ecce autem advolabat paſſerum turma, quadraginta vero numeravi, quos Draco conſpicatus, ipſos contra infeſtum caput extulit, captoſque ad unum omnes deglutivit. Hac Abdae narratione vehementer perculſi ſocii, ad propitiandum precibus Deum ſe converterunt, ac paullo poſt rurſus cubitum abjerunt.

Viſio Abdae Epiſcopo objecta. 3

Quo temporis intervallo altera, ſed clarior ſpecies Abdae objecta eſt, cujus imaginem, totiuſque viſionis ordinem, ſocios compellans, his verbis expoſuit: Quum nuper in lectulo conquieſcerem, ſublatis in Caelum oculis, Dei magnalia tacitus admirabar; mox reco-

Alia viſio.

recogitabam primam illam viſionem, ejuſdemque ſenſum ipſe mecum anxius explorabam, veniebatque ſimul in mentem, num illud nobis monſtrum Martyrium portenderet? Haec animo mecum revolventem repentinus quidam horror oppreſſit, adeo ut ubinam gentium ipſe forem, penitus ignorarem. Ecce autem video clariſſima in luce Simeonem Barſaboē, per aëra ſupra me diſcurrentem. Mirabar Viri vultum, fulguris inſtar, coruſcantem: adeo ſupra hominum modum eminebat, ut ex Angelorum choro quempiam ipſum facile eſſe judicares. Tum vero ſubiit me vehemens deſiderium tantum Virum coram adloqui, ſignificabatque, ut ad illum adcederem. Poſt animadvertens eum in Caelum efferri, eoque a me remotiorem ſenſim fieri, tremebundus clamabam; Cur mihi ad te pervolare non liceat? At nunc minime licet, reſpondit, paullo tamen poſt dabitur tibi huc evadere, meoque conſpectu adloquioque potiri; tunc vero quaecumque te anxium habent pro libito expones.

S. Abdas cum 35. Sociis cōprehenſus Ledan perducitur.

Haec commemorans Abdas, univerſos in exſpectationem rerum, quae eo oſtento ſignificabantur, anxios induxit. Quod unum in ea anguſtia ſupererat, opem a Deo exorare viſum eſt; jamque matutinas preces inchoaverant, quum ſubito nihil minus opinantes impurum Regiorum ſatellitum agmen occupat, & primum quidem ipſum ſanctum Antiſtitem Abdam comprehendunt, mox viginti octo viros, ejuſdem ſocios, atque Virgines ſeptem; ſimul omnes in vincula conjiciunt, inde per intolerabiles moleſtias, atque incommoda ad regionem Huzitarum Ledan perducunt: in eam enim Urbem Rex ex Urbe Beth-Lapeta conceſſerat.

Acta coram Praetore.

Ubi vero eos ad fores palatii jam veniſſe nunciatum eſt, Rex quaeſtionem, per tormenta habendam, Praetori Urbis commiſit, cui duos Magos

mox

mox adjunxit. Tum Praetor adcitos ad ſe Martyres ſic adloquitur: Equidem non video, cur ipſi in errorem abducti, deceptique, fatuorum quoque hominum mentes in ſimilem errorem inducere ſtudeatis, dum falſis doctrinae veſtrae dogmatibus ipſos imbuitis?

Cui Abdas: At certum eſt, inquit, nos a recta via neutiquam aberraſſe; atque adeo eos, qui nobis conſentiunt, egregie ſapere, nec proinde perituros, aut a ſcopo declinaturos. Divino ſiquidem lumine conluſtratam viam ingrediuntur, & bona vitae, propediem adventurae, ſperantes, Religionem noſtram, ejuratis erroribus, ſuſcipiunt.

Solem adorare jubentur.

Tum Praetor: Rex contra vos adorare Solem jubet. Ni parueritis, vos nec tormenta, nec mortem certiſſimam, a me conſtitutam, evaſuros ſcitote; hanc enim ille mihi poteſtatem fecit.

Eorum conſtantia.

Abdas vero: Nec tuus iſte Rex, nec ejus mandata, nec tu, nec poteſtas tua, neque tormenta poterunt ſeparare nos a caritate, & amore Dei noſtri, aut a certiſſima fide noſtra in Jeſum Chriſtum. Nec enim efficies, ut Deum, univerſi conditorem, ſoli, rei, nempe, ab eo conditae, poſthabeamus, vel Regem magnum, atque ſanctiſſimum cum exiguo, eodemque nequiſſimo, Regulo commutemus.

Deus Solis, & Univerſi conditor.

Libera haec Abdae oratio Praetorem in vehementem conjecit indignationem, praecepitque ſatellitibus, ut humi extentis Martyribus, ſingulis centum ex numerato plagas inferrent. At enim in B. Abdam acrius ſaevitum eſt, quoniam ipſe in quaeſtionibus omnium nomine verba faciebat. Rurſus Beatos Martyres compellans Praetor: Miror, ajebat, cur contumeliam Sapori, Regi Regum, facere non vereamini, quum ipſe Deus ſit, atque Orbem terrarum ingenita ſibi, ſempiternaque poteſtate teneat, & moderetur?

Singulis plagae centum infliguntur.

In B. Abdam acrius ſaevitum.

Cui

Regis Perſarũ divinitatem S. Abdas refellit.

Cui Abdas: Regem Saporem, ajo, Deum non eſſe, ſed hominem; quandoquidem pro hominum conditione cibo, potuque indiget, atque tegumento. Labore praeterea, & fatigatione adteritur, laetitia, moeſtitiaque adficitur, poſtremo aegrotat, ac moritur. Quam autem exercet, poteſtatem hanc illi, rerum omnium ſummus moderator, ac Dominus, Deus impertiit, ad exigendam a populis poenam, ſi quam ejuſdem juſtitiae debent.

Colaphis caeditur.

Infremebant ad haec adſtantes Magi, atque Beati Abdae liberam orationem interpellare conabantur, colaphis os ejus caedentes: Apage, inſolentiſſimum caput, ajebant, & obmuteſce. Deſine impio iſto convicio Regem inceſſere. Inde ad Regem ingreſſus cum Magis Praetor, ab eodem interrogatur his verbis: Quomodo habere veneficos iſtos vobis viſum ſit, quave interim opinione ducantur, quid cogitent, quidve loquantur, jam ediſſere? Cui Praetor: Pudet hominem ſanum recitare, quae iſti deblaterant, & procaciſſime garriunt contra Regium nomen tuum; ſunt enim admodum horrenda, te praeſertim audiente. Adnuens autem Rex, ut plane, & aperte diceret: Effare, inquit, ſine metu, quae illi in me jactarunt; quandoquidem non tu me contumelia adficis, ſed illi, qui me, meamque potentiam invidioſe criminantur. Ejuſmodi oratione percitus Praetor: Rex, ait, ſempiternum vivas, & capiti tuo diadema hoc ſine fine adhaereat. Juſſeras, me de iſtis Chriſtianis habere quaeſtionem. Feci, quod imperaſti, & acerba fuſtigatione Solis cultum ipſis perſuadere adtentavi; ſed incaſſum omnia. Non enim illi edictis tuis obtemperare voluerunt. Praeterquamquod illud etiam eos cogitare monebam, Regem Regum, cujus leges aſpernabantur, Deum eſſe, atque aeternum victurum, Orbiſque terrarum imperium obtinere. At illi haec pernegarunt, Regiamque Majeſtatem tuam maledictis inceſſerunt, quum ipſi per ſe dicerent, Saporem Regem non eſſe utique Deum, ſed ſimplicem hominem, & de mortalium genere unum, atque pro humana conditione quandoque aegrotaturum atque moriturum. Heic in riſum effuſus Rex, ac dicentem interpellans: Mihi vero, ait, in hoc uno egregie ſapiſſe iſti homines videntur, quod talia de me ſunt loquuti. Homo enim ſum, non Deus, & communi morta-

Praetorem, a quo Deus dicebatur Sapor irridet.

mortalium fato perinde obnoxius, atque omne hominum genus; & tu profecto minime ſapis, ſi hoc dicto me offenſum putas, quum potius, quod miraris, inde riſus mihi occaſionem videas fuiſſe datam. Simulque adciri juſſit Thuſighium, Eunuchorum Principem, & ſummum Regiorum Elephantorum Praefectum, eique Beatorum Martyrum cauſſam his verbis demandat: Quaeſtionem de Chriſtianis pridem comprehenſis te habere volo juſte, ac legitime, & ſi quidem eos, legibus obſequentes, inveneris, atque in Solis cultu nobiſcum conſentientes, abſolvi jubeo, quandoquidem Magos, capitali odio adverſus eoſdem concitatos, deprehendo, cauſſaſque praetexere, quibus, eos ultimo ſupplicio dignos eſſe, perſuadeant.

Et Eunuchorum Principi Martyrū cauſſā demandat.

His cum mandatis exiit Eunuchus ab Urbe illuſtri cum pompa, atque oſtentatione. Cum eodem miſſus eſt ſummus Perſici Regni Archiſtrategus: ejus loci Praetor, & Magi duo, qui huic quaeſtioni praefuerant, ſequuti ſunt, praeter magnam hominum, eo ſponte confluentium, multitudinem; eductique ſimul Sancti Martyres catenati ad eam Urbis partem, quae Auſtrum verſus reſpicit, Abdas, videlicet, Epiſcopus, & viginti octo viri. Inibi ad quaeſtionem arceſſiti, vident omnia ad incutiendum reis terrorem compoſita. Heic truci vultu, & acerba voce Judex Dei Martyres adoritur. Cujuſnam, ait, conditionis vos eſſe, arbitramini, qui Regis Regum edicta contemnitis, imperiumque detrectatis.

Acta coram eo & aliis Judicibus

Cui Sancti Dei Martyres: Scilicet, reſpondent, qui ſummo rerum omnium Rectori Deo parendum ſtatuimus, latis ab injuſto Rege legibus juſte reſiſtimus. Tum Eunuchus: Nunc vero, ait, Rex ſaluti veſtrae conſultum volens, edixit, ut vos actutum convenirem, ac etiam commonerem, ut Solem hac die adorare decernatis, cauſſamque proinde auferatis capitalis ſententiae, quae pridem in vos lata eſt.

Martyrum fortitudo.

Ad haec Martyres: Tu contra pro fide, & caritate, quibus Regi obſtrictus es, nobis neutiquam parcendum ſtatuito: quin etiam continuo nulla interpoſita mora ad ſupplicium nos rapi jubeto; quandoquidem nec tua conſilia magni facimus, nec Regis edicta moramur, nec Solem, rem utique a Deo conditam, adorandum putamus. Enimvero ridiculi nobis videmini, qui pecudum in morem temere poſt Magorum errorem proruiſtis. Hoc interim tibi ratum, certumque eſſe volumus, nobis unum eſſe Numen, pro quo hodie vitam ponere decretum eſt, a quo etiam aliam vitam praeſtolamur, eandemque immortalem, atque ſempiternam; qua inchoata, mors, quam nobis decreviſtis, illico evaneſcet. His dictis, Judex gladio omnes feriendos eſſe pronunciavit. Tum vero, quicumque aderant, proceres ſucceſſere, & ſingulos ſinguli Martyres vinculis primum ſolvere, deinde lictoribus mactandos offerre, velut agnos lanienae deſtinatos; nec enim alio vultu, quam ſi evaſiſſent, cervicem carnifici praebebant: adeo laeti erant ac Beati.

Sol a Deo cōditus.

Sententia capitis in eos lata.

Mortē alacri animo oppetunt.

Adcidit interea, ut duo fratres, quorum alter Barhadbesciabas, alter Samuel dicebatur, per id tempus eo ab loco abeſſent. Ambo autem Beatis Martyribus ſe ſocios addiderant, quum e Patria adducti fuerunt, ut, videlicet, conrogata ſtipe, eorumdem inopiam utcumque ſublevarent. Propterea nec una cum reliquis comprehenſi fuerant, nec in vincula conjecti, ſed eadem die ſub lucem, ad Urbem fuerant profecti, inde prandium ſociis adlaturi; illi vero tertia diei hora e carcere producti omnes capite plexi ſunt. Hi, re comperta, dolore incredibili adfecti ſunt, quem quum aliter mitigare non poſſent, perturbati, maeſtique ad locum, ubi fratres interfecti fuerant, advolant, ibidem projectum humi Abdae Epiſcopi cadaver offendunt. Procumbunt ſtatim, & illud amplexari, & exoſculari, mox Abdae, ſociorumque ſanguinem legentes, eodem corpora ſua linire, tum obteſtari carni-

SS. Barhadbeſciabas & Samuel fratres, Chriſtū confeſſi, capite plectuntur.

fices, ne ſe ſociorum ſuorum corona privare velint: Quin nos etiam, ajebant, una cum iſtis perimitis? Mors hujuſmodi, qualem hi pertulerunt, vita hac, quae nobis agitur moleſtiſſima, ac miſerrima, longe gratior eſt, atque jucundior. Ad haec inſuper Regem dictis inceſſere, ac violare adorti ſunt, rati fore, ut ejuſmodi maledicentia irritati ſatellites ipſos occiderent. At tres Judices, quos huic cauſſae praefectos fuiſſe ſupra memoravimus, re inter ſe deliberata decreverunt, nihil contra eos ſtatuendum, inconſulto Rege: Quia, ajebant, illorum nomina minime comprehenſa ſunt in Chirographo, quod nobis traditum eſt. Quamobrem miſerunt, qui Regem de eventu novo certiorem faceret, ſententiamque rogaret. Illi interim clamare, atque vociferare: Nos quoque Chriſtiani ſumus, atque eandem cum illis, quos necaſtis, Religionem profitemur; unum enim Deum verum eſſe credimus, & Deos veſtros, inania hominum figmenta, repudiamus, & abnegamus. Omnes quippe eandem profitemur, atque unam ſanctiſſimamque in Deum fidem. Lata demum etiam in eos capitis ſententia, eadem fere hora, eodemque in loco, ubi ſocii occubuerant, interfecti ſunt, adeo ut ſanguis utrorumque ſimul commiſceretur.

Eorum Martyrii tempus.

Coronam iſti nobiliſſimi Martyres adepti ſunt feria ſexta, die decima quinta Lunae menſis Maji.

SS. Ebedjeſus, & Abdallahas ad quaeſtionē producuntur.

Poſtera die Rex Ebedjeſu Epiſcopi, & Abdallahae Presbyteri recordatus: Adſuntne, inquit, duo illi ſodales eorum, qui pridem ſupplicio adfecti ſunt? Reſpondentibus adparitoribus, eoſdem adeſſe, praecepit, ut ſi quidem in eadem contumacia perſeverarent, ad ſupplicium ducerentur. Mox e carcere producuntur, adeo corporis habitu immutato, atque debilitato, ut praeter cutem, nervos, & capillos, nihil ex antiquo decore, ac ſtatu ſupereſſe videretur. Non ipſa hominis forma, quandoquidem coſtae, & reliqua oſſa, tormento fracta, deſilierant, corpuſque foedum in modum curvaverant. Quamobrem in humeros ſublati, ad ſupplicii locum, in quo ſocii ceciderant, deportati ſunt. Quo ſimul profectus cauſſae cognitor Praetor, hiſce verbis quaeſtionem exorſus eſt: Si Regis edicto parueritis, vita vobis concedetur, praeſentemque, atque certiſſimam mortem declinabitis.

Eorum confeſſio.

Cui Athletae magnanimi, atque fortiſſimi: Annon, ajunt, homo ſtupide, te pudet iſtiuſmodi conſilium ſuggerere, ut, nimirum, corpore pereunte, vim animae noſtrae inferamus? Ne te proinde, impurum, & immundum caput, tua fallat opinio, ut nos ſententiam mutaſſe putes, in ea nos perſeverare certo ſcias; in unum quippe Deum uſque credimus, ac in veritate, & juſtitia immota voluntate conſtamus. Quocirca ne nos vidiſſe contenti, cetera negligatis, ſed impigre judicium noſtrum urgere, noſque quantocius hac cura expedire, atque illuc tranſmittere ſtudeatis, ubi adſpectu, conloquioque potiri licebit fratrum noſtrorum, quos heſterna die, iniquiſſimo judicio condemnatos, necaſtis. Etenim illos ad conflictum praeibamus, quamvis ad coronam ipſi nos praeceſſerint.

Martyrio occumbunt.

Cognita per hanc confeſſionem Martyrum conſtantia, Praetor ambos feriri juſſit. Quod & in eodem loco factum eſt, in quo eorum ſocii corona donati fuerant.

A Captivis Romanis ſepeliuntur.

Pulvis, qui Martyrum cruorem ebiberat, ad curandos aegros conſervatus.

Aderant forte per eos dies in vicina Urbe Romani quidam captivi, viri pii, & Chriſtiani, qui ſepeliendorum horum Martyrum curam ultro ſuſcepere. Eorum itaque cadavera furati, clanculum in abditis locis humarunt, tam adcurata pietate ac religione, ut pulverem, qui Martyrum cruorem ebiberat, effoderent, & aſportarent: quem ad curandos aegros utilem in hodiernum diem Chriſtiani conſervaverunt.

Virgines ſeptem Solis ſa-

Hunc ergo Viri exitum habuere. Virgines autem, de quibus meminimus, ſeptem, juſſit Rex, Lapetham duci, ibique ad incolatum terrorem ſupplicio adfici.

ci. Illi judicio praeeſſe juſſus eſt Urbis Praetor, a quo Martyres catenis conſtrictae illuc deductae fuerunt; earum tamen in Urbem adventus ita cives perturbavit, ut publice, & per compita clamarent: Inſontes, immerenteſque per ſummam injuriam ad ſupplicium duci. At praetor feria ſexta, quae proxime laudatorum Martyrum necem ſubſequuta eſt, Sanctas Virgines extra muros Urbis ad Orientem Solem eductas, primum interrogat in haec verba: Equidem ſi Regi obtemperaveritis, oblataſque nuptias minime reſpueritis, incolumes hinc abituras vos polliceor, decretamque contumaciae veſtrae necem declinaturas. Placent haec vobis, anne?

cra ſuſcipere, & nuptias inire jubentur.

Cui tale reſponſum dedere: Nos unum Deum adpellamus, quem colimus, praeter quem nullum aliud Numen agnoſcimus. Tu vero, quae in mandatis habes, ſine cunctatione exſequere: certum interim, & inconcuſſum reſponſum accipe, nos nec iniquo Regi oſequuturas, nec ſuſcepturas ſacra Solis, nec unquam in cujuslibet viri nuptias conſenſuras.

Eorum conſtantia.

Haec dixerant, quum juſſi protinus ſatellites ipſarum capita amputaverunt. Ita Sanctarum Virginum chorus fortiter ad triumphum pervenit, animum atque vires certantibus ſubminiſtrante Chriſto, per quem etiam ſua ſibi corpora olim reſtitutum iri, merito confidebant.

Capite plectuntur.

Martyrii autem coronam conſequutae ſunt die vigeſima ſecunda Lunae ejuſdem menſis Maji. Earum corpora eadem nocte ſublata a Chriſtianis ejuſdem Civitatis tumulo condita ſunt.

Martyrii tempus.

A Chriſtianis humantur.

ADNOTATIONES.

(1) Praeter Jejunium Quadrageſimae, quod in tota Eccleſia Paſchalibus Reſurrectionis Domini Feſtis Apoſtolica iuſtitutione praemittitur, tria haec Jejunia ex Orientalis Eccleſiae praecepto adulti omnes, ac praeſertim Monachi obſervare tenentur. Primum *Jejunium SS. Apoſtolorum Petri & Pauli*, totidem dies complectens, quot a Feria ſecunda poſt Octavam Pentecoſtes ad eorundem Apoſtolorum Feſtum, diem, ſcilicet, Junii 29. intercurrunt. Alterum *Jejunium Migrationis B. V.* a Kalendis Auguſti ad 15. ejuſdem menſis, qua Adſumtionis B. M. V. Feſtum peragitur. Tertium *Jejunium Nativitatis*, quod Syri *Adnunciationis* vocant, per quatuor hebdomadas, a Dominica prima Adnunciationis, quae proximior eſt Kalendis Decembris uſque ad 25. ejuſdem menſis diem, Nativitati Dominicae ſacrum; apud Graecos vero, & Coptitas per quadraginta dies. Praeterea ſingulis feriis quartis, & ſextis per anni circulum jejunant Orientales. Vide Aſſeman. Bibl. Orient. tom. II. & III. necnon Conſtitutionem Benedicti XIV. P. O. M. die 24. Decembris 1743. editam; qua Cyrilli III. hodierni Graecorum Melchitarum Patriarchae, hominis quidem ab Orientalium moribus penitus alieni, utpote novarum rerum ſtudioſi, perpetua ſuper laudatis Jejuniis diſpenſatio, eorumque ad unum diem, praefatas ſolemnitates Natalis Chriſti, Adſumtionis B. M. V., & Martyrium SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli immediate praecedentem, coarctatio, improbantur: ac ſingula Jejunia in priſtinum reſtitui debere, atque inſuper laudabilem conſuetudinem a Majoribus derivatam abſtinendi etiam qualibet feria quarta, & ſexta per annum ab eſu piſcium exacte cuſtodiri praecipitur.

(2) Regio *Caſcarenorum*, in finibus Chaldeae, ſeu Babyloniae ſita. Cujus autem in ea Oppidi, ſive Civitatis Epiſcopatum geſſerit Ebedjeſus, nobis haud liquet; nam praeter Caſcaram Urbem, unde Caſcareni dicti, cui S. Abdas Epiſcopus tunc temporis praefuiſſe dicitur, & Vaſethum Oppidum, quod, teſtibus Abulpheda Tab. Geogr. num. 289. & Bar-ebraeo Hiſt. Dynaſt. pag. 128. Hagiagius, Abdalmalechi Kaliphae Dux, in territorio Caſcarae condidit anno Hegirae 84. (Chriſti 702.) nullam aliam Civitatem, aut Oppidum ea in regione, quod ſciam, conlocant Geographi Orientales.

(3) *Caſcara*, praefatae hujus nominis regionis Urbs praecipua; Epiſcopalis a S. Mari, Adaei Apoſtoli diſcipulo, inſtituta, ut tradit Amrus in ejus vita apud Aſſeman. Bibl. Orient. tom. 3. Par. 2. pag. 735. ubi ejuſdem Caſcarae Epiſcoporum privilegia, & ſeries ab Archelao, qui Manetem haereſiarcham circa annum Chriſti *261.* profligavit, ad Brichjeſum, qui Ordinationibus Patriarcharum Chaldaeorum Taballahae, & Sabarjeſu anno 1190. & 1222. peractis interfuit, exibentur.

Google

A D M O N I T I O

In Martyrium S. BADEMI Coenobiarchae.

Acta Graece & Latine olim reddita, ſed parum feliciter.

ACta Martyrii Sancti Bademi Coenobiarchae ex Codice MS. Graeco Cryptae Ferratae, qui in Bibliotheca Barberina de Urbe adſervatur, edidere Lipomanus Tom. VII. Par. 2. Surius ad diem VIII. Aprilis, Godefridus Henſchenius Tom. I. ejuſdem menſis, & ex eo Theodoricus Ruinartus in Collectione Actorum Martyrum genuinorum edit. Amſtelaedami 1713. pag 605. Eademque Lipomanus Simeoni Metaphraſti, Henſchenius autem alicui Monacho coaevo adſcribunt. Verum ea a S. Marutha Epiſcopo Tagritenſi, & quidem coaequali, Chaldaice conſcripta fuiſſe; inde vero in Graecum ſermonem diu ante Metaphraſtis aetatem ab incerto Interprete converſa, liquet tum ex autographis hiſce Actis, quae ex vetuſtiſſimo Codice Chaldaico Nitrienſi Vatic. I. heic prodeunt, quorum quidem vulgata Graeca atque Latina & Chaldaicam Maruthae dicendi rationem ſapiunt, & eandem omnino ſeriem praeſeferunt, ſi nonnulli, qui ex intepretum incuria obrepſerunt, naevi emendentur, tum vero ex adcuratis eorumdem Actorum compendiis, quae in perantiquis Graecorum Synaxariis longe ante Metaphraſtem editis, exhibentur.

Ejus memoria, & cultus, In Synaxariis MSS.

Synaxarium etenim Eccleſiae Conſtantinopolitanae, alias a nobis laudatum, & pervetuſtus Codex MS. menſis Aprilis, qui in Bibliotheca Monachienſi Ducis & Electoris Bavariae reperitur, haec de S. Bademo, concordi quidem cum noſtris, & vulgatis ejuſdem Bademi Actis calamo, ad diem Aprilis nonum referunt. *Vixit Bademus, regnante in Perſide Sapore, urbe Bethlapata oriundus. Contemtis autem & illuſtribus ſuis natalibus, & opimis opibus, Monaſticae vitae diſciplinam profeſſus, demum etiam Archimandrita, ſeu Praefectus Monachorum creatus eſt. Propter fidem deiude Chriſtianam cum ſeptem Alumnis ſuis comprehenſus, quatuor menſibus in carcere detentus; inde productus, & cuidam ex adparitoribus, cui Narſes nomen erat, quique propter ſuppliciarum metum Chriſtum negaverat, traditur, ut illi caput amputaretur. Quem intuitus Sanctus, multum illius cauſſa doluit. Ipſe vero Narſes quum ter, quoterque tremente manu plagam fatalem infligere Sancto conaretur, nec lethale vulnus ipſe perculſus impingere poſſet; Sanctus tamen tot plagis confectus Deo ſpiritum tradidit.* Haec ibi.

In Menaeis excuſis.

Similia ferme elogia, ſed contractiora, teſtibus Bollandianis, habentur in MS. duplici Graeco Bibliothecae Ambroſianae apud Mediolaneſes: item in totidem MSS. Bibliothecae Regiae Taurinenſis, ut mirum ſit hujus Sancti vitam praetermiſſam fuiſſe in Menaeis excuſis, in quibus hi ſolum verſus, in ejus laudem, leguntur.

Βαδίζας ὁ Βάδιμος, ὁδὸν Εὐθεῖαν
Εἰς οὐρανοὺς ἔφθασεν, ὃ Θεῖος Θρόνος.
Bodemus hic progreſſus eſt recta via,
Et venit in Caelos, ubi Dei Thronus.

In Menologio Baſiliano.

Baſilii autem Prophyrogeniti Imperatoris Menologium eundem diem nonum Aprilis ab hoc Sancto Martyre, quem *Badimum* vocat, ſic auſpicatur: *Certamen Sancti Martyris Badimi Archimandritae. Sanctus Badimus fuit ex regione Perſarum, divitum parentum filius, quibus vita functis, quum jam divitias omnes in pauperes erogaſſet, in Monaſterium abiit, ibique Monachus factus eſt, deinde & Archimondrita. Praedicans autem Chriſti fidem, multos ad eam adduxit, & baptizavit. Quod quum Sapores Perſarum Rex intellexiſſet, eum unacum ſeptem ipſius Diſcipulis comprehendi juſſit, & in carcerem detrudi: ac deinde poſt quatuor dies tortoribus mandavit, ut ipſos e carcere educerent, & caput eis amputarent. Videns autem Sanctus Vir unum ex tortoribus, Nerſan nomine, qui antea Chriſtianus fuerat, deinde metu tormentorum Chriſtum abnegaverat; hunc, inquam, videns, enſem denudantem ut caput ipſis abſcinderet; tanlacrymatus eſt, & ipſius calamitatem doluit, eique extremae diei retributionem in memoriam revocavit. Nerſas vera prae timore trepidare incipiens, quatuor vulnera Sancta Viro inflixit; atque ita vi multa ſpiritum emiſit.*

Corrigitur Menologium.

Verumtamen nonnihil a ſinceris Actis diſcrepat hoc Bademi certaminis encomium; non enim quatuor dies, ſed quatuor menſes in ergaſtulis detentus eſt Bademus, nec Sapor mandavit, ut ſeptem ejus

Diſci-

Diſcipuli e carcere educti, capite plecterentur, quippe qui, ut Acta diſerte perhibent, *poſteaquam ad quatuor circiter annos in carcere jacuiſſent, exſtincta demum Sapore, vinculis exſoluti, libertatem obtinuerunt*.

Porro ex hoc Actorum loco, uti & ex verbis, quae ſub initium leguntur, duplex exſurgit luculentiſſima inlatio. Alia fert Perſequutionem hanc, anno Saporis Regis 31. excitatam, ad ipſius uſque mortem, quae ab omnibus Chronologis ad annum Chriſti circiter 380. refertur, per quadraginta ſcilicet annos efferbuiſſe. Alia S. Bademum quarto circiter ante ejuſdem Saporis interitum anno, eodem fere, quo Quadraginta Martyres, a nobis ſuperius laudati, interfecti ſunt, tempore, exeunte, nempe, anno Chriſti 375, comprehenſum fuiſſe, exactiſque quatuor in carcere menſibus, Martyrii coronam conſequutum anno Saporis 67. Perſequutionis 37. Chriſti 376. Luna vero Aprilis decima, quae eo anno in ſolarem ejuſdem menſis diem 13. incidit; ut ex tabulis Paſchalibus liquet.

Quot annos Saporis Perſequutio ferbuerit? — S. Bademi Martyrii tempus.

ܣܗܕܘܬܐ

ܕܒܕܡܐ ܪܝܫ ܕܝܪܐ.

M A R T Y R I U M

Sancti BADEMI *Coenobiarchae*.

Anno Saporis II Persarum Regis 66. Perſequutionis 36 Chriſti 375. 1

ܒܗ ܒܙܒܢܐ ܗܘ ܐܬܐܚܕ ܗܘܐ ܘܐܬܐܣܪ
ܒܦܘܩܕܢܐ ܕܡܠܟܐ ܒܕܡܐ ܪܝܫܕܝܪܐ ܡܢ
ܒܝܬ ܠܦܛ ܡܕܝܢܬܐ ܒܪ ܚܐܪ̈ܐ ܗܘܐ
ܘܥܬܝܪ̈ܐ. ܘܟܕ ܐܬܬܠܡܕ ܗܘܐ ܝܗܒ
ܕܠܡܫܝܚܐ ܝܪܬܘܬܗ ܠܡܣܟ̈ܢܐ ܘܫܒܩܗ̇
ܘܒܢܐ ܠܗ ܕܝܪܐ ܠܒܪ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ.
ܘܫܪܐ ܒܗ ܒܡܫܡܠܝܘܬܐ ܕܟܐܢܘܬܐ ܨܒܝܢܗ
ܕܐܠܗܐ ܒܟܠܡܕܡ ܡܫܬܡܠܐ ܗܘܐ : ܘܟܕ
ܦܪ̈ܝܫܐ ܘܡܬܦܪ̈ܫܬܐ ܒܟܠܝܘܡ ܠܘܬܗ ܢܦܫܗ
ܗܘܐ ܘܡܣܟ̈ܢܐ ܘܐܠܝ̈ܨܐ ܘܡܟܪ̈ܗܐ
ܒܚܘܒܗ ܥܡܝܩܐ ܡܪܚܡ ܗܘܐ ܘܡܒܝܐ..
ܘܨܘܡܐ ܕܝܢ ܪܒ ܗܘܐ ܒܐܝܡܡܐ ܡܠܝܠ
ܒܗܠܝܢ ܕܒܫܒܬܐ ܡܢ ܫܒܘܥܐ
ܠܫܒܘܥܐ ܠܚܡ ܗܘܐ ܡܫܟܚ ܘܡܫܬܝܬܐ ܚܣܝܪܬܐ
ܕܡܝܐ ܘܒܩܛܝܢ. ܘܐܦ ܫܗܪܗ ܡܥܛܪ
ܗܘܐ ܡܠܐ ܗܘܐ ܕܡܢ ܪܡܫܐ ܠܨܦܪܐ:
ܩܐܡ ܗܘܐ ܒܨܠܘܬܐ ܟܠܗ ܠܠܝܐ ܥܕ
ܡܕܢܚ ܫܡܫܐ ܐܝܟ ܠܥܡܠܐ ܕܩܕܝܫܘܬܐ
ܗܢܐ ܗܘܐ ܕܐܬܝܗܒ ܒܠܒܗ ܘܫܪܐ ܒܐܠܗܐ
ܕܡܫܡܫܐ ܘܡܠܦ ܠܗܘܢ ܥܕ ܕܡܫܠܐ:
ܗܘ ܕܚܒܝܒ ܒܡܫܡܫܢܘܬܐ ܡܢ ܦܬܓܡܐ ܘܒܝܐ
ܢܦܫܬܐ ܕܐܠܗܘ ܕܡܘܢܐ : ܗܢܐ
ܗܘܐ ܫܡܥܐ ܕܫܟܪ ܡܢ ܡܕܡܢܐ
ܠܐܠܗܘܬܗ

PER idem fere [1] tempus captus Regis juſſu, atque in vincula conjectus eſt BADEMUS Coenobiarcha, in Urbe [2] Bethlapeta nobilibus, & copioſis parentibus natus, qui Chriſtianam diſciplinam amplexus, patrimonium in pauperes primum diſtribuit, relictaque mox urbe, atque in ſuburbiis exſtructo Monaſterio, eodem, piam acturus vitam, ſeceſſit, in eam unice cogitationem defixus, ut ſancte vivendo Divinam rebus in omnibus voluntatem exſequeretur. Inde vero ad proximorum quoque ſalutem curam conferens ſuam, inopes, miſeroſque homines, quovis tempore ad ſe ventitantes, eximiae caritatis officiis complectebatur, moeſtoſque, & adflictos ſingulari amoris ſignificatione conſolabatur, & recreabat. Abſtinentia inſuper uſus eſt admirabili; nam producto frequenter per hebdomadam jejunio, ſitim demum aqua, & famem arido pane ſedare ſolitus fuit. Abſtinentiae vero adeo par fuit vigiliarum nocturnarum conſuetudo, ut ſupra communem naturae modum a veſpera ad lucem diei

S. Bademus in vincula conjicitur.

2 Ejus Patria. Monaſterium exſtruit.

Ejus virtutes.

diei ſequentis integras noctes inſomnes duceret, & ſublatis interea in Caelum manibus oraret. Hic ille profecto eſt, qui ob cordis munditiem electus, habitavit in loco Altiſſimi, & aſcendit in montem ſanctum Domini: qui accepit benedictionem a Deo ſalutari ſuo, & vidit faciem Dei Jacob: qui fuit, velut quoddam ſalutare fermentum, ex primigenio illo generis noſtri limo decerptum, atque ad ſanandam corruptam aetatis noſtrae maſſam conſervatum: cujus ſanguis, velut in lance nobis oppoſitus, laxatos, depravatoſque noſtrorum temporum mores carpit. Hic eſt Lapis electus, qui ex monte fidei avulſus eſt, & ex rupe veritatis fuit exſciſus. Ipſo praeſente, procul diffugere vitia, ingluvies, atque obſcenae libidines, avaritiae ſordes, & opum cupiditas, depoſitiſque velut armis, latebras quaeſivere. Quumque caſu in cum incidiſſent opulentia, faſtus & luxus, profligati ſunt: adeo ſuperbiam, inſolentiamque depreſſit, & conculcavit. Vitiis porro procul amotis, Chriſtiana paupertas,& humilitas continuo illius lateri adhaeſerunt. Fides itidem quum juſtitiam, in eo florentem, laeta cerneret, ipſum adamavit. Illum caritas, concordia, pax, tranquilitas, & miſericordia ſuis amplexibus, & oſculo dignatae ſunt, ejuſque conſuetudine, & moribus captae, perpetuum apud illum domicilium ſuum conſtituerunt. Arbor quippe fuit, cujus odor, & poma viſa ſunt illis jucundiſſima.

Ad quatuor menſes una cum 7. Monachis in carcere detentus.

Hic talis, tantuſque vir Bademus ad quatuor menſes teterrimo in carcere vinctus jacuit, unacum aliis ſeptem [3] Fratribus. Quo temporis intervallo

3 Crudeliſſime torquetur.

ter ad quaeſtionem producti, atque cudeliſſime torti,& fuſtibus caeſi,Deum verum conſtantiſſime profeſſi ſunt, tortique vicerunt tortores. Eodem in carcere detinebatur illuſtris ex optimatum ordi-

Narſes Marajas Chriſtianæ

ܘܐܦ ܠܗ ܠܡܠܟܐ ܐܬܚܡܨܘܗܝ ܒܪ ܐܠܗܐ
ܚܐܪܘܬܐ . ܘܐܬܩܪܝܘܗܝ ܢܪܣܝ ܥܩܪܐ
ܕܡܠܟܐ ܚܡܘܗܝ ܕܢܣܘܩ ܐܝܟ ܕܢܣܓܘܕ ܠܗ
ܠܫܡܫܐ ܘܡܛܠ ܢܥܒܕ ܡܢ ܐܡܝܢ
ܘܡܦܩܕܐ ܠܡܛܪܬܐ ܕܡܠܟܐ ܠܗܘܢ . ܘܡܥܩ
ܗܘ ܕܝܢ ܕܥܠܝܠ ܡܥܡܕܘܬܐ ܗܘܐ ܘܐܬܬ
ܚܠܐ . ܘܡܢ ܒܬܪ ܗܘ ܗܘ ܢܝܚܐ ܐܡܪ ܠܗ :
ܐܘ ܢܪܣܝ ܕܡܠܟܐ ܠܡܠܟܐ ܡܢܠܟܐ ܢܟܬܪ
ܐܣܬܓܠܝܬ ܕܡܠܟܐ ܕܫܡܝܐ ܐܬܠܛܝܬ : ܡܢ ܐܝܟ
ܗܘ ܠܐܘܪܚ ܢܦܩ ܐܢܫ ܘܐܠܐ ܠܒܛܝܠܘܬܐ
ܡܢ ܕܝܢ ܕܝܫܐ ܕܡܠܟܐ ܟܕ ܠܒܫܘܬܗ
ܕܐܬܪܗ : ܐܢܐ ܠܝܬ ܒܟܬܒܐ ܕܒܠ ܐܬܟ
ܡܥܒܕܢܐ ܕܠܐܟ ܐܢܐ ܗܘ ܕܐܬܡܕܪ :
ܡܫܒܚܬܐ : ܘܐܦ ܐܬܐ ܐܢܐ ܠܐ ܡܢ ܐܢܬܢ
ܠܡܠܟܐ ܗܘ ܢܛܪ ܫܘܡܗܐ ܕܐܬܡܠܟ ܘܠܐ ܡܢ
ܐܬܢܣܒ : ܢܫܒܩ ܕܝܢ ܒܕܝܡܐ ܗܘ ܐܣܝܪܐ
ܒܟܘܪܗܢܐ ܘܐܬܝܒ ܩܫܝܫܐ ܗܘ ܡܢܐ
ܣܝܦܐ ܕܒܝܠܘܗ . ܘܡܣܝܒܪܐ ܕܡܠܟܐ
ܐܬܟܒ ܕܢܟܣ ܥܠ ܡܕܝܢܬܐ . ܘܡܣܡܟܐ ܠܐ
ܕܠܐ ܡܥܒܪܝܘܗܝ ܡܢ ܬܪܝܢ : ܡܛܠ ܕܝܦܠܛ
ܕܐܬܐ ܗܘܐ ܘܐܢܐ ܠܟ . ܘܡܠܟܐ ܐܬܦܠܛܗ
ܠܡܠܟܐ ܟܕ ܡܥܩܒܐ ܗܘ ܢܣܒܘܗܝ ܗܘܘ :
ܘܟܕ ܗܢܐ ܡܟܝܠ ܐܬܐ ܠܡܠܟܐ ܟܕ ܡܠܟܐ
ܡܕܐܬܚܫܒ . ܘܗܘ ܕܩܠܐ ܘܩܛܠܗ ܠܐ ܐܫܬܝ
ܐܬܕܢܚ ܘܐܬܡܚܝ ܐܦ ܡܢ ܐܠܗܐ ܕܟܠܢܐ
ܥܩܪܐ ܠܐ ܡܬܡܚܝܢ ܗܘܐ : ܗܘܕܝܢ ܐܦ
ܗܘ ܟܕ ܐܡܪ ܕܟܠ ܟܕ ܡܠܟܐ ܘܡܩܒܠ ܢܟܣܗ
ܡܢ ܦܓܪܗ ܐܠܐ ܐܠܗܐ .
ܐܡܠܟ ܕܝܢ ܐܬܠܒܫ ܕܡܫܒܩܢܐ ܠܡܠܟܐ
ܢܫܩ ܒܟܘܪܐ : ܐܦ ܥܠܘܗܝ ܐܬܩܛܠ
ܕܠܡܫܐ ܕܠܐܠܐ ܗܘ : ܘܐܬܚܙܝܬ ܐܝܟ
ܡܠ ܕܝܢܐ ܗܘܐ .
ܐܢܐ ܕܝܢ ܗܘܝܬ ܥܒܕܐ ܕܐܠܗܐ ܗܘܝܬ
ܠܡܣܒܪ ܗܘܐ ܒܗܝ ܐܬܐ ܥܩܪܐ ܐܬܡܠ
ܗܘܐ ܥܠܝܟ ܠܡܕܢܐ ܕܡܫܝܚܐ ܥܕܡܐ
ܡܠܬܐ . ܘܡܢܝ ܐܬܩܛܠ ܡܥܠܝܐ .

ordine vir, Narſes nomine, cognomento Marajas, urbis Arnuni Provinciae ⁴ Beth-Garmeae dominus, qui Chriſtianus, quod ſolem adorare recuſaſſet, in vincula publica conjectus fuerat: at infelix, Religionis poſtea deſertor, animo debilitari, atque pietatis ſtudio languidiore eſſe coeperat, ac demum ſanctioris propoſiti oblitus, clarum virtutis ſuae curſum non eodem exitu concluſit. Nam objecta praeſentis voluptatis ſpecie, rerumque fluxarum amore captus, Caeleſtis Imperatotis gloriae terreni Regis honorem anteferens, manus dedit, ſpoponditque, quaecumque ille imperaſſet, ſe abſque cunctatione facturum.

4

Religionis deſertor.

Tum vero Rex, re deliberata, praecepit, ut fortiſſimus quidem Bademus vinculis exſolutus, Lapetam in Urbem, ad locum Narſactam dictum, ubi Regium Palatium, eſt deduceretur⁵: 5
Narſes contra catenatus unacum ipſo traheretur, ea conditione, ut ſi quidem ſe vellet in priſtinam vindicare ⁶ liber- 6
tatem, B. Bademum ſua manu jugularet; miſſique protinus duo Regii adminiſtri, qui ejuſmodi cauſſae praeeſſent. Quum ergo accepta conditione ignavus ille gladium in B. Bademum ſtrinxiſſet, hominem hic ſevera fronte intuitus: Heu Narſes, ait, adeone deturbavit te e mente infelix ſenectus tua, ut Sanctorum ſanguinem profundere non perhorreſcas? O te etiam atque etiam miſetum! Quid tibi jam erit conſilii: quae teliqua perfugii ſpes a formidoloſo judicio, quod in te ad juſtiſſimi Dei tribunal actutum habebitur? Mihi ſane in teſtimonium verae fidei pro Chriſto mori dulce, & ſuave eſt; at alieno ferro cadere exoptabam, non tuo. Narſes contra repentino, videlicet, metu conturbatus, & expalleſcens, nec indignum facinus advertebat, nec miſericordia commovebatur; ſed exſerto impudenter ferro, B. Bademi cervicem quater percuſſit. Ita demum caput abſcidit, ad ictum, ſcilicet, ob mentis conturbationem manu ttepidante: quod genus lentae mortis non levem Sancto Martyri crnciatum adauxit. Atque hunc in modum, & hoc illuſtri

Regis juſſu S Bademum interficit.

Narſetis interitus. ſtri nomine S. Bademus Martyrii gloriam adeptus eſt. At ignavus ille parricida ab ipſis etiam Ethnicis exſibilatus eſt, & aliquo poſt tempore occiſus, interiit [7].

7 *S. Bademi Martyrii tempus.* Martyrii coronam conſequutus eſt Beatus Athleta Luna decima [8] menſis Aprilis, ejuſque Corpus ſub tenebras ejuſdem noctis ſublatum, perhonorifico ſepulcro

8 conditum eſt.

Monachi ſeptem poſt Saporis mortem libertate donantur. Fratres autem ſeptem, quos una cum B. Bademo in publicam cuſtodiam conjectos fuiſſe, diximus, poſteaquam ad quatuor circiter annos in carcere jacuiſſent, exſtincto demum Sapore Rege, vinculis exſoluti, libertatem obtinuerunt.

ADNOTATIONES.

(1) Acta ab Aloyſio Lipomano, aliiſque ex Codice ms. Graeco Cryptae ferratae edita, ſic incipiunt: *Quo tempore Quadraginta illi Sancti Martyres interfecti ſunt, comprehenſus fuit Bademus &c.* Hinc autem plane colligitur, Graecis olim nota fuiſſe Acta SS. Martyrum Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum, eorumque duodequadraginta ſociorum, huic S. Bademi Martyrio a nobis praemiſſa, in quibus iidem Quadraginta Martyres anno Perſequutionis 36. ac proinde Saporis Regis 66. Chriſti 375. menſe vero Majo caeſi perhibentur.

(2) Lipom. *Bethlapat*. Haec porro vocum ex ܒܝܬ *Beth*, quae domum ſonat, & propriorum locorum nomine compoſitio, Chaldaeis aeque familiaris eſt, ac Syris & Ebraeis; ut ex Bibliis conſtat, in quibus *Beth-el*, *Beth-lehem*, *Beth-ſaida* &c.

(3) *Fratres*. Sic Monachos Coenobitas, ſeu Conventuales Chaldaei & Syri vocant.

(4) Lipom. & Henſchen. *Erat autem tempore illo quidam, nomine Nerſan, Princeps urbis, quae Aria dicebatur in territorio Bedgermae.*

(5) Iiſdem. *Juſſitque Bademum vinculis exolutum in atrium Palatii per obliquam januam duci.*

(6) Ex Codice Graeco Cryptae ferratae vertunt Lipomanus & Henſchenius. *Si Nerſan Bademum interficit, a vinculis ſolvatur, & accipiat ejus bona. Juſſerat enim Rex ipſe omnia ipſius bona in fiſcum conferri.*

(7) Lipomanus pro *Parricida* male habet *Regem*.

(8) Ex eodem Codice Cryptae ferratae Lipomanus, aliique pro *Luna decima menſis Aprilis*, ſcribunt *diem octavam* ejuſdem menſis; ad quam proinde Molanus in Auctario Uſuardi S. Bademi memoriam celebrat: in Synaxariis autem Graecorum ejuſdem S. Martyris Paſſio ad nonum Aprilis diem refertur. Sed utrobique perperam. Nam Luna Aprilis decima, anno Chriſti 376. ad quem S. Bademi Martyrium ex dictis revocandum eſt, non in ſolarem Aprilis diem octavum, aut nonum, ſed in decimum tertium incidit, ut ſuperius diximus

ADMONITIO

In Martyrium Sanctorum ACEPSIMAE Epiſcopi & Sociorum.

Acta a Lipomano edita, Metaphraſti perperam tribuuntur. Acta Sanctorum Martyrum Acepſimae Epiſcopi, Joſephi Presbyteri, & Aithilahae Diaconi, quibus ſuam hanc de Saporica quadraginta annorum Perſequutione hiſtoriam claudit Maruthas, ex interpretatione Gentiani Herveti apud Lipomanum, & Surium cum ms. Graeco Mediceo Regis Chriſtianiſſimi conlata, vulgarunt Bollandiani ad diem 22. Aprilis; eaque, authoritate Leonis Allatii ducti, genuinum eſſe Simeonis Metaphraſtis foetum, cenſuerunt; ac proinde a Theodorico Ruinarto, antiquiora monimenta de Sanctis Martyribus quaerente, quam ea, quae a Metaphraſte, aliiſque mediae aetatis authoribus ex proprio marte referuntur, praetermiſſa ſunt. Verum falſi, atque levitatis planiſſime arguitur Allatius, vir ceteroquin doctiſſimus, tum ex autographis hiſce Actis, ſeptingentis minimum ante Metaphraſtem annis Chaldaice a S. Marutha conſcriptis, quae ex Codice Nitrienſi Vaticano I. heic proferimus, quibuſcum vulgata adprime quidem concordant, ſi varia excipias, quae ab interprete Graeco de more interpolata fuerunt, tum vero potiſſimum ex pluribus eorumdem Actorum vulgatorum locis, quae Scriptorem & Syrum, & coaequalem fuiſſe, ſatis ſuperque oſtendunt.

Et a Graecis interpolata.

Porro

Digitized by Google

Porro Sancti Acepſimae, & Sociorum memoriam recolit Menologium, Baſilii Porphyrogeniti Imperatoris juſſu editum, die III. Novembris in haec verba. *Certamen Sanctorum Martyrum Acepſimae Epiſcopi, Joſephi Presbyteri, & Aithalae Diaconi. Iſti quoque Sancti in Perſide Martyrium ſubjerunt a Sapore Tyranno, temporibus Conſtantini Magni Romanorum Imperatoris. Erat autem Acepſimas Epiſcopus veneranda canitie, quippe qui octogeſimum annum ageret, corpore adhuc firmo, proceroque, & recta: ad haec opibus affluens; comprehenſus autem cum ſociis, ſiſtitur Magorum Principi. Quumque adduci non poſſet, ut Soli, & Marti ſacrificaret, quin potius illos contumeliis adficeret, graviſſime caeſus, in vincula rapitur. Poſtea adductus Joſeph, qui ex eadem regione erat, & ipſe ſenex, quod Archimago contradixiſſet, fuſtibus uſque adeo percutitur, ut conciſis foede carnibus, oſſa nudarentur: deinde in carcerem truditur, una cum Sancto Acepſima. Poſt hos & Aithalas producitur, revinctiſque ad genua manibus, ita membra ſingula luxantur, ut tota corporis compages diſſolveretur. Tandem Acepſimas inter flagra expiravit. Joſeph inverſo capite ſuſpenſus lapidibus obrutus eſt: Aithalas vero & ipſe capite inverſo ſuſpenſus ſpiritum tradidit.* Haec Baſilii Menologium; quae, ut vides, Actis noſtris adamuſſim reſpondent, ſi Marti, Deo Perſis ignoto, Lunam, & Conſtantino Magno, ante annos tres & quadraginta e vivis ſublato, Theodoſium ſeniorem ſuſſeceris. S. Acepſimae, & Sociorum memoria, & cultus. In Menologio Baſiliano.

In Synaxario Syrorum iidem Martyres hocce Elogio celebrantur. [illegible] In Synaxario Syrorum.

Die III. Novembris Certamen Sanctorum Chriſti Martyrum Acepſimae Epiſcopi, Joſephi Presbyteri, & Aithilai Diaconi. Iſti florebant diebus Saporis Perſarum Regis, comprehenſi autem ſiſtuntur Artaſacari Magorum Praefecto, ut de eorum ſtatu inquireret: qui Acepſimam Epiſcopum virgulis ex malo punico actutum verberari juſſit, Joſephum Presbyterum humi diſtentum fuſtibus percuti, donec diſcerptis ex immani illa fuſtigatione carnibus oſſa paterent, mox vinctum in carcerem detrudi: Sanctum autem Aithilaum obligatis ſub genibus manibus, pedibuſque adeo crudeliter torqueri, ut articuli ſinguli luxarentur, tum in vincula caujici. Poſt haec S. Acepſimas a triginta ſatellitibus iterum flagellatus, Deo animam tradidit: Joſephus autem Presbyter capite ſuſpenſus, flagriſque ſaeviſſime caeſus, tum lapidibus abrutus occubuit: demum Sanctus Aithilaus inverſo pariter capite ſuſpenſus, & a quadraginta lictoribus tortus; inde vera lapidatus ſpiritum Deo reddidit. Hactenus Synaxarium Syrorum.

Similia Elogia habentur in MS. Synaxario Graeco Collegii Claromontani Societatis Jeſu, ac in aliis MSS. Graecorum Menaeis, & ex iis apud Sirletum, Galeſinium, Ferrarium, & Molanum; qui tamen in ſuo Auctario Sanctum Martyrem Aithilaham ſeorſim ab Acepſima, & Joſepho Kalendis Septembris commemorat. In Synaxariis Graecorũ MSS.

At in Menaeis excuſis ad diem 3. Novembris Sancti quidem Acepſimae memoria recolitur, ſed elogio cum ab hactenus relatis, tum ab Actis Chaldaicis, & vulgatis omnino diſcrepante. Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἀκεψιμᾶ. Οὗτος ἦν ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου ὃς ἐν οἰκίσκῳ καθείρξας ἑαυτὸν ἑξήκοντα διετέλεσεν ἔτη· μήτε ὁρώμενος μήτε φθεγγόμενος· ἀλλ' εἰς ἑαυτὸν νεύων καὶ τὸν Θεὸν φανταζόμενος πᾶσαν ἐκεῖθεν ψυχαγωγίαν εἶ- In Menaeis excuſis alius a noſtro Acepſima deſignatur.

χετο· τὸ δὲ ὄρυγμα, οὐδὲ ὅλον ἦν κατ' εὐθὺ κατορωρυγμένον· ἀλλ' ἐγκάρσιον ἑλικοειδῶς κατεσκευασμένον. Τροφὴ δὲ αὐτῷ ἐκομίζετο φακὸς διάβροχος ὕδατι· ἅπαξ δὲ τῆς ἑβδομάδος, νύκτωρ ἐξιών, τὸ ἀρκοῦν ὕδωρ ἀπὸ τῆς πελαζούσης ἀνιμᾶτο πηγῆς· δι' ἧς οὐδὲ μηδενὸς βλεπόμενος. καὶ πολλῶν θαυμάτων γενόμενος αὐτουργὸς, καὶ τὴν τοῦ Πρεσβυτέρου ἀξίαν βίᾳ καταδεξάμενος ἐν εἰρήνῃ τὸ Πνεῦμα τῷ Θεῷ παρέθετο. *Eodem die* (3. Novembris) *Commemoratio Sancti Potris noſtri Acepſimae. Hic, Theodoſio Magno imperante, floruit; qui parvo gurguſtio incluſus, vixit annos ſexaginta, qui neque viſus eſt, neque aliquem eſt adloquutus. Sed ſibi ipſi intentus, Deumque contemplans, omni Caeleſti conſolatione adficiebatur. Cubile ejus ex omni parte houdrecte effoſſum erat, ſed in obliquum porrectum, & claviculatim conſtructum. In cibum autem ei lens, aqua imbuta, deferebatur. Semel vero in hebdomada noctu egreſſus, aquam a vicino fonte, quantum ſatis erat, hauriebat, quum a nemine videretur. Multorum porro Miraculorum author ipſe factus, & Sacerdotalem dignitatem invitus quum ſuſcepiſſet, in pace Spiritum Deo tradidit.* Hoc praeterea diſtichon in ejuſdem laudem ſubjungitur.

Τήξας ἑαυτὸν ἐγκρατείᾳ καὶ πόνοις
 Ἀκεψιμᾶς μετῆλθεν ἔνθα μὴ πόνοι.
Macerans ſe ipſum temperantia, & exercitatione,
 Acepſimas venit ubi non ſunt labores.

Verum alium heic a noſtro Acepſima deſignari, nemonon videt; quum nec ei ſocii adjungantur Joſephus, & Aithilahas, nec Epiſcopus, & Martyr, ſed Presbyter ſolitarius occubuiſſe dicatur.

In Martyrologio Romano, ex Sozomeno.

Martyrologium autem Romanum S. Acepſimam colit die XXII. Aprilis, eique Jacobum Presbyterum, necnon duos Diaconos & complures alios Clericos Martyrii ſocios adjungit, & S. Aithilaham vocat Presbyterum, hiſce verbis. *Paſſus eſt Acepſimas Epiſcopus cum Presbytero ſuo Jacobo, item Aithala, & Joſepho Presbyteris, Azadane, & Abdieſo Diaconis, & compluribus aliis Clericis.* Nimirum ex Sozomeno, qui Hiſt. Eccleſ. lib. 2. cap 13. haec de S. Acepſima, ejuſque Sociis, a genuinis quidem hiſce Actis nonnihil diſcrepantia, tradit. *Sub idem tempus*, Magi, *Acepſimam Epiſcopum, multoſque ex ejus Clericis corripuerunt. Poſtea tamen deliberatione habita, ipſum Antiſtitem cepiſſe contenti, reliquos ablatis eorum facultatibus dimiſerunt. Jacobus autem quidem Presbyter ſua ſponte Acepſimam ſequutus eſt. Quumque impetraſſet a Magis, ut cum ipſo pariter in vinculis verſaretur, ipſe, ut pote ſeni, alacriter miniſtrabat, ejuſque aerumnas ſublevabat, prout poterat, & vulneribus medicinam adhibebat. Nam paullo poſtquam captus fuiſſet, Magi loris crudis eum verberaverant, Solem adorare cogentes. Sed quum id facere recuſaſſet, rurſus eum in vincula conjecerant. Per idem tempus Aithalas quoque, & Jacobus Presbyteri, & Azadanes atque Abdieſus Diaconi, ob doctrinam Chriſti a Magis crudeliſſime flagris caeſi, in cuſtodia detinebantur. Poſt longum autem temporis ſpatium ſummus Princeps Magorum de illis Regem conſuluit. Quumque liberam accepiſſet poteſtatem, eos pro arbitratu ſuo puniendi, niſi Solem adoraviſſent, mandatum Saporis iis, qui in carcere tenebantur, ſignificat. Qui quum diſerte reſpondiſſent, nunquam ſe Chriſtum proditūros, nec Solem adoraturos eſſe, crudeliſſime eos torſit. Et Acepſimas quidem in confeſſione fidei fortiter perſeverans, mortem oppetiit. Cujus reliquias quidam ex Armenio, qui obſides erant apud Perſas, clanculo auferentes, ſepulturae mandarunt. Reliqui vero, quanvis non minus acerbe flagris caeſi eſſent, praeter omnium opinionem in vita manſerunt, & quum priſtinam ſententiam non mutarent, iterum contruſi ſunt in vincula. Inter hos fuit etiam Aithalas, qui quum inter verberandum diſtenderetur, prae nimia extenſione brachia ei ab humeris divulſa ſunt, manuſque mortuas, ac pendulas deinceps circumtulit, ita ut olii cibos ori illius admoverent.* Hucuſque Sozomenus.

In Martyrologio Baſileēſi, ex eodem Sozomeno.

Demum Baſileenſes in ſuo Martyrologio anno 1584. Friburgi excuſo, ad diem X. Aprilis SS. Aithilaham, & Joſephum ſub nomine Jacobi colunt his paucis verbis: *In Perſia Sanctorum Martyrum Aithalae, & Jacobi Presbyterorum.* Nec mirari ſubit, & Aithilaham heic rurſus dici Presbyterum, & Jacobum Joſepho ſuffici; in Sozomeni etenim, quem ducem ſequuti ſunt impegere lapſum omnes fere Latini Scriptores.

S. Maruthae

Et quidem Sancto Maruthae, Actorum, quae prae manibus habemus, ſcriptori

potius,

potius, quam Sozomeno, aliiſque Graecis, eorumdem Actorum interpolatoribus, fidem adhibendam eſſe, liquet vel ex epilogo, quem, ſupremam tandem Saporicae quadraginta annorum Perſequutionis hiſtoriae manum admovens, idem Maruthas hiſce Sanctorum Acepſimae & Sociorum Martyrii Actis adnectit, quique una cum eleganti ejuſdem Scriptoris Prologo apud Grecos, Latinoſque Interpretes, quorum opera ſuperſunt, deſideratur. In eo etenim, ut legenti patebit, Perſequutionis Saporicae initium, & finem unacum ipſius Saporis annis adſignans, Lectoremque proinde admonens, ne praepoſteri, quem in referendis hoc in Opere Martyrum Actis, ſervaverat, ordinis rationem habere velit, apertiſſime teſtatur, ſe Martyribus, quorum Acta Judicialia copioſe refert, coaequalem fuiſſe, ſibique illos videre licuiſſe; quos vero ipſe non vidit, vel qui antiquiores fuerunt, eorum ſe geſta ac Martyria, ſecundum notitiam tum ſibi a ſenioribus Epiſcopis, ac Presbyteris, teſtibus fide digniſſimis, omnique exceptione majoribus, utpote oculatis, traditam, tum vero ex Patrum ſermonibus, exacte deſcriptis, & ex ſimplici quodam ejuſdem Perſequutionis hiſtoriae volumine, quod in ſuas manus incidit, hauſtam, diligenter, fideliterque conſcripſiſſe. Enimvero Saporicae quadraginta annorum Perſequutionis Marutham noſtrum ſynchronum fuiſſe, atque adeo plerorumque Martyrum tum coronatorum quaeſtionibus praeſentem adeſſe potuiſſe, evidenter demonſtrat ejuſdem Sanctiſſimi Praeſulis compendium vitae, quod a Graecis potiſſimum, Latiniſque illorum temporum Scriptoribus depromtum, ſub hujuſce Operis initium exhibuimus. *potius quàm Sozomeno, aliiſque Graecis Interpretibus fides habenda.*

Ceterum ex ipſis Actis plane diſcimus, illuſtres hoſce Chriſti Martyres anno Perſequutionis 37. Saporis Regis 67. comprehenſos fuiſſe; coronam autem non adeptos, niſi ſeptuageſimo, & poſtremo Saporis anno, qui ex concordi Chronologorum ſententia in annum Aere vulgaris 380. competit, & Acepſimam quidem Luna x. Octobris, ineunte anno Chriſti, juxta ſupputationem Syrorum, qui, anni exordium a Kalendis Octobris arceſſunt, 380. Joſephum vero feria ſexta hebdomadae 1. Pentecoſtes, ſeu infra Octavam Paſchatis, quod eo anno celebratum eſt die 12. Aprilis. Nam, ut alibi adnotavimus, Pentecoſtes nomine totum illud dierum quinquaginta ſpatium Orientales intelligunt, qui a Paſchate Reſurrectionis ad Spriritus Sancti uſque Adventum numerantur: Aithilaham demum feria quarta hebdomadae ultimae Pentecoſtes, ſeu die 27. Maji, ut ex Tabulis Paſchalibus conſtat. *S. Acepſimae, & Sociorum Martyrii tempus.*

ܣܗܕܘܬܐ

ܕܐܩܒܫܡܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ : ܘܝܘܣܦ ܩܫܝܫܐ : ܘܐܝܬܐܠܗܐ ܡܫܡܫܢܐ :.

A C T A

SS. Martyrum ACEPSIMAE *Epiſcopi*, JOSEPHI *Presbyteri*, *&* AITILAHAE *Diaconi.*

Anno Saporis II. Perſarum Regis 67 Perſequutionis 37. Chriſti 376.

[illegible]

ECce vero jam ad immenſum pelagus transfretandum me inſtruo, & ſi, queis opus habeo, vires ſuppetent, ad quas cogito, terras adpellam. En fluctibus me committo, & ſi dabitur, quandoque in portum vehar. Terret me ignoti freti altitudo, perhorreſco tempeſtatum rabiem; propterea non dubiae fidei ſigno meam ſalutem credo, ſed firmum, tutumque navigium conſcendo, quod fabri tres *Scriptoris Prologus.*

 ſua

ſua in arte navi, atque induſtrii, iidemque ſapientiſſimi ſenes, & architectati ſunt, & conſtruxerunt. Haec ſcilicet eſt felix illa ratis, quae, multis navibus ſaeva quadam tempeſtate diffractis, diſſipatiſque, procul a metu fuit, atque inter tot maximarum navium everſiones, & naufragia ventorum vim eluſit, curſumque ſuum, nequidquam obluctantibus procellis, feliciſſime tenuit. Iſtud quippe artis arcanum ejuſdem architecti a Summo Opifice didicerant, adfatim ab ipſo docti, quo operis genere ratem ſuam conſtruerent, quibuſve armamentis obfirmarent. Ceterum quemadmodum ipſorum Dominus furentes olim ventos increpuit, iique illius imperio obtemperantes, protinus conticuerunt: ita ſua quoque ipſi fortitudine contra inhorreſcentis maris undas eluctati violentos procellarum impetus repreſſerunt. Una fuit navis, una fides omnium, cui unum ab una Cruce praeſidium aderat, cui una via ab uno ſpiritu deſignabatur, cui tres Navarchi praeerant, quum ad ejus gubernaculum tres Divinae Trinitatis Perſonae ſederent. Multiplici porro armamento ante expeditionem inſtruenda erat, multis enim cum procellis erat conflictatura, & multiplici aerumnarum genere exagitanda, nec leves latura moleſtias; quas tamen, diligentiſſimo Navarcho ejuſdem curſum ſapienter moderante, ingens laetitia, & jucundiſſimae animi voluptates exceperunt. Nec mirum; nam quum BB. Martyrum vota in unum, eundemque finem tenderent, a recto tramite numquam deflexere, donec cum triumpho in portum ſempiternae gloriae, in illum, inquam, portum, cujus ſtructura Regum potentiam, & ſapientum Architectorum peritiam longe antecellit, feliciſſime invecti ſunt. Neque enim illum excitavere fabri mortales, quum aſpectabilis non ſit. Procul ab hac tranquilliſſima ſtatione ferocientis pela-

pelagi fluctus, in qua marinarum quoque beſtiarum ferocia repreſſa eſt, ne poſthac in hominum perniciem graſſari pergerent, injectumque frenum Draconi, aliiſque pelagi monſtris, eorumque infeſtationes cohibitae fuerunt. Interea dum portum Beati Martyres quaerunt, ex ejuſdem maris profundo margaritam illam pretioſam extulerunt, & per laborioſae navigationis incommoda pulcherrimas gemmas, aurumque puriſſimum, atque eximias opes collegerunt. Iſtos merito dixerim ſapientes mercatores, quippe qui perennibus lucris, & ſinceris voluptatibus, aeternum duraturis, inhiarent, iiſque comparandis toto pectore incumberent, qui longius diſſitarum regionum mercimonia, Urbiumque remotarum opulentam negociationem expeterent; utpote qui pelagi incertas ſemitas exploraſſent, & irremeabiles errores, atque fatales exitus adnotaviſſent. In hoc ergo tam periculoſo, atque latronibus infeſto mari prudens iſtorum SS. Martyrum negociatio in amplas opes crevit, auctaque in duplum acceptorum talentorum ſors. Ceterum amplificatis illorum opibus recenſendis, atque rebus fortiter geſtis pro dignitate enarrandis ii fortaſſe pares erunt, *qui deſcendunt mare in navibus, tranſeuntes per aquas multas*. Ipſi viderunt opera eorum, & duriſſimam cum illis quaeſtionem in confeſſione fidei pertulerunt. Ab iſtis itaque SS. Martyrum ſociis certa eorundem acerbiſſimi Martyrii notitia ad nos uſque devenit. Tu, Domine, quaeſo, Martyrum iſtorum precibus propitius mihi fias, mentemque meam ſpiritu ſapientiae adflare digneris, non ut ego inanem inde gloriam, laudemque fluxam, & caducam videar aucupari, ſed ut illi, quam maximam in me eſſe ſentio, conſulam tenuitati, ut ſpiritum meum inopem, & indiſertum tua copia inſtruam, infirmique animi mei cogita-

Mercatoribus comparantur Martyres.

A SS. Martyrum ſociis eorundem Martyrii notitiam Scriptor habuit.

Pſal. 109.

Sanctorum invocatio.

gitationes cohibeam; quas tamen, oro, ad illum intellectum, ad illius, nempe, rerum exploratoris ignis efficentiam, atque virtutem elevare, ne dedigneris. Ejus vi, obſecro, omnes animi mei adfectiones expurgentur, meaeque mentis evagationes, erroreſque certo limite definiantur. Atque ita demum fiet, ut dum iſtorum Martyrum geſta recogito, non meas, ſed illorum cogitationes expromam, eorumque praeterea in agendo gratia, in dicendo vis, atque copia in labia mea, & os meum tranſfuſae, videantur. His porro opibus inſtructus animus meus, ſuas per myſticam obſignationem dimenſiones, ceu viae viaticum, adſequetur, longitudinem, ſcilicet, & latitudinem, hoc eſt, ſcientiam, & veritatem; proprias item oratio inveniet, ſublimitatem, nempe, & profunditatem, ideſt, caritatem, & intelligentiam, velut arcanum a myſtico ſale condimentum. Haec utinam caritas Acta iſtorum Martyrum excepturos incendat, Divinaque ſapientia imbuat, doceatque nihil extimeſcere, nihilque, quod adcidere poteſt, intolerandum putare! Ego vero Divina gratia adjutus, veſtro etiam praeſidio fortior, alacriorque fiam, o egregii Senes, qui ad athleticum ſtadium juvenile robur adtuliſtis, coronamque proſpectantes, & in praeſentes Athletas intuentes, velut in priſtinum reſtitutis, quas anni detriverant, viribus, in arenam proſiluiſtis, remque fortiter geſſiſtis. Primum itaque ſcribere adgredior incredibiles, quas devoraſtis aerumnas, quamquam eas dicendo adſequi vix ullus poſſit, nec ipſe pertentare queam ſine magno animi mei dolore; quoniam dum triſtem Paſſionis veſtrae memoriam renovare compellor, gravi inde ab acerba ſcelerum meorum recordatione ſuffundor pudore, atque verecundia. Propterea capiti meo peto aquas, & oculis meis fontem lacrymarum, quibus

bus veſtram acerbiſſimam Paſſionem,& vebementiſſimos eruciatus in libro doloris, in tabulis mentis meae deſcribam verbis, quae ſunt gemitus, ex intimo ſenſu emiſſi, & lugubri atramento, lacrymis nempe oculorum meorum, & ex ordine referam ſtigmata,olim membris veſtris impreſſa. Heic vero deſignata mollibus literis, imbre ſcilicet pupillarum mearum, veſtra ſanctiſſima nomina chartis imprimam pectoris mei, & veſtra Paſſionis lectio, & lectione excitatus ſalutaris dolor, aegritudini meae medeatur. Audiant ſenſus mei, & in lacrymas ſinceras poenitudis ſolvantur. Cogantur in conclave ſuum omnia membra mea, & quam inutilem, imo vero pernicioſam fecerint mercaturam, diligenter aeſtiment. Enimvero totus contremiſco, dum cogito, mihi in hac tenuitate mea de fortitudine veſtra eſſe dicendum, quae publicis, manifeſtiſque experimentis probata, & laudata eſt. Nec tamen timere deſino, dum eas, quas procul a conſpectu noſtro conſequuri eſtis, victorias ſilentio praeterire delibero. O inclyti Senes, qui canitie venerandi eſtis, Eccleſiaſtiei praeterea Ordinis honore, Confeſſionis gloria, & regali ſempiterni Principatus dignitate praecellitis! Niſi profecto geſtorum veſtrorum hiſtoria literis conſignata, poſterorumque memoriae tradita fuiſſet ab iis Authoribus, quibus omnia explorata, cognitaque fuerunt, nos, noſtrae imbecillitatis memores, utique ſileremus, ne ſublime argumentum inconſiderata temeritate ſumſiſſe videremur Agonis veſtri, in quo cum vita perinde, ac cum morte dimicantes, glorioſiſſimum de utraque tropbaeum retuliſtis. Nunc vero quoniam hac partes a nobis ſuſceptae ſunt, veſtrorum triumphorum hiſtoriam retexere pro viribus conabimur. Quod ſi dicentis facultas argumenti dignitatem aequare non poterit, adeſt ſanguis veſter,

veſter, veſtrique proſtant diſſecti artus, qui veſtras loquantur laudes, noſtramque pro nobis ipſi tacite eloquendo inopiam ſuppleant. Nos etiam, dum nec de ſummo noſtro in vos obſequio, eximiaque obſervantia, nec de propoſito nobis fine quiſpiam ambigere poteſt, confidimus, nec noſtram nobis inſcitiam vitio vertendam, nec multorum criminum conſcientiam fraudi eſſe futuram. Quamobrem etſi colores ſint exangues, vivam tamen veſtrorum triumphorum imaginem adfectu, benevolentiaque depingam, veſtraeque heroicae virtutis ſimulacrum effingam quamornatiſſimum, illudque medio in orbe terrarum conſtituam. In eo ſera habebit aetas quod miretur, quod obſtupeſcat, quod cum metu revereatur, quod ſummis laudibus dignum putet; iſtam dico ſenectutem veſtram, iſtam in ſummis doloribus gravem conſtantiam, invictamque patientiam, adeo ut veſtra in noſtris literis conſpecta effigies ſapientes in mentis exceſſum raptura ſit: dumque acerrimi veſtri certaminis hunc in modum objecta ſpecies habebit ſpectatorem univerſum orbem, perinde ut indicem ignavae, timidaeque animae metum excutient, & poſthac mortem, doloremque contemnere adſueſcent. Proſtrati vero adflictique milites ad reparandas vires, animoſque colligendos provocabuntur.

Martyrum encomium.

Tu vero quicumque iſta audis ſapiens adeſto animo, & primum ſupputa horas, dies, & menſes annorum trium cum dimidio, per quod tempus tetra, ſaevaque cuſtodia iſti Beati Martyres detenti ſunt. Et poſtquam numerum, ex ea ſupputatione collectum, tenueris, iterum auſculta, & intellige, nullum Beatis Martyribus abiiſſe diem a multiplici vexatione vacuum, neque menſem ob crebros cruciatus minus infeſtum, neque horam, quae non ipſis praeſentem mortem intentaret. Die caden-

Ultra triennium Martyres in carcere detenti, ac multiplici cruciatuum genere divexati.

[illegible]

eadente, Tyranni furor minime cadebat, riee oriente luce ſegnis ad lanienam ſurgebat. Neomenias, & Phaſes, atque ineuntis anni Kalendas, feſtorumque eelebritates acerbae quaeſtiones, fuſtigationes, eompedes, ſuſpendia, immanes brachiorum luxationes funeſtabant. Penteeoſtes, eandidi dies, ut ita dieam, in atros converſi ſunt; ſub hoc enim ferme tempus Sanctorum membra Tyrannus lapidibus eontudit. Quam forti arimo fuiſtis, o Beati! quam ſtabili, & ad omnem eventum parati, qui iſta ſpectare, ac tolerare potuiſtis! Hane ſeilieet mentis praeſtantiam, conſtantiamque vobis infuderat Paulus praedieans: Nos habere nubem impoſitam confeſſionis gloriae noſtrae, quam multi non modo tenerent, ſed morte quoque teſtarentur. In vobis profecto nos judieamur: in vobis nos adeuſamur, in vobis nos condemnamur, in vobis nos redarguimur. Veſter animus noſtram ſegnitiem inerepat, veſtra in agendo alacritas noſtrum ſtuporem ineeſſit, pueritiam noſtram nobis veſtra ſenectus exprobrat, juventutem noſtram nobis aetas veſtra annis effoeta improperat: veſtra humilitas faſtum noſtrum deprimit, ſuperbiam noſtram luctus veſter confundit, adflictio veſtra luxum noſtrum notat: veſter labor otium noſtrum redarguit, veſtra conſtantia noſtram irridet ignaviam, & rerum a vobis geſtarum amplitudo noſtram merito inanitatem ad pudorem deducit, & vereeundiam. Nunc vero fingite vobis animo, viri ſapientiſſimi, qui haec audientes ingemiſeitis, atque diligenter expendite, & aeſtimate Paſſiones iſtorum Senum, quorum alter octoginta, alter ſeptuaginta, poſtremus annos aetatis ſexaginta exceſſerant, & miremini in ſenili corpore juvenile robur, iterumque ad me animum advertite, quaeque ſum dicturus adeurate perpendite, & obſtupe-

Ebr. 12. 1.

ſtupeſcite. Nam etſi moleſta adcidant, certa tamen ſunt, doloris perinde plena, ſed etiam veritatis. Quamobrem non verborum quidem ornatum, ſed magnum potius, fortemque animum expoſtulant, lacrymaſque elicient non utique ſuper eos illuſtres fidei Athletas, ſed ſuper nos ipſos large profundendas; quandoquidem ſi juſtus vix ſalvabitur, impius, & peccator ubi parebit? Ne tu proinde, quicumque es, ſcribentis infantiam deſpectes; ſed rerum geſtarum mirere potius copiam, atque magnitudinem: mirere adflictorum Martyrum conditionem, ac tormentorum genus: mirere viros miſericordes, miſeriis acerbe conflictatos, humiles ſenes, & omni honore dignos, ſupplicio, dedecore, & ignominia adfectos, Sanctos, ſua magnitudine praeſtantes, aliena nequitia depreſſos, homines liberos ad ſervilem conditionem redactos, Sacerdotes iniquae reprehenſioni, & contumeliae ſubjectos, Athletas conſtantiſſimos ſpe, metuque tentatos, ſtrenuos, & ad omnia probitatis officia paratiſſimos, aegritudine, & doloribus plenos homines, in ipſo tamen luctu, ac moerore laetiſſimos. Agedum percontare, ubinam terrarum manſuetiſſimis Senibus ſurgeret ampla domus, quibus, in anguſtiſſimo diverſorio agentibus, cubitale ſpatium, ubi caput reclinarent, vix habere licuit? Non illis culcitrae, neque molles lecti, quibus terra cubile fuit: non exquiſiti eiborum adparatus, quibus emendicata panis fruſtula menſam inſtruebant: non vinum, multis ab annis reconditum, merum & defoecatum, quibus ſimplex aqua ſedabat ſitim: non lautae veſtes, quorum corpora, pannis obſita, ſcrutis, & centunculis tegebantur. Fruſtra requires aut calceamenta in pedum cuſtodiam, quibus frigus, & nuditas pro calceis fuere, aut balneum, & unguenta, feſſis praeparari ſolita, quibus, ſanguis

guis tormentis & flagellis expreſſus, balneum praebebat. Nullae illis offerebantur deliciae, nec ulla communis cuivis mortalium animi relaxatio, quorum corpora perpetuo catenarum pondere gravabantur. Concidit ſanitas, & fractum firmi corporis robur, ubi bonae valetudini luxationes membrorum ſucceſſerunt. Aberat lux, jucundae vitae condimentum, poſtquam vincula, & tenebricoſi carceris cuſtodia perpetuam noctem induxerant. Si forte quaeris hoc in loco requiem, & quae ex multorum coitione, & amico congreſſu oritur, laetitiam, nulla fuit, ſed continuae vexationes, & moleſtiae: ſi ſocios, & amicos, ubique ſolitudo, & ſilentium: ſi ſtatum, & erectum juvenilis corporis habitum, mutatum invenies in ſanctis hiſce Senibus, quibus corpus, annorum pondere incurvum, fatiſcebat; ſi propinquos & adfines, qui ſe mutuo ſuſtentare, & adjuvare ſolent, nullos illi habuerunt, quibus una relicta fuerat ſpes auxilii, a longe adventuri; ſi libros, animum ad virtutem excitaturos, natura illis candida, & vitiis minime opacata, lucem monſtrabat; ſi lectionem, adflictorum ſolatium, nulla fuit, quibus meditandi materiem offerebant animi aegritudines; ſi reverendum Altare Sacerdotum, non illos Altare, ſed corporis luctus, voluntarie ſuſceptus, reverendos efficiebat; ſi ordines & ſubſellia Rectorum, praeter modeſtiam, atque manſuetudinem, & ſponte initam ſervitutem, non alia ipſis fuerunt dignitatis inſignia. Nullus illis praeſto fuit Medicus, naturae infirmitatem relevans, quorum ad cuſtodiam excubabat ſuperna caritas. Aberant patres, fratres, & cognati ab iis, quorum ſpes erat Pater, & Filius. Aberant & matres amantes filiorum ab iis, quos Spiritus Sanctus ſinu ſuo fovebat. Fruſtra requiras conſolatores, qui adflictos relevarent; illos quippe beatae

mentes, Caelique cives recreabant. Non eos tranquillus, qui ſolet eſſe ſenum, exitus ſuſtulit, ſed terribilis lapidum nimbus. Quocirca nec exſtinctis occluſi oculi, nec velatae manus, lapidum, videlicet, aggere tumulatae, nec artus, veſtibus ornati ſepulcralibus, quales Principum eſſe ſolent, candidis, utpote qui ſuo operti fuere ſanguine. Nec myrrha, nec aloë, quibus divitum corpora condiri ſolent, ipſis adhibitae fuerunt, quorum lacerata, & putrefacta membra ſepulcro condita ſunt. Nulla illis impenſa fuere lamentationum, & queſtuum officia, quae ſolent eſſe amicorum, defuncti ſodalis reditum deſperantium; ſperant enim illi, vocem tubae Reſurrectionis ſe olim audituros. Nulla item illis ſepulcra a docto Artifice conſtructa fuere, quos in montibus, & ſylvis ferarum ſpelaea exceperunt. Nemo ſodalium de eorum caede in judicio conqueſtus eſt, necdum injuriam ultus, quibus Paradiſum, hortum, nempe, deliciarum promiſſum fuiſſe recolebant. Porro iis, qui tanta in laboribus obeundis virtute conſtantiaque fuerunt, quantam mercedem contigiſſe exiſtimabimus? Ex illorum enim multitudine, atque immanitate de ipſius remunerationis amplitudine dijudicandum eſt. In quanta rerum, bonorumque adfluentia, ſingularem eorum patientiam compenſandam judicabimus, qui tanta in agendo fuerunt animi fortitudine, tanto in patiendo ardore? Quantam fore putas Dei liberalitatem ſuis ipſos donis munerantis, quantamque ipſis obventuram mercedem, quorum tam certus ſtabiliſque animus ubique fuit? Tu vero ex ipſorum maxima caritate praemiorum numerum & pondus aeſtimato, quum
Matth. 5. 10.
Dominus per ſe edixerit: *Beati, qui perſequutionem patiuntur propter juſtitiam, quia ipſorum eſt Regnum Caelorum.* Deinde per Prophetam ſubjecerit: *Pro uno*

ܠܗ ܕܦܫܡܫ ܠܐܢܫ ܡܢܕܥܡ ܒܒܝܫܬܐ ܕܠܐ
ܒܣܒܪ ܗܘܘ ܦܣܩ ܐܝܟ ܠܡܫܒܩ ܒܫܝܢܗ
ܘܐܡܪ : ܕܥܘܠܐ ܒܫܠܐ ܠܐ ܒܫܝܢ ܘܫܘܠܡܐ
ܡܢܐ ܠܐ ܡܢܝܢ ܕܝܠܗ ܡܟܝܠ ܡܫܝܚܘܬܗܘܢ
ܘܐܬܪܐ ܕܝܫܘܥ ܡܕܡ ܠܐ ܫܒܩܬ .
ܘܡܢ ܐܝܬܝܗܘܢ ܠܬܪܝܢ ܡܕܝܢܬܐ
ܡܕܝܢܬܗܘܢ ܠܡܘܟܠܐ ܕܥܡܗ ܗܘܐ
ܐܪܟܘܒܕܘܢ ܡܫܠܛܗ ܘܐܡܪ ܠܗ
ܕܪܘܦܝܠܐ ܐܢܬ : ܢܝܪܐ ܗܘ ܕܡܫܚ ܕܡܐ
ܘܐܡܪ ܠܗ . ܕܪܘܦܝܠܐ ܐܢܐ . ܘܠܐܠܗܐ
ܥܒܕܐ ܦܠܚ ܐܢܐ : ܡܘܦܩܐ ܐܡܪ : ܡܕܝܢ
ܥܒܕܝ ܐܢܬܝ ܦܠܚܝ ܕܥܡܕܝܬܐ ܢܚܝܪ
ܕܡܠܟ ܐܢܬ ܒܐܬܪܐ ܗܢܐ ܐܝܟ ܕܠܝܘܡܢ
ܐܝܟ ܕܡܠܟܐ ܡܠܟܐ . ܡܢܥܡܝܢ ܐܡܪ :
ܠܐ ܕܐܬܐܡܪ ܐܝܟ ܟܠܗ ܥܒܕܝ ܕܥܒܕܬܗ
ܟܠ ܚܕ ܐܠܗܐ ܒܠܥܘܕܝ ܡܢܟܪ ܐܢܐ ܠܟܠܗܘܢ
ܐܠܗܐ : ܐܝܟ ܕܝܬܗܘܢ ܘܡܬܬܟܝܢ ܠܗܘܢ
ܡܢ ܐܠܗܘܬܗܘܢ ܒܝܫܬܐ : ܐܝܟ ܕܒܟܬܒܝܢ
ܩܕܡ ܫܡܝܐ : ܡܘܦܩܐ ܐܡܪ ܥܡܝܕ ܠܟ
ܕܢܝܡܟ ܐܢܬ ܘܗܘܐ ܐܦ ܐܚܪܐ ܒܫܘܡܠܐ
ܐܢܬ ܒܥܝܢܐ : ܠܡܢܐ ܦܐܪܐ ܐܢܬ ܘܠܐ ܦܠܚ
ܐܢܬ ܠܝܘܡܐ ܕܗܘܐ ܒܠܗ ܡܕܝܢܐ ܠܗܘܢ
ܟܠܝܐ : ܗܘ ܕܝܢ ܩܕ ܐܡܪ ܠܗ ܦܠܚܐ
ܗܟܠܐ ܡܕܝܢܐ ܕܥܡܗ ܠܟܪܘܒܐ
ܘܦܠܚܝܢ ܠܟܪܝܬܐ : ܕܦܠܚܝܬܘܢ
ܒܐܠܗܝܗܘܢ ܕܥܘܡܪܐ ܕܢܝܪܐ ܠܐܠܗܐ
ܦܓܪܐ ܦܝܡܝ ܕܒܒܪܘܗܝ ܐܝܟ ܕܝܢ
ܢܒܘܬܐ ܕܗܘܘ ܐܠܗܐ ܠܐ ܒܪ: ܡܘܦܩܐ
ܐܡܪ: ܥܘܡܪܐ ܦܪܐ ܐܝܟ ܠܡܠܟܐ ܥܒܪܐ
ܕܡܠܟܐ ܕܐܦܪܐ ܦܠܚ ܒܗ : ܐܘ ܡܪܝܐ
ܡܘܬܐ ܒܥܒܐ ; ܩܕ ܐܡܪ ܕܐܝܟܢ ܥܒܕܘܗ
ܒܐܠܗܝܗܘܢ ܕܗܘܐ ܒܥܒܪܐ ܕܝܪ ܕܢܣܒ
ܒܟܝܢܐ ܘܟܪܐ ܒܒܝܬܐ ܡܬܬܐܡܪܝܢ :
ܡܘܦܩܐ ܐܡܪ : ܕܗܘܢܐ ܒܒܝܬ ܢܒܝܢܐ
ܕܡܠܟܐ ܘܦܠܚܘܕ ܠܥܡܟܐ ܘܫܬܦܢܐ
ܐܢܬ ܡܢ ܩܕܡ ܕܢܦܠܚܝܢ ܐܝܟ ܫܠܗ ܐܢܐ
ܐܡܪ ܠܟ ܡܢܟܡܝܢ ܕܠܐ ܬܫܬܘܐ ܟܡܢܐ
ܠܥܡܟ : ܡܢܥܡܝܢ ܐܡܪ ܡܢܘܪ ܩܡܝܢ
ܪܥܝܐ ܟܥܒܐ ܡܢ ܩܕܡ ܟܬܒܐ
ܕܥܘܡܪܐ ܘܠܐ ܬܫܬܘܐ ܬܫܒܘܚܬܗ ܠܟ :
ܡܚܠ

ܡܛܠ ܕܡܢ ܕܝܠܗ ܒܥܘܬܪܗ ܥܬܝܪܘܬܐ ܥܒܕܬܐ
ܐܠܐ ܕܝܠܗ ܗܘܝܐ ܒܥܘܬܪܗ ܠܐ [illegible]
ܠܐ ܒܕܡܘܬܢ ܐܠܐ ܐܝܟ ܗܘܐ ܡܛܠ
ܠܣܘܓܐܐ ܐܦܢ ܡܠܟܘܬܐ [illegible]
ܐܢܘܢ ܡܠܟܐ .
ܩܪܝܒ ܠܟܠ ܗܘ ܗܘܐ [illegible]
ܘܡܬܬܣܝܡ ܠܣܘܓܐܐ ܘܡܫܬܘܕܥ [illegible]
ܕܗܘ ܟܕ ܗܘܐ ܡܬܥܠܝܢܐ [illegible]
ܠܟܠܝܢ ܗܘܝ: ܡܛܠ ܘܐܡܪ ܠܗ [illegible]
ܠܗܘ ܐܠܗܐ ܢܬܠ ܒܠܚܘܕ ܡܢ [illegible]
ܕܝܢ ܡܢ ܐܡܪ ܕܐܠܗܐ ܐܝܬܘ [illegible]
ܟܕ ܠܗ ܡܢ ܐܢܫ ܠܡܬܠ : ܠܐ [illegible]
ܡܬܥܒܕܢܐ ܡܛܠ ܕܟܠܗ ܐܝܬ [illegible]
ܘܗܕܟܐ ܕܢܬܠ ܘܡܫܬܐ ܐܝܬ [illegible]
ܕܢܬܠܘܢ ܒܥܕܢ ܠܐ ܢܫܬ . [illegible]
ܘܡܬܐ ܕܪܚܡܐ ܘܫܘܒ ܦܠܚ ܐܝܬ [illegible]
ܕܚܘܒܐ ܕܠܕܠܡ : ܘܗܘ ܗܘܐ [illegible]
ܕܡܬܝܢ ܐܝܬ ܗܘ ܡܬܚܝܠ [illegible]
ܢܦܫ ܕܚܝܘܗܝ ܟܠܗ ܕܐܠܗܐ : [illegible]
ܩܕܡ ܕܡܫܬܠܛܐ ܫܢܬܐ [illegible]
ܡܚܕܐ ܐܢܫܐ ܫܡܥܐ ܢܦܠ .
ܒܗܘܢ ܕܝܢ ܒܫܢܬܐ ܩܢܘܢ [illegible]
ܗܘܐ ܢܦܩ ܦܘܩܕܢܐ ܕܒܫܬ [illegible]
ܡܢܬܐ : ܡܛܠ ܗܘܐ ܗܘܢܐ [illegible]
ܕܢ ܬܩܢܝܢ ܫܢܝ ܐܢܫܐ ܗܘܐ [illegible]
ܕܢܬܠ ܐܠܗܐ ܡܛܠ ܗܘܐ ܡܬܚܝܕ [illegible]
ܘܡܕܒܪܢܐ ܡܫܬܐ ܗܘܐ ܡܫܬ [illegible]
ܘܗܘܐ ܐܠܗܐ ܐܢܫܠܘܢ [illegible]
ܡܢ ܐܢܫܐ ܕܢܬܠ ܢܘܗܪܐ : [illegible]
ܘܠܐ ܗܘ ܡܛܠ ܩܛܠܝܢ ܥܡܝ [illegible]
ܣܠܩ ܗܘܐ ܕܝܢ ܒܡܠܟܘܬܗ : [illegible]
ܒܟܠܢܫܐ : ܫܪܝܪ ܗܘܐ [illegible]
ܘܦܝܣ ܒܒܥܠܕܒܒܐ : ܕܠܝܫ [illegible]
ܒܫܘܒܚܐ ܕܐܠܗܐ : ܘܥܘܬܪܐ [illegible]
ܢܦܫܗ ܠܡܫܝܚܐ ܩܪܐ ܗܘܐ ܡܢ [illegible]
ܘܐܢܫܘ ܐܝܟ ܕܝܢ ܐܚܪܢܐ [illegible]
ܡܣܝܒܐ ܘܡܫܒܚܘ ܐܝܟ ܡܕܡ [illegible]
ܕܗܘܐ ܡܣܬܒܪܐ ܐܪܕܥܬܐ [illegible]
ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܥܩܐ ܠܡܕܡܐ [illegible]
ܡܬܠܝܢܐ ܩܠܝܠܐ ܐܝܟ ܠܐܬܪܐ
ܥܩܪܐ

uno dies duos reddam vobis, non quidem in noſtro, ſed in ſuo, non ſecundum nos, ſed ſecundum ſe. Bonus ſcilicet eſt, & occaſionem largiendi theſauros ſuos quaerit, provocari deſiderat ad diſpenſandas opes ſuas. Nemini obnoxius, debitorem ſe illis conſtituit, ut teddat; nobis vero debitor ab illis factus, miſeretur, & tribuit. Suum ipſi exigunt. Nos, quae ipſius ſunt, dona petimus, ut, videlicet, communis cum illis ſpei conſortes nos efficiat, atque ad illa, quae ipſi exſpectant, bona perducat, noſque, velut pauperes decidentibus ex menſa Magnatum panis fruſtulis viventes, ob eorum ſanguinem, atque paſſionem peccatorum noſtrorum venia dignos putet.

Anno Perſequutionis 37. ſaevum in Chriſtianos Edictū promulgatum.

Trigeſimo ſeptimo noſtrae perſequutionis anno crudele, & atrox Edictum adverſus cujuſcumque nominis Chriſtianos promulgatum eſt, imperatumque Praefectis, ut in Chriſtianos exquiſitis ſuppliciis animadverterent, eoſque fuſtibus caederent, lapidibus obruerent, conficerent aerumnis. Adcuſabantur idcirco paſſim magnanimi Paſtores, qui in hac perſequutione audaces, & nefarios Adminiſtros nec timuerunt, nec ob eorum minitationes latebras quaeſiverunt. Sanctorum porro virorum adcuſationes his verbis ab iniquis delatoribus componebantur: Noſtrae, o Judices, doctrinae abolendae Chriſtiani omnem dant operam, qui homines docent unum Deum unice colere: Solem neutiquam adorare, neque Ignem: & Aqua ad obſcenas lotiones abuti. Uxores, praeterea hominibus prohibent, ne ducant, neve liberos procreent, aut Regis militiam ſequantur, aut quemquam caedant. Animalia contra promiſcue mactare illis permittunt, & mortuorum cadavera humare. Addunt inſuper, non a diabolo, ſed a Deo condita fuiſſe reptilia animantia, ſerpentes, puta, & ſcor-

Adcuſationū in Chriſtianos capita.

ſcorpiones; multoſque etiam a Regiis officiis ſeductos, ad veneficas doctrinas ttaducunt, quas ipſi ſcripturas adpellant. Quum aures nacti ſecundas, haec, & alia id genus impii delatores Judicibus, ſui ſimilibus, crebro inſuſurrarent, excanduerunt illi quamvehementiſſime, & velunt ligna valido igne inflammata exarſetunt.

S. Acepſimas Epiſcopus octogenario major comprehenditur.

Atque per eos fetme dies a ſatellitibus comptehenſus eſt [1] ACEPSIMAS Honitae Civitatis Epiſcopus ex Pago
1 Phacaa otiundus [2], ſenex venerandus,
2 octogenario major, integra tamen, ac fitma valetudine, corporiſque habitu, & ptaeſtanti forma maxime ſpectabilis, utpote nobilibus, ut ſeculi mores fetunt, parentibus creatus. Vir erat ad miſeticotdiam factus, pauperum, & peregrinotum commune petfugium, quem proximotum miſetiae magis cruciarent, quam ſuae. Ethnicos praeterea Divini Vetbi ptaedicatione ad Chtiſtianam Religionem adduxerat quamplures. Ipſe interim jejuniis ſeſe adfligebat, atque adeo orandi, contemplandique ſtudio pet omnes continentet dies vacabat, ut humus, ubi procumbebat otaturus, continuo lacrymarum imbte madeſieret.

Ejus virtutes ante Martyrium.

Papas Acepſimae praedicit Martyrium.

Paullo anteaquam corriperetut a ſatelliribus, quidam ex Fratribus [3] Papas, futura ptaedicens, quum
3 ei forre caput pecteret, quia idem Acepſimas, utpote oboeſus & ctaſſus, id ſibi officium praeſtare non potetat, ſummum ejus vettieem deoſculatus: O beatum, inquit, caput, quod per Martyrium Chriſti eſt interiturum! Acepſimas contra Papam amplexatus: Utinam, ſubjecit, tuum, fili, vaticinium impleatur, illudque ratum habeat Deus, & mihi eximiam, quam praedixiſti, ſortem largiatur!

Alteri Epiſcopo mortis genus praenunciat.

Sedebat inibi una cum B. Acepſima alius quidam Epiſcopus, qui eidem Papae quaſi per jocum ſubdidit: Agedum, quandoquidem furutorum interpres ades nobis, mihi etiam mea

ܥܩܪ̈ܒܐ ܘܚܘ̈ܝܘܬܐ ܠܚܪܫܘܬܐ
ܘܠܟܬܒܝ̈ܗܘܢ : ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܠܕܝܢܐ ܐܡܪ
ܗܘ : ܕܐܢܫ ܠܐ ܐܝܬܝ ܚܕܥܡ ܠܐ ܥܒܕܐ
ܡܠܟܐ ܣܢܐ ܠܟܠ ܐܢܫܐ ܕܒܗܝܡܢܘܬܢ ܡܢ
ܕܝܠܗ ܕ̈ܟܠܡܐ ܡܫܝ̈ܚܐ ܡܢܣܘ : ܡܘܟܐܠ
ܐܡܪ : ܘܐܢܐ ܕܝܠܗ ܥܒܕܐ ܐܘ ܕܠܐ ܠܟܠ
ܗܘܐ ܕܐܝܟ ܡܠܟܐ ܕܐܪܟܐ ܘܡܘܩܕܢܐ
ܡܫܬܐ . ܐܘ ܗܢܐ ܕܝܠܗܘܢ ܐܢܫܐ ܟܝܢܐ
ܘܡܩܕܢܐ : ܗܟܢ ܐܡܪ . ܐܠܗܝ ܠܐ ܢܪܐ
ܒܪܡܘܬܐ ܡܚܪܘܬܐ ܕܝܠܡܟܐ
ܢܘܪܐ : ܡܚܠܠ ܗܘܢܐ ܟܝܢܐ ܘܡܩܕܢܐ
ܐܠܗܐ ܒܗ ܕܠܘܗ ܐܢܫܐ ܕܒܠܡܟܐ ܐܣܟܐ
ܕܠܗܘܢ ܡܦܩܕ ܢܦܫܐ : ܡܘܟܐܠ ܐܡܪ :
ܢܘܪܐ ܕܠܐ ܢܦܠܘܢ ܐܠܗܝ̈ ܘܠܐ ܐܠܗܘ
ܟܫܝܦܘܬܗܘܢ ܕܡܢ ܒܢ ܠܟܢ ܗܘܐ
ܫܡܫܐ ܐܠܗܐ : ܘܡܫܬܡܥܝܢ
ܟܫܦܝܢܘܬܐ : ܗܟܢ ܐܡܪ ܒܗܘܐ ܕܒܫܬܐ
ܘܚܘܬ ܠܝ ܦܩܘܕܐ ܥܠܝܟ ܡܢܝ ܕܐܠܗܐ
ܥܒܕ ܠܝ ܕܝܢܐ ܒܒܥܐ ܕܐܢܫܐ ܦܠܝܢ
ܗܘܐ ܡܢ ܕܠܟ ܕܡܢ ܒܥܐ ܡܕܝܢܬܐ
ܡܕܝܢ ܠܟ : ܡܟܠܠ ܕܐܢܫܐ ܢܘܡܣܐ
ܐܢܫܐ ܠܗ ܠܡܩܕܢܐ ܘܐܠܗܝ ܢܦܠܝܢ
ܐܠܗܝ ܠܗ ܡܢ ܡܩܕܢܐ : ܡܘܟܐܠ ܐܡܪ :
ܦܠܝ ܦܠܝܠ ܒܗܕܐ ܘܡܠܝܥ ܦܫܪ ܠܗ :
ܘܦܬܚ ܒܢܡܘܣ ܕܐܡܪ ܐܢܐ ܕܦܫܛ ܐܢܫ
ܠܗ : ܗܟܢ ܐܡܪ ܡܟܠܠ ܕܝܢܝܢܐ
ܕܦܫ ܗܘ ܡܚܡܕܐ ܗܘ : ܘܟܕ ܐܢܫ
ܠܐ ܦܩܘܕ ܠܐ ܫܠܝܛܝܢ : ܡܟܠܠ ܕܐܦ ܠܐ
ܠܡܐܬ ܕܦܩܘܕܬܗ ܠܗ ܡܚܬܦ : ܒܕܪ ܗܘܐ
ܕܐܬܐ ܡܢ ܟܫܦܐ ܘܡܠܝܠܐ ܡܢ
ܥܒܪ̈ܝܢ ܘܡܥܡܕ ܗܦܟ ܒܟܬܐ
ܕܢܥܐ ܒܗ ܟܠ ܐܢܫ : ܡܘܟܐܠ ܐܡܪ :
ܐܟܘܬ ܡܟܠܠܐ ܕܠܗ ܫܡܫܐ ܐܠܗܝ ܘܟܕܐ
ܕܐܠܗܐ ܕܡܫܬܠܐ ܐܢܐ ܐܡܪ ܠܗ : ܦܠܓ
ܐܢܐ ܠܥܡܥܐ ܐܠܗܐ : ܘܦܠܠ ܐܢܐ ܡܢ
ܥܒܕܐ ܕܡܕܒܪܝܢ ܠܗ ܠܝ : ܐܘ ܠܐ : ܗܟܢ
ܐܡܪ ܒܗܘܐ ܠܐ ܬܦܠܓ ܐܘ ܦܥܒܕܐ ܕܐܢܫܐ
ܠܥܡܥܐ ܦܠܓ ܐܢܐ ܗܘ ܕܠܡܫܬܠܐ
ܠܟܡܐ ܒܠܒܗܘܢ : ܕܠܐ ܗܘܐ ܐܠܗܐ ܗܘ
ܠܐ ܒܥܕܬܐ .

ܗܘܕܝܢ

[illegible]

[illegible]

mea fata canere ne graveris. Cui ille: Tu vero regionem Aran ingreſſus, in itinere morieris [4]. Utriuſque Epiſcopi 4
exitus, vera fuiſſe Papae vaticinia, comprobavit. Nam S. Acepſimas inter lictorum manus pro Chriſti teſtimonio mortem oppetiit, & alter Epiſcopus, in Provinciam Aran dum proficiſceretur, occubuit. Ducebatur itaque B. Acepſimas a ſatellitibus comprehenſus, gravatuſque, & conſtrictus catenis. Quumque forte propter aedes ſuas tranſiret, & quidam Chriſtianus, ejuſdem illo in itinere comes, B. Virum admoneret, ut ſuae domus curam alicui committeret, ne habitatore deſerta corrueret, S. Acepſimas eam digito commonſtrans: Mea, ait, haec olim domus fuit, deſiit nunc eſſe mea; illam quippe, uti & reliqua, quae hucuſque poſſedi, abdico. Mea in poſterum omnia Chriſtus erit, praeter quem in cenſu meo pono nihil.

Duo Papae vaticinia impleta.

S. Acepſimas caetera abdicat, ut uni Chriſto adhaereat.

Ad Urbem Arbelam tandem perductus ſiſtitur Adarcurcaſciari [5] Praefecto; a quo interrogatus, utrum Chri- 5
ſtianus eſſet, elata voce reſpondit: Chriſtianus ſum, & Deum verum adoro. Tum Praefectus: Vera ſunt, ſcilicet, quae mihi nuper de te delata fuerunt: doceri, videlicet, a te in hac Provincia ſectam, Regi Regum edictis adverſantem? Cui Acepſimas; Quaecumque in hac cauſſa tibi de me narrata fuerunt, non procul a vero eſſe ipſe profiteor; unum quippe Deum mortalibus praedico, ſuadeoque, ut ad ipſum toto pectore ſe convertant, moreſque, vitiis depravatos, exuant, & vitam probe inſtituant juxta regulam in noſtris ſacris Libris traditam. Praefectus reſpondit: Te Virum eſſe ſapientem, ex fama mihi compertum eſt, ſed & ſenem te eſſe fere omnibus effoetum viribus ſatis per me video; ideoque miror, te a vera Religione tam procul aberrare, ut Ignem, quem omnes Provinciae ad Orien-

Ejus Acta coram Adarcurcaſciari Praefecto.

Negat cultum Igni.

Orientem Solem poſitae colunt, tu honore prorſus indignum putes. Cui Acepſimas: Inſanit profecto Oriens univerſus, quippe qui res conditas Conditori ſuo antetulit, illumque contemſit, & has veneratur, ad iſtam ſtultiſſimam ſuperſtitionem, & humanarum mentium corruptelam veſtris abductus inſtitutis, quae hominum animos falſa hac Religione imbuerunt, ut pleraque Divinitate praedita credant, quae, palam eſt, mente atque voluntate unius Conditoris conſtare; cujus itidem ſempiterna vi, atque ſupremo Numine mundus, & omnes mundi partes, & initio conſtituta ſunt, & omni tempore adminiſtrantur. At Praefectus: Itane, o devotum ſummo ſupplicio caput, fallacia atque inania Inſtituta nominas, quae Rex vera, ſanaque eſſe judicat? Acepſimas: Quidnam, reſpondit, ſani, verique veſtro dogmati ineſſe putem, quod veritatem ipſam abnegat, & ejurat, quod rebus incoeptis, factiſque naturam ineſſe, Religione, cultuque dignam, docet? Tum Praefectus: Haec miſſa facito, & ex Regis edicto Solem adora, ſi quae imminent jam, ſupplicia cupis evadere. Enimvero tuae me miſeret ſenectutis, nec te cruenta morte in Orcum detrudere animus ſuſtinet. Cui Acepſimas: Tu vero haec apage, quae profers ore ſceleſto, ac nefario, nec iterum aures meas tam impio ſermone diſtorqueas. Quam enim a pueritia hauſi, veram pietatem ſenex non deſeram, quando ea aetate jam ſum, in qua multo magis decet, me bonum nomen ſartum tectum tueri, promiſſamque mihi coronam fortiter agendo adipiſci. Quae vero contra ſuadere niteris, impia conſilia nauci facio, & aſpernor.

Et Soli.

Saeviſſime torquetur.

Tum vero, Tyranno jubente, humi proſternitur B. Acepſimas, conſtrictiſque gravibus vinculis pedibus, adeo acriter & acerbe caeditur, ut repetitis flagel-

[illegible]

flagellorum ictibus lacerati artus ſanguine undequaque redundarent. Quum autem interim loci Praefectus dixiſſet: Ubinam terrarum nunc tuus verſatur Deus? Quin properat, teque meis e manibus eripit? Aeepſimas reſpondit: Me Deus meus ex impuris manibus tuis eruere profecto poteſt. Tu vero ne te inani praedicatione extollas, ſed agnoſce, florem te eſſe caducum, atque proinde eito interiturum. Quamquam nunc etiam mortuum te eſſe reputa: quandoquidem vita, quae in Deo conditore tuo tibi conſtituta eſt, neutiquam frueris; ſed & illam, qua uteris, quandoque eripiet mors temporaria, quam ſempiterna illa inter gehennae incendia olim, quando deſtitutum in tumulo corpus indues iterum, certiſſime conſequetur. Quodque immenſo plane te conficiet dolore, hic ipſe, quem divinis modo dignaris honoribus, hic, inquam, ipſe ignis tuum hoc corpus, atque animam tuam acerbiſſimis, juſtoque Dei judicio conſtitutis ſupplicüs diſcrucìabit. Tum demum ex Praefecti ſententia Aeepſimas catenis obrutus in tenebricoſum carcerem demittitur.

Praefecto ſignificat, eum igne, quem colit, olim fore diſcruciandum.

Carceri includitur.

Per idem etiam tempus in ſatellitum manus inciderat JOSEPHUS, Preſbyter pagi [6] Beth-Catubae, ſenex ſeptuagenarius, canitie venerandus, Divinae gloriae ſtudio fervens, Dei timore plenus, Sacerdotio, morumque integritate ſpectabilis, vir induſtrius, ac ſtrenuus.

Comprehenduntur Joſeph Beth-Catubae Presbyter, ſeptuagenarius. 6

Fuit quoque comprehenſus [7] AITHILAHAS Regionis Beth-Nuhadrae [8] Diaconus, ſenex ſexagenario major, in familiari ſermone acutus, & in diſputatione acer. Ceterum ſingulari animi modeſtia amatiſſimus, & aequabili, conſtantique oris hilaritate omnibus gratiſſimus, totus in Dei amorem exarſerat, & Chriſtum ex intimo ſenſu impenſiſſime diligebat.

Et Aithilahas Diaconus Beth-Nuhadrae ſexagenario major. 7 8

Quum itaque Sanctos hos Martyres

Praefecto ſiſtuntur.

res ad Urbem Arbelam ſatellites perduxiſſent, ad Praefectum Adarcuteaſciarum adducunt; quibus ille: O ſceleſta, inquit, capita atque teterrimo ſupplicio parata! Quorſum ſimplex, & rude vulgus doctrinae veſtrae veneficio corrumpitis? B. Joſephus: Nefarias artes odimus Chriſtiani, nec venefici ſumus, ſed ſanis inſtitutis homines imbuimus, ut abdicato cultu ſimulacrorum mortuorum, incipiant tandem vita uti. Praefectus: Effare ergo, caput inſulſum, & excors homo, utram putes eſſe veram Religionem, num eam, quam Rex, rerum Dominus, Regnique Proceres, Virique nobiles & locupletes profitentur, an contra illam, quam vos, hominum quiſquiliae, inopes, egenteſque eidem praetuliſtis? Joſephus: Enimvero non is eſt Deus noſter, quem ſeculi hujus opes faſtuſque delectent; propterea tem ipſi gratam facturi, inopiam, paupertatemque divitiis, luxuique praetulimus, ut pia hac animi moderatione gloriam prometeamur futuri ſeculi, quod iſtud, quo nunc utimur, aevum funditus evertet, ac diſſipabit. Praefectus: Veſtrae, ſcilicet, ignaviae iſta praetenditis, dum parandis opibus idonea opificia, & utiles labores faſtidientes, paupertatem praedicatis, perinde ut opibus potiorem. Joſephus: Quod ad paupertatem ſpectat, quam modo nobis exprobras, nos inopes adpellans, inopiae noſtrae cauſſam requirito, & intelliges, nos te multo copioſiores futuros fuiſſe, ſi ex manuum noſtrarum laboribus opes colligere, atque adcumulare nobis conlibuiſſet. Quae tu enim poſſides, rapinis, atque ſordido quaeſtu parta ſunt. Id, nempe, uſuvenit, quantum nos divitiarum in pauperes erogamus, tantumdem ſurripere vobis ſolemne eſt. Praefectus: Opes id habent, ut hominis animum irritent perquamvehementer, eaſque mortalium quilibet deperit. Ecquis ergo fidem

S. Joſeph Chriſtianos ab impactis calumniis vindicat.

Deum ſeculi hujus opes, faſtuſque minime delectant.

ܐ̈ܢܫܐ ܡܘܬ̈ܢܝܐ ܐܠܐ ܐܝܟ ܕܒܥܒܪ̈ܝܢ :
ܘܠܐ ܐܢܫ ܥܠ ܚܟܝܡ̈ܝܢ ܕܒܥܘܠܝܢ
ܡܬܩܝ̈ܡܝܢ ܐܦܠܐ ܗܘ : ܐܦ ܥܡܟ ܡܩܘܝܢ
ܕܪܚܡܬ ܠܗܝܢ ܝܬܝܪܐܝܬ ܠܐ ܢܩܘܘܢ ܙܒܢܐ ܣܓܝ:
ܥܪܩ ܠܗ ܥܘܬܪܐ ܡܢ ܥܬܝܪ̈ܐ ܘܐܦ
ܥܘܫܢܐ ܡܢ ܡܠܟ̈ܐ ܕܠܐ ܠܗܘܢ ܐܬܚܫܒܬ
ܘܡܢ ܐܢ̈ܫܐ ܟܠܗܘܢ ܐܝܟ ܡܘܬܐ ܕܒܢܝ̈ܢܫܐ
ܐܝܟ ܥܦܪܐ ܕܡܬܕܝܫ ܒܪ̈ܓܠܐ ܢܦܠܝܢ
ܒܚܪܬܐ. ܐܡܪ ܠܗ ܡܪܙܒܢܐ ܗܘܝ ܠܟ:
ܫܠܝ ܡܢ ܡ̈ܠܐ ܣܓܝܐ̈ܬܐ ܠܐ ܣܦܩ ܠܢ ܠܡܫܡܥ:
ܡܕܡ ܕܢܝܫܐ ܘܙܕܩܐ ܫܐܠ ܐܢܐ : ܐܢ
ܗܘ ܕܬܣܓܘܕ ܠܫܡܫܐ :
ܫܪܝܪ ܗܘܐ ܡܢ ܫܡܫܐ ܕܐܠܗܐ
ܘܡܬܦܨܐ ܐܢܬ ܡܢ ܡܫܬܩܠܢܘܬܐ
ܕܐܢ ܫܡܫܐ ܣܓܕ ܐܢܬ ܘܡܬܚܫܒܐ ܗܘ
ܠܫܡܫܐ ܚܝܐ : ܐܡܪ ܠܗ ܝܘܣܦ ܛܥܝ
ܐܢܬ ܕܬܣܒܪ ܕܐܢܐ ܕܐܠܦܬ ܣܓܝ̈ܐܐ
ܠܐ ܚܕ ܠܐ ܣܓܕ ܐܢܐ ܠܫܡܫܐ ܕܠܐ
ܢܦܫܐ ܗܘ ܘܠܐ ܐܠܗܐ ܗܘ ܗܘ.
ܟܕ ܫܡܥ ܗܘܐ ܗܠܝܢ ܡܪܙܒܢܐ
ܐܬܡܠܝ ܚܡܬܐ ܣܓܝܐܬܐ ܘܦܩܕ
ܕܢܬܪܡܐ ܠܐܪܥܐ ܘܢܬܢܓܕ ܒܫܒܛ̈ܐ
ܕܪܘܡܢܐ ܗܘܐ ܥܒܝܫܐ ܕܗܘ ܐܬܦܣܩܘ
ܡܢܗܘܢ ܟܘܒ̈ܐ ܡܢ ܥܣܪܐ ܓܒܪ̈ܝܢ
ܟܕ ܡܫܚܠܦܝܢ ܗܘܘ : ܘܗܟܢܐ ܐܫܬܡܠܝ ܗܘܐ
ܒܚܡܬܐ ܣܓܝܐܬܐ ܥܕܡܐ ܕܣܒܪܘ ܗܘܘ
ܕܒܝܕܝ ܡܢܓܕ̈ܢܐ ܢܦܩܐ ܢܦܫܗ : ܗܘ ܕܝܢ
ܥܝܢ̈ܘܗܝ ܠܫܡܝܐ ܐܪܝܡ ܗܘܐ ܘܡܢ ܐܠܗܐ
ܥܘܕܪܢܐ ܘܚܝܠܐ ܫܐܠ ܗܘܐ ܒܫܬܩܐ :
ܘܟܕ ܚܙܐ ܠܕܡܗ ܕܡܫܬܦܟ ܗܘܐ ܥܠ
ܟܠܗܘܢ ܗܕ̈ܡܘܗܝ ܒܩܠܐ ܪܡܐ ܐܡܪ:
ܬܘܕܝ ܠܟ ܡܪܝ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܒܪܗ ܕܐܠܗܐ
ܕܐܫܘܝܬܢܝ ܠܡܘܗܒܬܐ ܗܕܐ ܕܡܥܡܘܕܝܬܐ
ܬܢܝܢܝܬܐ ܕܒܗ̇ ܬܘܒ ܢܦܫܝ ܡܬܚܠܠܐ
ܘܒܗ̇ ܚܛܗ̈ܝ ܡܬܟܦܪܝܢ : ܗܠܝܢ ܕܝܢ
ܡ̈ܠܐ ܚܡܬܐ ܕܢܓܘܕ̈ܐ ܡܪܬܚܢ ܗܘܝ
ܥܠܘܗܝ ܝܬܝܪܐܝܬ ܘܠܐ ܐܫܬܒܩ ܒܗ ܡܕܡ
ܚܠܝܡ : ܘܟܕ ܫܒܩܘܗܝ ܒܫܘܠܡ ܢܓܕܐ
ܐܪܡܝܘܗܝ ܒܝܬ ܐܣܝܪ̈ܐ ܘܐܣܪܘܗܝ ܒܫܫܠ̈ܬܐ
ܒܗ̇...

dem adhibeat dicenti homini: Nos Chriſtiani divitias odimus? Joſephus: Vidimus, nempe, illas, velut in via, atque in tranſitu poſitas, nec apud quemquam mortalium conſiſtere; idcirco ipſas nequaquam expetendas eſſe duximus: quandoquidem neque tecum, qui eas impenſe amas, morabuntur diu. Diffugiunt, ſcilicet, ab opulentis opes, & a ſuperbis Regnorum ſaſtus; iidem communi omnium hominum fato in pulverem cujuſque pedibus proterendum denique relabuntur. Praefectus: Parce jam verbis, nec enim vacat plura audire. Paucis tantum, iiſdemque neceſſariis te volo: Ediſſere age, utrum Solem Deum adorare tibi deliberatum ſit, necne? Nam, ſi id praeſtiteris, ſpondeo, te a conſtitutis poenis liberum futurum. Joſephus: Immane quantum aberras, ſi Soli litaturum unquam me ſperas, qui, videlicet, tam multos mortales docui, Solem rem eſſe inanimem, nec ullum ipſi ineſſe numen.

Caducae, fluxaeque ſunt opes, idcirco a Chriſtianis nequaquã expetendae.

Sol inanimis

Tunc enimvero Praefectus vehementer exarſit, praecepitque, ut Joſephus, humi projectus, virgulis ex malo punico craſſioribus, reſectis tamen antea ſpinis, a decem lictoribus alternatim caederetur. Quod & factum eſt ea cum ſaevitie, ut B. Martyr inter lictorum manus exſpiraturus crederetur. At ille, ſublatis in Caelum oculis, a Domino opem, atque fortitudinem tacitus flagitabat, circumſpicienſque diffluentem per omnes corporis ſui artus ſanguinem, elata voce: Gratias, inquit, tibi habeo, quas poſſum, maximas, Chriſte Fili Dei, qui me tanto munere dignatus es, hoc ſcilicet altero Baptiſmo, quo animam rurſus eluerem, meorumque criminum labes extergerem. Quae verba Carnificum rabiem vehementius incendebant, ut in ipſum acrius ſaevirent. Quamobrem nihil in eo ſanum, integrumve relictum eſt. Ita demum a tormento ſolutus, vinculis onera-

S. Joſeph immaniſſime cæditur.

Chriſtus Filius Dei.

In carcerem cum Acepſima conjicitur.

 ratur,

ratur, & in carcerem, in quo Acepſimas detinebatur, detruditur.

S. Aithilahas Solem adorare, ſanguinem comedere, & nubere fruſtra jubetur.

Ad quaeſtionem poſt producitur fortiſſimus Aithilahas; cui Praefectus: Paucis eſt, quod te volo. Solem Deum adora, ſanguinem comede, nube, Regique obtempera, & ſalva tibi tua erunt omnia; ſed & poenas, & acerbam mortem, adverſus Chriſtianos conſtitutas, effugies.

Ejus conſtantia.

Cui Aithilahas alta voce reſpondit: Praeſtat mori, ut aeternum vivam, quam vivere, ut aeternum moriar. Haec, nimirum, altiſſima in animo meo inſedit ſententia. Sanguinem tu, canis voraciſſime, comedito, Solemque adorato, homo ſtupide & excors, qui proinde non videas ſplendentiſſimam lucem, quae dudum noſtris adparuit terris, & cujus nomem & fama ad ultimos Orbis terrarum fines per omnes late Provincias pervaſit. Ad haec Praefectus effervescentem iracundiam continens, diſſimulanſque, placide reſpondit: Heus tu, qui mortem, quaſi vita potiorem, quaeris, ecquis tibi conſentiat, ſuadenti vitam odiſſe, amare mortem, niſi forte qui vobiſcum pariter inſanire ambiat? Cui Aithilahas: Inſanum ipſe te fatere, tuaeque ſectae alumnos, tota re errantes; quandoquidem vos omnes veritatem neutiquam noviſtis. Contraria veſtris dogmata praeſcripſit Doctor noſter, diligere utique vitam, quam vos mortem nominatis; illam contra mortem exſecrari, quam vitam dicitis.

Praefectum ejuſque ſectae alumnos, non autem Chriſtianos inſanire oſtendit.

Supplicium immane ſubit.

Tum vero Tyrannus, quam hactenus continuerat, iram totam exſeruit, praecepitque lictoribus, ut B. Martyris manus ſub genibus obligarent; mox ipſum B. Martyrem magnae trabi a ſcapulis per manus eo, quo diximus, modo conligatas traductae ſubjicerent, premerentque exſtantia hinc atque inde trabis extrema duodecim viri. Genus certe tormenti, quod Senis corpus, ſingulosque artus acerbiſſimo, immanique

[illegible]

[illegible]

que cruciatu diſtrahebat. Inde itur ad flagra: laceratur diuturna flagellatione B. Martyris corpus, dum ille mira conſtantia Praefecto inſultans, impurum canem adpellare non dubitat, quem ſanguinem lingere delectaret, & obſcenum corvum, qui cujuſvis generis carnibus incubare conſueviſſet. At contra Tyrannus adverſus inſultantem infrendere dentibus, infremere, objurgare carnifices, eiſdemque ignaviam exprobrare, ut qui homini loquendi poteſtatem adimere hactenus nequaquam valuiſſent, nedum audaciam frangere. Debilitatis ea immani verberatione oſſibus, luxatis, diſruptiſque juncturis, membrorum quoque uſum S. Martyr amiſerat, adeo ut illum geſtari neceſſe fuerit, atque ad ſocios in carcerem reportari.

Flagris diriſſime caeſus in carcerem detruditur.

Quinto poſt die rurſus Beati Martyres e carcere ad quaeſtionem producuntur, quam in proximis hortis habuit Praefectus hunc in modum: Necdum fortaſſe nequiſſimam illam opinionem depoſuiſtis, o peſſimi veneficiorum fabricatores, nec vobis adhuc, o miſeri, perſuaſum eſt Regiis edictis obtemperare? Cui unanimi Beati Martyres voce: Una tribus convenit mens, eademque optima, unus animus, iſque minime fictus, & una fides, eaque rectiſſima. Et quoties hujuſcemodi quaeſtionem adverſus nos inſtauraveris, conſtantes, certoſque in eadem hac ſententia repeties; fixum quippe eſt iniquiſſimi Regis edicto nequaquam cedere. Tu vero pro tuo faſtu atque contumacia exſere adverſus nos, quas voles, vires, quaſve potes. Tunc jubente Praefecto, carnifices funiculis lineis projectos humi Beatos Viros conſtringunt; admovent cruribus, femoribuſque atque lateribus ſingulas ſingulis ſudes, quae a ferociſſimis lictoribus tractabantur ea cum immanitate, ut incredibili cum Martyrum dolore diſſilientium oſſium fragor inaudiretur. Quinque inter

Martyres una ſimul iterum ad quaeſtionē producti, ne hilum quidem a ſententia decedunt.

Novis, iiſque acerbiſſimis cruciatibus torquentur.

ter vehementiſſimos dolores Beati Martyres ab iis, qui quaeſtioni praeerant, ad faciendа Regis imperata, modo vivere cuperent, identidem provocarentur, illi contra vultu atque voce conſtantes enclamabant: Uni Deo confidimus, & Regis edicto non parebimus. Sic per omne tempus, quo acerbiſſima ea quaeſtio duravit, continuis incrementis aucta eſt victoriae, atque triumphi gloria; per ſingulos quippe dies ab impuriſſimis tortoribus graviori ſemper ſupplieiorum genere vexabantur, verberibus, fame, ſiti, aliiſque cujuſvis generis aerumnis miſere conficiebantur; quum interim nec cuipiam fas eſſet illis inferre recentes veſtes, nec lectum, aut panem, aut opſonium ſubminiſtrare. De hac enim re ſeveriſſimo Praefecti edicto cautum fuerat, impoſita etiam multa, ut deprehenſus in flagranti crimine reus quicumque centenas plagas ex numerato acciperet, atque manibus, naſoque truncaretur. Cogebantur ideirco alii, qui in eodem carcere erant, oberrare per domos, eibumque, oſtiatim emendicatum, illis adferre, id praeſertim procurantibus carceris cuſtodibus, quorum mitis, & miſericors animus adflictorum Martyrum aetate jam gravi non mediocriter movebatur.

Exactio in carcere triennio, ſiſtuntur Adarſapori Toparcharum Orientalium principi.

Inter ejuſmodi carceris aerumnas triennium exactum eſt, quum in Mediam veniſſe Regem nunciatum fuit: quam per occaſionem ab eodem Praefecto e publica cuſtodia omnes educuntur; neque homines dixiſſes, ſed humanae figurae veſtigia, adeo ut immitis etiam animi homines ad miſericordiam flecterentur, eiſque lacrymas excitarent, qui Beatos Viros in iis miſeriis atque ignominia verſari contuerentur. E carcere ad Regis Palatium perducti,
9 ante Adarſaporem [9], Praefectorum Provinciis Univerſi Orientis principem, ſiſtuntur; eumdem tamen adorare recuſarunt.

ܗܘܘ ܐܝܟ ܕܠܡܫܡܫܘ ܡܠܟܘܬܐ ܘܐܬܩܪܝܘ
ܐܢܘܢ ܠܩܕܡ ܡܕܝܢܬܐ ܘܩܪܝܘ ܐܢܘ ܟܢܫܐ
ܐܚܝܕܐ ؛ ܥܕܡܐ ܗܘܘ ܕܝܢ ܡܬܒܥܝܢ ܐܝܟ
ܬܠܬܐ ܡܫܒܚܐ ܘܡܠܟܐ ܘܕܘܟܬܐ ܒܫܪܪܘܬܗܘܢ
ܡܩܪܒܝܢ ܗܘܘ ؛ ܘܡܠܟܐ ܐܡܠܟܐ ܕܐܢܫ
ܡܢ ܟܢܝ ܘܠܟܘܬܗܘܢ ܠܐ ܢܒܥܐ ܠܡܬܗܘܢ.
ܐܢܬܘܢ ܕܝܢ ܣܒܐ ܐܢܬܘܢ ܘܡܘܚܡܢܘܬܐ
ܐܝܬ ܗܘܐ ܒܗܘܢ ܕܡܚܫܒܬܐ ܕܡܢܕܥܐ
ܠܡܕܥܬܐ ܗܢܐ ܕܚܙܝܢ ܡܢ ܡܠܡܕܢܝ
ܐܢܐ ܥܡܗܘܢ ܕܢܗܘܐ ܠܗܘܢ ܕܐܠܗܐ
ܡܢܕܥܢܐ ܐܚܝܕܐ ܕܡܚܝܠ ܡܥܝܢܐ
ܡܬܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܟܠܚܕ ܗܢܘ
ܡܬܡܪܚܢܐ ܗܘܐ ܡܢ ܕܠܐܘ ؛ ܟܕ ܕܝܢ
ܥܡܕܬ ܕܗܘܝ ܐܠܗܝܢ ܡܩܒܠ ܕܠܐܗܐ
ܥܒܕܬ ܡܕܡ ܠܟܕ ܟܬܒ ܐܚܝܕܐ ܠܗܘܢ
ܡܕܡܐ ܡܢܗ ܘܡܘܕܐ ܠܗ ܥܡܝܕܐ
ܡܫܠܚܐ ܡܠܠܬܗܘܢ ܕܢܦܩܘܢ ܠܗܘܢ
ܘܡܒܥܐ ܐܢܘܢ. ܘܐܬܥܡܕܝ ܠܗ ܟܕ ܕܚܠ ؛
ܡܥܒܕܐ ܠܬܟܬܒܗ ܡܥܝܠܘ ܘܐܬܩܪܘ ܐܢܘܢ
ܠܟܢܫܗ ܟܠܠܐ ؛ ܘܐܬܩܪܝܘ ܟܢܫܐ
ܡܟܬܒܬ ܣܟܪܬܗܘܢ ܗܝ ܟܠܟܬܗ ܘܦܫܝܩܐ
ܗܘܐ ܦܘܡܗ ܡܥܦܐ ܗܘܐ ܠܠܒܝܗܘܢ
ܡܥܩܝܬܐ ܘܠܒܩܒܠܗܘܢ ܡܟܬܫܐ ؛
ܡܟܬܒܐ ܗܘܐ ܣܘܟܠܗ ܥܠ ܐܠܗܝܢܘܢ
ܕܬܩܢܘܢ ܗܠܝܢ ܦܬܟܐ ܬܒܪ ܕܒܪܡܝܢ ܗܘܘ
ܡܒܡܢܘ ܐܝܟ ܕܠܐ ܙܡܢܐ ܘܡܢܘܬܐ ؛ ܚܝܠܐ
ܕܡܘܬܐ ܡܫܬܒܩ ܘܐܡܪ ܠܗ ܕܠܐ ܗܘܐ ܐܢܐ
ܡܬܡܨܝܢܬܐ ܒܕܝܢܝ ܕܢܦܫܟܝ ܢܠܝܢ ؛
ܐܡܪܐ ܠܗ ܗܝ ܠܐ ܗܘܐ ܥܠ ܡܘܬܟܘܢ ܡܟܪ
ܟܕܟܐ ܐܢܐ ܡܚܝܠ ܕܚܝܘܬܐ ܗܘܬ ܠܗ
ܟܬܒܐ ؛ ܐܠܐ ܡܢ ܚܝܐ ܐܬܟܠܠܬܘܢ ܠܐ
ܥܠ ܕܟܬܒܬܘܢ ܟܘܪܗܢܐ ܐܠܗܝܐ ܡܟܪܝܐ
ܦܟܪܐ ܐܢܐ ؛ ܐܡܪ ܠܗ ܗܘ ؛ ܗܢܐ ܐܠܗܝܢ
ܟܠܗ ܢܣܠܗܘ ؛ ܘܟܕܐ ܦܬܪ ܐܡܪ ܡܟܪ
ܕܡܕܐ ܡܚܝܢܐ ܘܐܠܗܝ ܐܡܪܐ ܕܦܝܡܟܠܐ
ܟܬܒܐ ܡܟܬܠܐ ܐܝܟ ܕܡܪܥܝܢ ܠܗ ؛
ܘܬܘܪ ܐܡܪ ؛ ܕܐܝܟܐ ܕܡܬܦܪܥ ܒܕܡܟܐ
ܟܬܒܐ ܗܘ ܢܟܝܐ ؛ ܡܥܠܝܐ ܦܬܟܘܡ ܥܠ
ܢܟܢܘ ܕܬܟܬܗ ܘܬܢܝܢ ܠܟ ܐܦܬܟܪܬ ܡܣܒܐ
ܕܝܢ ܬܟܬܟܐ ܐܬܦܪܟܬ ؛ ܡܬܟܬܠܝܢܐ
ܗܘܘ

ſarunt. Heic primum adſidente Procerum, atque Praefectorum ampliſſima corona, interrogantur in hunc modum: Chriſtiani num ſitis edicite? Tum Sancti Martyres: Ita eſt; Chriſtiani ſumus, & unum Deum, univerſorum opificem, ac Dominum colimus. Senes vos eſſe, ſubdit Praefectus, variiſque incommodis conflictatos fuiſſe, ex vultu agnoſco. Quamobrem admoneo, ne in voluntariam mortem ruere continuo velitis; ſed Solem adorantes, ac Regi obſequentes, de veſtra ſalute meliora ſtatuatis. In eos enim, qui veſtram abjiecere Religionem pervicaciter recuſaverint, capitalis ſententia eſt conſtituta. Tum vero Acepſimas: Multum profecto tibi laborandum eſt, ſi tamen in ea perſtas ſententia, ut per iſtam, quam obtines, ſacrilegam poteſtatem cuipiam noſtrum peſſimum ejuſmodi errorem te perſuaſurum, confidas, quamquam id moliri non ceſſes. Quid ergo nos incaſſum remoraris? Quin tormenta expedis? Quin adproperas ſupplicium? Nihil nos minae movent tuae, nec ulla nos compellet formido, ut Regis edicto obſecundemus, veramque in Deum noſtrum fidem, ſeu vita ſuppetat, ſive objiciatur mors, nefarie abjiciamus. Quibus rurſus Praefectus: Mors reos poena ſolvit. Quare mortem a vobis optari non miror. At ego extorquebo a vobis non vitam, ſed poenam; neque vitae veſtrae finem ponam, priuſquam vitam, perinde ac mortem vobis gravem ac moleſtam effecero. Quod miſerrimum vitae genus nunc quoque, infelices, exigitis. Poſtremo tali vos adficiam ſupplicio, quod ſectae veſtrae alumni venefici horreſcant. Ad haec Acepſimas: Fruſtra intentas, quas neutiquam timemus, minas, tormenta, ferrum: illum quippe Deum nobis adfuturum, ſperamus, cujus vi, atque ope nobis conſtitit invictus, aequabiliſque animus, nullatenus plane motus in acer-

Eorum confeſſio.

Unus Deus Univerſorum Opifex, ac Dominus.

S. Acepſimas Judicis minas contemnit.

acerbiſſimis quaeſtionibus, quibus nos dudum torſere tui collegae. Ipſum nos tormentis tuis fortiores praeſtiturum confidimus. Age ergo, injice in ſenile hoc quidem, necdum tamen virtute deſtitutum, corpus atrociſſimas, quas maxime lubeat, poenas: patientiam noſtram, quam certa utique ſpes firmat, periclitare. Animum in nobis invictum experiere, atque tuum in te ſenties ex noſtra conſtantia turpiſſimum errorem.

Tunc enimvero Tyrannus incenſus furoris inſania, propoſitis quatuordecim loris crudis, atque recentibus, quos ex foro eadem hora adferri juſſerat: Deum, inquit, Solem juro, & Saporis Regis Fortunam, niſi ocius imperata feceritis, corpora me veſtra perditurum, veſtroſque canos cruore veſtro conſperſurum, nec veſtrarum carnium me ullam habiturum rationem, quominus exanimes quoque tundam reliquias, donec evaneſcant. Tum Acepſimas: Quandoquidem fidem tuam obligaſti teſte, qui utique Deus non eſt, Fortunamque juratus, invocaſti inane nomen, vereor, ut id, quod juraſti, facias. Quod ad nos adtinet, eadem nobis conſtat fides in Deum, ſeu vitam promittas, ſeu mortem intentes. Noſtra tibi corpora ceſſimus, animos Deo; quaecumque proinde deliberaſti, age exſequere: eadem nobis in votis fuiſſe, puta.

Immaniſſime cæditur.

Ea Praefectus reſponſione vehementer permotus B. Acepſimam diſtendi a triginta viris, quindenis ex qualibet parte, jubet; mox a duobus lictoribus loris caedi tergo & pectore. Quod tormenti genus ea cum crudelitate exſequuti ſunt, ut, conſciſſa cute, immixtae ſanguini carnis laciniae diffluerent. Quumque inſtarent quidam ex adverſo, ut B. Viro vitam libertatemque, ſi imperata feciſſet, pollicerentur; ille contra donec verba formare licuit, alta voce propoſitum ſuum teſtabatur in haec

haec verba: Iniqui Regis juſſa nihili pendo, & in ſanctiſſimam Dei Legem firmiter incumbo. Quum vero debilitatis viribus linguae quoque uſum amiſiſſet, nec jam amplius oratione refellere poſſet adverſarios; illique contra a ſententia eum dimovere contenderent, ſponderentque, ſi Regi obſequeretur, eum mortem certiſſime evaſurum, B. Martyr, elato ſurſum capite, ſe nequaquam dictis conſenſurum ſignificabat. In hac invictae patientiae conſtantia occubuit Martyr fortiſſimus; nec tamen aut qui ipſum adbuc caedebant, tortores quieverant, aut reliqui ſatellites, qui illius corpus ſuſpenſum in diverſa trahebant, remiſerant, quominus etiam poſteaquam exſpiraverat, exanimes artus torquerent: idque tam immaniter agebatur, ut humeri, & brachia, violentiſſima intentione luxata, ſuis e ſedibus diſſilirent. Cognito demum poſt aliquod intervallum Martyris obitu, receſſere tortores. Ceterum illius caput, ſolutis diſſectiſque vertebris, quibus colli baſis componitur, intra ſubjectas corporis partes immerſum adparuit. Cadaver extra Urbem elatum, projectum eſt, & deſignati ad ejus cuſtodiam milites. Nihilominus poſt triduum clam ſublatum eſt induſtria Filiae Regis Armeniae, quae per eos dies in Arce Mediae obſes detinebatur. Coronatus eſt illuſtris Acepſimas die decima Lunae Octobris.

In tormentis occumbit.

Deſignati ad Sacri corporis cuſtodiam Milites.

Sed Armeniae Regis Filiae induſtria poſt triduum clam ſublatū.

Ejus Martyrii tempus.

Poſt Acepſimam B. Joſephus ad quaeſtionem educitur; cui Praefectus Adarſapores: Vidiſtin, ait, inſanum illum collegam tuum, ut miſere periérit? Suae in Regem contumeliae poenas dedit. Tu vero deſipere jam deſine, nobiſque ſuadentibus audiens, adora Solem, & Regiis edictis obtempera, quo vitae conſulas tuae, mortemque evadas acerbiſſimam. At Joſephus: Nec Solem, inquit, adoro, quia Deus non eſt, nec edictis Regis pareo, quia iniqua

S. Joſeph ad quaeſtionem educitur.

Ejus conſtantia.

Deus univerſi Orbis Opifex.

qua ſunt. Nec enim fas eſt, a Deo, univerſi Orbis Opifice, ad res ab ipſo fabricatas mentem deflectere. Quae autem ipſe ſtatueris exſequere, ut lubet.

Saeviſſime torquetur.

Tunc Praefectus, aeſtuante ira inſanus, juſſit, hunc ſimiliter a triginta viris in diverſa ſuſpendi, ſimulque a lorariis atrociſſime caedi, donec, conſciſſa ubique cute, in unius vulneris ſpeciem totum undique corpus cruentatum videretur. Ipſum autem cohortantibus, qui huic carnificinae aderant ſpectatores, atque admonentibus, ut libertatem, & ſalutem Regi obſequendo redimeret, S. Martyr reſpondit: Unus eſt Deus, & praeter hunc nullus. Una eſt fides, una veritas, quam nos tenemus, ac profitemur. Tres ſumus ſocii, & in una conſtamus voluntate, atque ſententia.

Extra muros projicitur.

Quumque nullatenus tormenta intermitterentur, & acrius tortores invaleſcerent, impedita inter plagas naturali ſpiritus reciprocatione, compreſſaque cordis palpitatione exſpiraſſe creditus eſt; quocirca lictoribus acquieſcentibus, cadaveris inſtar, procubuit: mox ex eo loco raptatus, extra muros projectus eſt. Paullo poſt, quum adhuc ſpirare deprehenſus fuiſſet, additi ſatellites, qui ad ejus cuſtodiam excubarent.

S. Aithilahas ad Praefectū ducitur.

Interea fortiſſimus Aithilahas ad Praefectum ducitur, qui B. Senem praeſentem intuitus: Tu vero, inquit, niſi te delectat adhuc dogma illud flagitioſum, quod ſocios tuos ad exitium protraxit, agedum Regiis edictis pareto, & Solem adorato. Quae ſi feceris, non modo imminentem mortem declinabis, ſed honores a nobis conſequeris.

Sociorum veſtigiis ſe inhaerere velle impavide obteſtatus.

Cui Aithilahas: Miror, ait, te excaecata uſque adeo eſſe mente, & tam procul abeſſe ab omni rationis veſtigio, ut te mihi jumento ſimilem praebeas, intelligentia pariter, atque ſenſu deſtitutum. Ceterum poſteaquam illi, qui graviori erant aetate, & longe debi-

[illegible]

debillori, quam ego ſim, tua nihilominus tormenta vicerunt, atque ſempiternam gloriam morte, quam ipſis intuliſti, voluntarie ſuſcepta, conſequuti ſunt; an non me pudeat minus fortiter agere, nomenque bonum, & eximiam minimeque caducam coronam, quam illi adepti ſunt, per execrandam ignaviam amittere? Quod reliquum eſt, hoc mihi ratum fixumque eſſe intellige, veram in Deum fidem non prodere: Regis imperio non adſentiri, utpote qui virtuti, & honeſtati nefarium bellum jampridem indixerit. Praefectus ejuſmodi reſponſo, veluti convicio violatum Regium Jus arbitratus, magis excanduit, & caeco quodam furore actus, juſſit, B. Martyrem diſtendi, & a quadraginta Viris, in duas acies aequaliter diſtributis, ejuſdem brachia in diverſa trahi, atque interim a ferociſſimis lictoribus loris recentibus verberari. Quod & illi abſque ullo humanitatis ſenſu exſequuti ſunt, perinde ac ſi lapidem, aut truncum caederent, donec totum Martyris corpus perfoſſum fuit, atque laceratum. Interea Athleta fortiſſimus alta voce Praefectum interpellans: Nimis mites, ajebat, atque leves ſentio poenas, quas compataſti, iners atque infirme Tyranne. Atqui ſi adſunt, qui tibi in hoc negocio obſequantur, adjice ſupplicia, quando & animus mihi redit ex poena firmior, & ſuas corpus vires reparat ex vulnere. Ad haec Praefectus oculos in adparitores conjiciens: Ecquid, inquit, hoc rerum eſt, quod venefici iſti mortem, & cruciatum adpetunt, perinde atque epulas eſurirent? Cui illi: Suo ſcilicet inhaerent dogmati, quod ipſis ſeculum aliud, oculis iſtis neutiquam adſpiciendum, laudat, ac pollicetur. Is poſtremo fuit acerbiſſimae quaeſtionis exitus, ut nihil in Beati Martyris corpore ſani integrive relictum fuerit: adeo omnia membra debilitata, fuiſque ſedi-

Flagris caeditur.

In aeſtuante tormentorum conflictu Praefectū ſubſannans, graviora expoſcit ſupplicia.

Fruſtra ad ejurandā Chriſtianam Religionem ſollicitatur.

ſedibus avulſa adparuerunt, humeri & brachia diducta: luxata oſſa, & oſſium diſciſſae ruptaeque compages ex illa, ſcilicet, vehementiſſima, crudeliſſimaque corporis diſtorſione; jamque ſola cute membra cohaerere, continerique videbantur. Quum ergo a duobus lictoribus iterum Praefecto oblatus fuiſſet, rurſus ad ejurandam Chriſtianam Religionem ſolicitatur his verbis: At tu, ſi Regis imperata feceris, medicos jubebo, tua tibi vulnera curare, certus te propediem ſanitatem hac via recuperaturum. Cui B. Senex: Nugae ſunt, inquit, quae de Medicorum cura polliceris; ſed etſi tuo poſſes dumtaxat dicto me malo relevare, mihique amiſſas vires redintegrare, tibi neutiquam fidem addicam meam, neque Caeli Terrarumque Conditorem Deum ejurabo, neque Solem, ab ipſo in uſum humani generis deſtinatum colam. Tum Praefectus: Quid, ait, tibi jam ſupereſt membrorum, quod debilitatum, fractumque non ſit; attamen tu adhuc manus nobis dare, & vivere repudias? At ego veſtro ſupplicio prodam exemplum horrendum, atque formidoloſum reliquis veſtri ſimilibus, pariſque vobiſcum temeritatis & adrogantiae. Cui S. Martyr reſpondit: Vera fundis oracula, etiam imprudens, quandoquidem exemplum peregregium futuros nos eſſe, confido, omnibus in vera fide conſtantibus, noſtrique ſimilibus; clariſſimum inſuper, & non ſine celebritate recolendum triumphum nos poſteris relicturos, atque conſequuturos per ſuperatos noſtro in certamine labores, adhibitamque magnanimitatem in cruciatibus aequabilitatem, virides in noſtra ſenectute palmas, coronamque, floribus conſertam minime caducis, cujus virore perfuſum corpus hoc noſtrum, ſenio caeteroqui exhauſtum, ad juvenile robur in illo mundi ſupremo die, atque ad aeternum decus convaleſcet.

Deus Caeli, terrarumque Conditor.

Tunc

[illegible]

Tunc Adarſapores adcitum ad ſe Adarcurcaſciarum, Hadiabi Praefectum [10], in hunc modum eſt adloquutus: Si errones iſti vixerint, ad ſuam ipſos patriam reduci volo, ibique ab omnibus ejuſdem ſectae alumnis lapidibus obrui. Idcirco enim ne hoc in loco necarentur, a me cautum fuit. Duo itaque jumenta inſtruunt, quibus Sancti Martyres impoſiti, perinde ac duo pondera inanima, ut etiam funibus jumenti dorſo conligari eos oporteret, ne ſuccuſſantis, ut adſoler, beſtiae tergo dilaberentur: adeo illorum corpora tormento debilitata fuerant, luxata oſſa, conſciſſi articuli, perfoſſi, lacerati que artus. Quumque ad Manſionem devenrum eſſet, & jumenta ſarcinis levari deberent, ab infeſtis ſatellitibus, inveterata in eos ira aeſtuantibus, dejiciebantur, terraeque adlidebantur, perinde, ut lapidum, aut lignorum ſtrues. Atque hunc in modum ad Urbem Arbelam deportati, in carcerem poſtremo detruduntur. Jacebant Beati Senes, velut gelida cadavera, ſanie atque ſanguine fluentes. Adhibiti praeterea cuſtodes, ne quis ex Chriſtianis ad eos intraret.

SS. Joſeph, & Aithilahas Arbelam deportati, in carcerem conjiciuntur. 10

Erat in Urbe Arbela illuſtris femina, eademque Chriſtiana, cujus memoria cum laude recoletur, & cujus nomen in quodam ſermone prodirur [11], Deique Martyres ab ipſa ſummo honore habiti fuiſſe dicuntur. Chriſtianis praeterea, pro Chriſti nomine publicae cuſtodiae in eadem Urbe Arbela incluſis, alimenta ab ipſa ſuppeditata fuiſſe traditur. Quum igitur nobiliſſima mulier horum Beatorum Martyrum incommoda & cruciatus reſciviſſet, carceris Praefectum ad ſe adcitum, precibus primum, mox oblata ingenti pecuniae ſumma, induxit, ut eos e carcere domum deportari permitteret, quo eorum adſpectu per horam frueretur. Quod ille conceſſit, aegre tamen, nec

Eis ſuccurrit illuſtris Femina. 11

nec ſine metu. Miſſis itaque ſervis eos in ſuas aedes per noctem devehendos curavit; ubi eorum ulcera ſua manu faſciis obligavit, dumque manus, & brachia, tormento luxata, oſculatur; indeque conſequentem luctuoſum eorum ſtatum contemplatur, a lacrymis, & gemitu temperare non poterat; jacebant enim velut exſangues, ſenſuſque omnino expertes.

Mutuo adloquio recreantur.

Aſt plorantem intuitus B. Joſephus: Non utique, ait, ex officio & virtute facis, ſi noſtram mortem importuno fletu proſequeris. Cui inclyta mulier: Non ego, reſpondit, mortem veſtram lamentor, aut doleo; quin vobis id maxime gratularer, ſi damnati ſimul interfecti fuiſſetis, ſed quod in hac acerbitate relicti fuiſtis: hoc eſt, unde non mediocri moerore adficior. Tum vero B. Joſephus: Univerſa haec inquit malorum procella revera tranquillitas eſt recolentibus, quae Dominus dixerit: *Quam arcta, & anguſta eſt via, quae ducit ad vitam, & pauci invenient eam!* Et rurſus: *Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit.* Sed & Apoſtolus de ſe iſta teſtatur: *Ter flagellis caeſus ſum, ſemel lapidatus ſum.* Et illa: *In tribulatione fuerunt homines, quibus mundus non erat dignus*. Quamobrem Chriſtiana quum ſis, gaudere te utique magis conſentaneum eſt, ſi quando Chriſtiani diuturniores pugnas perferunt; quo enim diris gravibuſque vexati fuerint laboribus, eo ampliora praemia, & illuſtriores coronas conſequentur.

Matth. 7. 14.
Matth. 10. 22.
2. Corin. 11. 25.
Ebr. 11. 38.

Mox in carcere reducti, variis aerumnis per ſemeſtre macerantur.

Sub lucem ſequentis diei in carcerem reducuntur; ubi per ſemeſtre ad Aprilem uſque, poedore carceris, aliiſque id genus aerumnis, ſupra quam dici poteſt, diu macerantur. Interea Praefectus, qui Martyrum quaeſtioni praeerat, Magiſtratu abiit, accepitque
12 ſucceſſorem [12] Zaruſciatem quendam, ſe longe nequiorem, feriſque immaniorem. Huic Rex impius ſeveriſſima adver-

Immaniſſimi

[illegible]

adverſus Chriſtianos mandata dederat. Inter cetera Praefectis edixerat, ut laicos quoſcumque, in Chriſtiana profeſſione perſeverantes, exquiſitis tormentis cogerent, ad Viſitatores ſuos lapidibus obruendos. Quae res Chriſtianos maxime perturbavit, atque in eam anguſtiam compulit, ut complures viri, feminaeque nobiles, aeque ut indigenae, ex Urbibus in montes & ſpeluncas profugerent, ne videlicet innoxium ſanguinem fundere inviti cogerentur.

Regis Edictū, quo Chriſtiani laici ad Antiſtites ſuos lapidibus obruendos coguntur.

Idcirco in mōtes & ſpeluncas profugiūt.

Adcidit interim, ut novus Praefectus Zaruſciares in Urbem veniret, atque delubrum intraret, Ignem adoraturus. Quam nacti occaſionem Templi Cuſtodes, ad Praefectum Beatos Martyres adcuſant: Sunt heic, ajebant, duo homines venefici ex ea ſecta, quam Chriſtianorum dicunt; jamque tres annos cum dimidio in publica cuſtodia egerunt, variiſque cruciatibus ab Adarcurcaſciaro Praefecto adflicti, dum eos in ſuam ſententiam pertrahere niteretur. His auditis Praefectus extemplo Beatos Martyres arceſſiri jubet. Quum veniſſent, eoſdem terribili, truculentoque adſpectu intuitus, ſic adorſus eſt: O audax hominum genus, cervicoſum, ac pertinaciſſimum! Adeone vos nihil movere ſeverae leges, & publica edicta Saporis Regis Regum & rerum Domini, qui utique ampliſſima Regna evertit, & munitiſſimas Urbes expugnavit, cunctaſque Orbis plagas ſubegit? Siccine vos in ipſius Regno atque Urbibus habitantes, ejus nihilominus leges & edicta contemnitis? Cui B. Joſephus alta & conſtanti voce in hunc modum reſpondit: Si utique nos adverſus Regem conſpiravimus, ut mox ajebas, quare bellum contra rebelles minime inſtruit? Cur delectum militum non habet? Cur milites arcubus & haſtis armare, aut armatos adverſus nos deducere detrectat, noſque ad

SS. Joſeph, & Aithilahas ſiſtuntur Praefecto.

Generoſiſſimū & facetum S. Joſephi reſpōſum.

ad imperata facienda vel invitos cogere, ſicut gentes, quas ille, ruque ſubjugaſtis? Sed conrra Provinciam iſtam decrevit ribi homini ignaviſſimo, qui vel ad obſtrepenris folii ſonirum contremiſcis. Ecceur eum viris in ſylvas venatum ire non libuir, iners, ſed negocium facis tuum turpe eum feminis otium? Erubeſce, miſer, & pudear infamis officii; non enim debellarurus rebellantes a Rege populos dux veniſti, ſed Chriſtianis quibuſdam in vera Religione minus renacibus, quam deceat fortiter agentibus, arque meticuloſis defectionem a vero Deo ſuaſurus. Sed perdis operam, ſi mortiferum fel iſtud noſtris auribus infundere re poſſe putas; Deum quippe noſtrum amare ratum nobis fixumque eſt. Tum Praefectus: Venefice, inquir, impie incantaror, equidem, quae tu maledicta, convicia que in me congeſſiſti, patienter feram; tu vero ſperas, me tibi caput ocius amputaturum, ablaraque ſemel cervice diururniores cruciatus te evaſurum; at haec differre nunc lubet, quamdiu opportunior ſe dedar occaſio. Tunc demum, quae in mandatis habeo, exſequar. Sanctus Martyr reſpondit: Intelligo, quod animo volvis in nos, bellum, aſpidi licet ſurdae, & in morſum imminenti ſimilis, diſſimules. Hoc indicar pallor corporis, qualis eſſe ſolet viperarum, quum ſe ad perniciem provocant. Quin tu, dolorum fabricator, artem tuam profers? Quin potentiam aurhoritatemque tuam explicas? Exſere jam lerhale ferrum, & pectoris rui acerbas curas noſtro innoxio cruore tempera. O qui ſupplicio, & poenis addictus es ſempiternis! Me, oro, quamprimum ad mortem amanda, & ſpoliis onuſtum opimis ad ſedes tranſmirrito, quas exſpectamus Chriſtiani, ut ſimul omnes contendamus ad illud Regnum, cujus porentia veſtrum Imperium diſſipabitur, & caducae vires

res

[illegible]

res fractae demum ſuccumbent.

Tunc Praefectus, B. Martyrem inverſo capite per pedum pollices ſuſpendi, jubet: mox a lictoribus praeterita flagellatione proſciſſa membra nervis, & loris crudis acerbiſſime iterum caedi, donec ſancti Senis tergum, coſtae, & pectus ſanie atque ſanguine diffluerent, plurimis, qui ſpectatores aderant, prae ejus cruciatibus ac dolore uberrime inlacrymantibus. At Magi haec interim Beato Viro inſuſurrabant: Si forte, univerſo hoc hominum coetu ſpectante, palinodiam canere te pudet, ocius in Ignis delubrum te importabimus, ibique remotis arbitris clanculum adorato Sole, libertate donaberis. Verum S. Martyr impii conſilii authores ſevere repulit, alta voce inclamans: Abſcedite hine, Igni devota capita, qui Ignem diligitis, ipſi Ignem alite, vos olim voraturum, eique inſervite, dum per tempus licet.

S. Joſeph per pedum pollices inverſo capite ſuſpenſus acerbiſſime caeditur.

Impia Magorum ſuaſiones contemnit.

Poſteaquam Beatus Senex inverſo, ut diximus, capite per acerbiſſimos dolores pependiſſet horas duas, Praefectus, eum deponi, jubet, & rurſus compellat: Necdum flectis animum, ut pareas, ſaluti demum conſulens tuae, homo perfrictae frontis, & indomitae audaciae? Cui S. Martyr. Ita vero: nec enim quae haberi poteſt a manibus tuis, ſalus ipſa nobis pernicie jucundior eſſet, aut gratior. Tum Praefectus: Mortem ſi ipſe tibi intulero, aegrene feres? Joſepus reſpondit: Mortem mihi a te inflictam, vitam duco; vitam contra ſi dares, ipſe, accepiſſe me mortem, arbitrabor. Tum rurſus Praefectus: Vides, tuum ut corpus ad omnem vitae uſum ineptum atque inutile effecerim? Hanc vero, quae in te ſupereſt, animam perditum eo, perque repetitos cruciatus exigere, eſt certum. Ad haec Joſephus: Animam profecto perdere nequaquam vales; tradito enim nobis ſcripto admonemur: *Nolite time-*

Fruſtra blanditiis, & minis a Praefecto tentatur.

Matth. 10. 28.

re eum, qui occidit corpus, animam autem non poteſt occidere; ſed timete eum, qui occidit corpus., & animam, & ambo projicit in gehennam ignis. Et tu quidem corpus meum profligaſti, utpote in poteſtate tua poſitum; ſed animae meae eripere non potes pulcherrimam ſpem, quae me recreat, ex futura corporum reſtitutione nobis Chriſtianis promiſſa, in qua vos, verae pietatis hoſtes, ſempiternus fletus, & ſtridor dentium manent. Heic Beatum Senem Tyrannus irridens: Si res, inquit, ibi ſe ſic habebit, ut dicis, quamnam ego a te feram poenam? Cui S. Martyr: Aſt non hoc Dominus Noſter mitiſſimus nobis praeſcripſit, quum ſic monuerit: *Orate pro inimicis veſtris, & benedicite maledicentibus, & benefacite odio habentibus, & perſequentibus vos*. Tum irriſionem perſequens Praefectus: Ibi ergo gratiam ipſe a te ſum relaturus pro malis, quae heic a me pateris? Non eſt in eo ſeculo, reſpondit Martyr, gratiae locus, nec ulli ſuis ſodalibus prodeſſe dabitur. In hoc autem, quod agitur, propitium tibi Deum efficere ſtudebo, orans, ut tuam ad ſe mentem flectat, tuique miſertus, cognitionem ſui tibi impertiatur, doceatque te nullum praeter ſe Numen venerari. Tunc ſerio Praefectus: Et haec tu quidem in illo ſeculo, quo te actutum amandandum conſtitui, evolves. Interim Regis imperata facito? Cui S. Senex: Quam intentas, mors mihi in votis ſemper fuit; uſque adeo illud ſeculum percupio, pro quo iſta perfero. Subdit Praefectus: At ego tibi, quod minime reris, talia inſtruo tormenta, quae ceteri horreſcant, fatoque tui admoniti, reſipiſcant. Tum S. Martyr: Tormenta, quibus hactenus me adfixiſti, ſuperavi. Siqua alia inferas, feram fortiter, junioribus, in meam ſenectutem intuentibus, pulchrum exemplum relicturus. Diſcent profecto adoleſcentes, tuam

Futura Corporum Reſurrectio.

Matth. 5. 44.

ܡܫܬܡܠܝܢ ܗܘܘ : ܐܠܐ ܐܦ ܒܕܠܝܬ
ܡܬܦܚܠܐ ܢܦܠܝܢ ܗܘܘ : ܕܠܐ ܕܐܝܬ ܠܟ
ܥܡܪܘܗܝ ܘܕܘܒܪܗܘܢ ܠܐܝܟܢܐ ܠܝ
ܕܗܢܘܢ ܗܘ ܠܐܠܗܐ ܘܐܠܗܐ ܐܝܟ
ܕܐܝܬܝܟ : ܗܘ ܠܟܘܢ ܕܝܢ ܕܐܠܝܢ
ܠܡܥܒܕ ܘܚܕ ܡܢ ܠܐܠܗܐ ܐܝܟ ܕܠܐ
ܒܥܕܢܐ ܕܡܘܬܐ ܕܦܬܓܡ ܐܬܘ̈ܬܐ
ܠܡܘܬܐ ܠܚܕ ܕܐܠܗܐ ܡܢ ܐܢܫ
ܡܬܦܠܐ ܒܥܠ ܕܥܠܝܗ ܗܘܐ ܡܢ :
ܡܢ ܩܕܡ ܗܘܢܐ ܐܢܫ ܕܒܐܝܢ ܠܟܘܢ
ܩܕܡܬܘܢ ܘܡܬܬܘܢ ܘܕܝܢܗܘܢ
ܡܢܗܘܢ ܕܢܬܒܥܘܢ ܠܐܬܪ ܡܢܝܢ ܐܢܘܢ :
ܘܐܠܐ ܕܡܬܚܝܢ ܗܘܘ : ܗܘܝܐ ܠܝ ܡܢ
ܦܘܡܐ ܕܡܫܐ ܐܢܩܦܘ ܘܡܥܒܕ
ܥܒܕܐ ܘܡܢܘܗܝ ܐܠܗܐ ܫܡܫܐ
ܕܬܥܒܕܘܢ. ܡܛܠ ܕܡܫܝܚܐ ܣܗܕ
ܡܫܬܡܗܝܢ ܗܘܐ : ܚܒܫ ܐܢܫܐ ܦܢ
ܚܡܫܗܘܢ ܕܗܪܓܐ ܕܒܠ ܡܢ ܕܫܡܥܐ
ܚܟܡܝܢ ܗܠܝܢ ܢܦܠ ܠܐ ܚܢ ܕܢܩܪܐ
ܘܠܝܬ ܕܡܫܠܡܐ : ܡܛܠ ܡܢ ܕܠܐ ܡܚܡܣ
ܒܡܫܝܚܐ ܕܚܝܠܐ ܘܫܡܥܐ ܕܐܠܗܐ
ܫܡܥܢܐ ܘܡܫܡܥܢܐ ܢܦܠ ܠܟܠܗܘܢ
ܚܡܫܐ ܠܡܘܬܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܘܠܐ ܟܦܪܬ
ܚܢܝܢܐ ܕܩܕܡ ܕܐܠܗܐ ܠܐܠܗܐ.
ܥܠܡܐ ܗܘܝܘ ܬܐ ܕܗܘܪܐ ܡܢܗܝܢ
ܕܐܬܚܙܝ ܒܥܠܕܒܒܐ ܒܢܝܢܝ ܥܒܕܘܗܝ
ܡܠܟܐ ܕܡܫܝܚܐ .

tuam hanc poteſtatis umbram neutiquam pertimeſcere, poſteaquam viderint, te a me, ſene debili, ſuperatum; Deo nimirum opem ferente, qui tantum animo robur infudit, ut nec tibi, hucuſque oppugnanti, ſuccubuerim, nec poſthac uſque ad mortem ſim conceſſurus.

Tunc Praefectus Beatum Senem amoveri juſſit, & quoniam pedibus incedere non valebat, a ſatellitibus in carcerem deportari. *A ſatellitibus in carcerem deportatur.*

Ita demum S. Aithilaham Praefectus hunc in modum adoritur: Tunc etiam in iſta hominum perduellium opinione perſiſtis, & recuſas, Solem nobiſcum adorare, tuae ſaluti proſpecturus? Cui Aithilahas: Dum vivet Chriſtus, Filius Dei, cui certus confido, nunquam ab iſta rectiſſima opinione decedam, ſed in eadem firmiter conſtanterque, ut nullus hominum magis, permanebo. Nec unquam futurum eſt, ut rerum omnium Opificem rebus ab ipſo factis poſthabeam, aut Religionem, Opifici debitam, operi ejus impendam. Tunc, Praefecto jubente, ſatellites B. Martyrem inverſo ſimiliter capite ſuſpendunt, quumque per longum tempus pependiſſet, continenter nec ſine vociferatione inclamabat: Chriſtianus ſum, Chriſtianus ſum. Audiant univerſi, Chriſtianum me eſſe, & propter hoc nomen iſta me pati. *S. Aithilahas conſtans in abnegando Solis cultu.* *Chriſtus Filius Dei.* *Inverſo capite ſuſpenditur* *Eius Confeſſio.*

Eodem in carcere forte detinebatur ex Manichaeorum ſecta quidam, qui ad quaeſtionem productus, fecit, quod ſolent Manichaei, genus hominum verſutum perinde atque ignavum, & ſine cunctatione erroris ſui inane dogma ejuravit. Exinde S. Aithilahas tormento liberari, deponique eſt juſſus, ut hominem videret. Videſne, ajebant, ut iſte nobis per omnia eſt obſequutus? At ille quum Manichaeum ſuam abjeciſſe Religionem, & formicas occidere cerneret, quas Manichaei praedicant eſſe vita animaque praeditas, tunc enimvero conceptum animo laetitiae ſenſum cohibere non potuit, ſed prodeunte in vultum gaudio, roſeum colorem induere viſus eſt, tenidente uſquequaque ore. Commovebantur autem ſimul brachia, quae tormento luxata omnem motum amiſerant, ſuppendebantque a reliquo corpore, velut adſutae induſiis manicae, eundemque animi geſtientis adfectum verbis etiam expreſſit, inclamans: Vah Manes! Vah! quia victus ſuccubuit, ſuoque caſu Deum ſuum obtuit, quia, videlicet, Deus non eſt. O me contra beatum! quia vici, vicitque in me Chriſtus Sanctus, Filius Mariae; ille, qui ſemper fuit, *Manichaeum quemdam Religionis ſuae deſertore irridet.* *Manichaei homines verſuti, atque ignavi.* *Chriſtus Filius Mariae ſemper fuit, eritq; ſemper.*

Iterum acerbiſſime caeſus nudus procul a loco projicitur.

fuit, qui erit ſemper [11]. Ea verba Tyrannum adeo exacerbaverunt, ut continuo
expediri virgas juberet, & B. Senem acerbiſſime rurſus caedi, uſque ad animi de-
liquium. Deficientem raptavere, nudumque procul a loco projecere, & nudus
13 uſque jacuiſſet, nec enim ipſe, utpote manuum uſu deſtitutus, veſtem indue-

A Mago, qui proinde ducentis plagis mulctatur, pallio contegitur.

re valebat, niſi Magus quidam, pietatis ſenſu motus, miſeratuſque hominem,
proprio pallio opertum, ab illa ignominia, & improborum hominum procacitate
liberaſſet. Quod aegre ferentes improbiſſimi quidam ejuſdem Magi collegae eum
ad Praefectum arceſſunt. Juſſit ille reum diſtendi, & ſaeviſſime caedi. Bonus ita-
que ille Magus ducentis plagis ex numerato multatus eſt, donec animo linqueretur:

Dein in carcerem deportatur.

atque hanc ob rem puto, eum aliquam miſericordiam fuiſſe conſequutum. Mox
Beatum Aithilaham inde tolli, & in carcerem deportari curarunt.

Ambo Martyres e carcere educti, Thamſapori ſiſtuntur.

Quinque poſt dies nunciatum eſt, Thamſaporem in Caſtellum ſuum Beth-
Thabaham adveniſſe. Nec inepte profecto id nomen loco inditum fuit, quod Do-
mum Lanii recte interpreteris [12]. Ex eo ſiquidem Caſtello, quovis tempore com-
paratae ſunt lanienae, quibus multi mortales miſere perierunt. Ambo itaque, Prae-
14 fecti juſſu, e carcere educti, Thamſapori ſiſtuntur. Quibus ille: Comedite,
inquit, ſanguinem, voſque remittam liberos; parcendum quippe ſenectuti veſtrae,

Malunt vitam perdere, quam ſanguinem comedere, aut fidem diſſimulare.

aequum duco. At Martyres: Vos ipſi, ajunt, ſanguinem comedite, quos publicas
atque clandeſtinas epulas ſanguine inſtruere, delectat. Quumque Tyrannus con-
tra inſtaret, ipſique obſiſterent, ventum eſt ad verbera. Interim dum virgas expedit
lictor, quidam, velut aliquo pietatis ſenſu permoti, Beatis Senibus hanc evadendi
ſupplicii viam ſuggerebant: Succum ex uvis paſſis expreſſum, & ad ſpeciem ſangui-
nis coagulatum vobis adferemus, quo hauſto, paratam vobis mortem evitabitis.
Quibus Sancti Senes: Hocce malum avertat Deus; neque enim hanc noſtrae ſene-
ctuti inuremus infamiae notam, ut fidem noſtram diſſimulemus, improborum atque

Flagellis caeduntur.

adrogantium hominum inducti metu. Quam ob cauſſam quadragenas ſinguli pla-
gas accepere. Neque tamen hic quaeſtioni finis fuit, ſed iterum Tyrannus inſtat:
Carnem mundam ſuffocati animalis adponi vobis jubebo; hanc ſaltem comedite,

Immundā ducunt carnem Praefecti manibus oblatā.

& vos abſolvam. Cui Martyres: Quaecumque tuis manibus cato oblata fuerit, im-
mundam ducimus; tuis namque obaudire dictis, id profecto omnem continet im-
pietatem, & immunditiem. Sed has tu mitte naenias, & cogita, quo nos mortis
genere cadere oporteat, quod tibi, homini quidem ad excogitanda ſupplicia non
inepto, celerrime occurret.

Sententia in eos lata.

Re inter ſe deliberata, Praefectus, atque Thamſapores in eam poſtremo abiere
ſententiam, ut Nobiles Chriſtianos Urbis Arbelae, ejuſque ſuburbiorum promi-
ſcuum vulgus cogerent, eoſque ad horum Beatorum Martyrum alterutrum eo in
loco lapidibus obruendum adigerent. Quamobrem ingens Virorum, Mulierum at-

Jazdondocta illuſtris femina, ut in Martyrem lapides conjiciat fruſtra impellitur.

que puerorum multitudo, a ſatellitibus comprehenſa, ducebatur ad ſupplicii locum,
ut ejuſdem caedis fieret rea. Ex hac occaſione in lictorum manus incidit etiam illa
ſummo honore digna [13] Jazdundocta, impellebaturque, ut lapides in Martyrem con-
jiceret. Accidit interea, ut S. Joſephus ante Thamſaporem rurſus raptaretur, cir-
cumſtante Procerum corona. Prodiit ille in medium ferali habitu; oris namque
15 ſpecies foedum in modum ex diuturno carcere immutata, a communi hominum

S. Joſeph ad quaeſtionem denuo productus in os Thamſaporis exſpuit.

forma pene diffluxerat; eoque in medio hominum crudeliſſimorum, omniſque pie-
tatis ſenſu expertium ſtante, ſedebant ille idem Praefectus, Proceresque complu-
res, atque viri nobiles, tum etiam Magi: additus Joſepho ſervus, qui aegre pedi-
bus inſiſtentem ſuſtentaret. Tunc B. Senex innuit Praefecto, ut accederet, quaſi
aliquid

aliquid ei in aurem eſſet dicturus. Ille nihil cunctatus exiliit de ſella, rei exſpectatione anxius; ſuſpicabatur enim, Joſephum mutaſſe ſententiam, idque ſibi ſecreto velle aperire. Propior factus aurem praebebat, quum Joſephus concuſſo exoneratoque ſtomacho, in os Praefecti, nihil minus opinantis, expuit, totumque ejus vultum perfudit, ſubdens: Proh hominum nequiſſime, & impuriſſime! Tene non puduit, me propediem e vita diſceſſurum ad quaeſtionem iterum revocare? Uſque adeo necdum ſatis exploratum patefactumque eſt, ex praeteritis quaeſtionibus, me a ſuſcepta Religione, propoſitaque ſententia nulla vi, nullo periculo poſſe divelli? Quae res Thamſaporem, atque Procerum circumſidentium coronam in immodicos cachinnos commovit adverſus Praefectum, qui, ſuam cunctis praepoſteram curioſitatem ridentibus, non mediocri pudore ſuffuſus eſt. Ecquis tibi, ajebant, ut ad eum accederes, author fuit, aut compulit invitum? Simul educi juſſus eſt Beatus Senex ad ſupplicii locum lapidibus obruendus, eundemque ſequi homines circiter quingenti multiplici vexatione coacti ſunt, latam in illum ſententiam exſequuturi. Quumque ad locum ſupplicii ventum eſſet, Sanctum Senem vinctum in praeparatam ſcrobem demittunt, humoque ad ſcapulas obruunt. Tum ſatellites ad circumſtantem multitudinem converſi, ut Martyrem lapidarent, provocabant. Atque hac occaſione Beatae illius Jazdundoctae conſtantia rurſus ſolicitata eſt, ut lapidantibus ſe adjungeret. At illa contra virili animo ac virtute in ſuo propoſito perſtitit, & impii conſilii authores acriter & alta voce palam increpans: Nuſquam, ajebat, uſque eo ventum eſt, ut feminae in viros inſurgere, & carnificis munus obire coactae fuerint, ſicut a vobis hodie fieri video: ita bellum, & parata adverſus hoſtes arma in cives convertiſtis, provinciam, tranquilla utentem pace, perturbare, & caedibus funeſtare dudum adgreſſi. Tunc ſatellites, oblato piae feminae calamo cum praefixa acu: Si lapidem, ajebant, in iſtum jacere, religioni tibi ducis, porrecta ſaltem manu, calamo tantiſper hominem pungito, quo Regi obtemperaſſe videaris. Quibus illa, alte ingemiſcens, ejulanſque, elata voce reſpondit: At mihi in meum corpus acum iſtam longe praeſtat infigere, quam in Sanctum Chriſti Athletam tale quidpiam committere. Ceterum ſi vobis mihi vitam eripere eſt facultas, nihil moror; cum illo moriar, tantum ne unquam vobiſcum adverſus innocentium ſanguinem quovis pacto conſpiraſſe videar. Interea volabant lapides, jamque in ingentem aggerem conſurgere coeperant, Beati Senis ſanguine, cerebroque mixtim defluente, adeo ut, reliquo corpore cooperto, exſtaret dumtaxat Martyris caput. Quod quum huc & illuc impelli, quaſſarique animadverteret quidam adſtantium Procerum, mortemque cum ingenti utique ejuſdem poena protrahi, velut miſericordia motus, author fuit ſatelliti, ut immaniorem lapidem ejus capiti illideret. Quo ictu Beatus Martyr animam efflavit. Additae ad cuſtodiam cadaveris excubiae ad duos dies: at tertii diei nocte jam adpetente [16], atrox tempeſtas repente exorta eſt. Ingenti Caelum ſono ſtrepere coepit, & inter horrendos fragores ruere grando, micare ignes, praeliari turbines. Quae terribilis Caeli facies 16
non modico terrore indigenas perculit. Eadem procella quidam ex cuſtodibus igne, & ſulphure, in eum locum depluentibus, oppreſſi, abſumtique periere. In iſta rerum atque hominum perturbatione Martyris corpus ſublatum fuiſſe certum eſt; utrum autem a Deo, an ab homine humatum fuerit, hactenus nobis incertum: adeo nuſquam hucuſque ſepulcri locus inventus eſt. Coronam obtinuit B. Joſephus feria ſexta hebdomadae primae Pentecoſtes.

Ad ſupplicii locum educitur, lapidibus obruendus.

Jazdundocta Praefecti juſſis parere renuit.

Impii conſilii authores arguit.

Mavult vitam perdere, quam adverſus Martyris ſanguinem quovis pacto conſpiraſſe videatur.

S. Joſeph lapidibus obruitur.

A trox tempeſtas exorta. Cuſtodes corporis opprimit.

B. Joſephi Corpus a quo ſublatum, & ubi humatum fuerit, hactenus incertum.

Martyrii tempus.

Eo, quo dixi, mortis genere ſublato Joſepho, Aithilaham in regionem Beth-Nuha-

S. Aithilahas ab Oppidanis

Chriſtianis lapidatur.

Nuhadram duci juſſit Thamſapores ad frequentiſſimum Oppidum [17] Daſtgararum. Compulſi viri, Feminaeque nobiles ejus loci, Provinciaeque Dominus, qui
17 & ipſe Chriſto nomen dederat, Beatum Martyrem extra Oppidum educere, atque in edito loco vinctum lapidibus caedere. Quod illi per ſummam impietatem exſequuti ſunt, aggeſtoque lapidum acervo, Beatum Aithilaham obruerunt. Deſignati ſtatim ejus corpori cuſtodes. Poſt biduum Chriſtiani intempeſta nocte cadaver clanculum ſublatum ſepelierunt trepidi ac feſtinantes, quae prima ſeſe obtulit, facultate & loco uſi. Eodem tempore atque loco ingens accidit miraculum. Ibi quippe, ubi B. Aithilahas lapidibus obrutus jacuit, myrtus crevit, ramoſque & frondes explicuit, qui ab indigenis decerpti, & cum fide adhibiti, aegris ſalutem adtulerunt, perpetuo ad quinquennium beneficio, donec ſceleſta manu planta radicitus eſt evulſa. Teſtes praeterea complures fide digni adfirmabant, objectam ſibi per noctes frequenter circa locum, ubi Sanctus Martyr lapidatus fuerat, ſpeciem Angelicorum agminum, e Caelo deſcendentium, & eo, unde venerant, redeuntium, auditoſque pſallentium concentus. Martyrii coronam adeptus eſt Sanctus Aithilahas feria quarta Hebdomadae ultimae Pentecoſtes.

Ejus Corpus poſt biduum clanculum ſepelitur.

Claret miraculis.

Martyrii tempus.

Scriptoris Epilogus.

Hactenus noſtrorum Martyrum adverſus Regem ſuſcepta, confectaque ſuperioribus annis Certamina expoſuimus, in quibus & illi, qui primi manipulos in praelium eduxere, quique iſtis ſucceſſere poſtremi, utrique profecto egregiis armis fulſere, valida lorica, atque potenti caſſide inſtructi, concurrerunt, utrique in media acie, atque in ipſo conflictu adverſo corpore vulnera accepere, omnes in ora proni, ſicut dimicantes procubuerunt: & primi quidem adverſariorum vultus obſervabant, utpote qui a fronte ipſos adorti, exſerto palam ferro, eorum viſcera directe petebant. Poſtremi contra ex obliquo reſpectare hoſtium latus coacti ſunt, velut qui de inſidiis, & a tergo oppugnabantur. De poſteris utrique ſuis benemeriti ſunt, quibus dignitatem, gloriam, atque opes proprio ſanguine compararunt.

Martyrum elogium.

Huc ergo jam propera; mirare, & obſtupeſce noſtram cum inferno veteratore pugnam, cujus initia, primaeque velitationes laude non carent: induciae dedecus, & ignominiam pariunt. Mirare, ut homo pro ſui poteſtate arbitrii arma expediat, ideſt, fidem, ut loricam induat, hoc eſt, veritatem, ut ferrum diſtringat, verbum, ſcilicet, vitae, ut haſtam adtollat, certa, videlicet, oracula! Hiſce nempe muniti armis, tres illi clariſſimi Senes bellum, adverſus Tyrannos ſuſceptum, confecere; iſti quippe poſtremam aciem tenuere, ut Simeon, ejuſque ſocii primam, a quibus Bellum pro veritate coeptum, a tribus hiſce poſtremis tandem feliciter conſummatum eſt; ſic omnes conſtitutam Victoribus coronam, ac triumphum ſunt conſequuti. Enimvero Simeonis collegae fuere vernantes flores, quibus ille ſtipatus adparuit, & Acepſimae ſocii lilia, ipſius coronae inſerta. Et illi quidem, datis carnifici cervicibus, magnam ſibi gloriam pepererunt; iſti vero poſtremi acerbiſſimis cruciatibus divexati, invictam animi ſui praeſtantiam comprobarunt in ea temporum acerbitate, quae per quadraginta annos efferbuit, quibus Tyranni gladius caedibus Chriſtianorum, & ſanguine heluebatur, atque electorum corporum ſtrage ſeſe oblectabat, & formoſis artubus ſaginabatur. Voravit ille carnes, exſaturatuſque exultavit, bibit ſanguinem, & inebriatus geſtiit: nunc vero micare ſuper cervices noſtras jam deſiit, nec noſtro amplius, ut olim, ſanguine erubeſcit. Martyres, quos ille peremit, novo candore nitent; at ipſe in ſordibus ſuis jacet, ac ſqualet. Quos idem lapidibus obruit, relevati proficiunt: at ipſe

In Saporices quadraginta annorum Perſequutione primus Simeon Bar-ſaboë, poſtremi Acepſimas, Joſeph, & Aithilahas Martyres occubuerunt.

ipſe proſtratus, & penitus exciſus interiit; contra vivunt, laetique vigent, quos ipſe adflixit. Anno autem trigeſimo primo Perſequutionem inchoavit, & ſeptuageſimo ipſe vivere deſiit. Adolevit inter caedes, & per ſtrages ad ſenectutem, & ſenium pervenit. Impii Regis gladius in domo Simeonis Barſaboë acutus eſt, & in domo Acepſimae & ſociorum acies ejus hebetata eſt. Jam vero hunc judicium manet, illos autem Reſurrectio; hunc poena, illos Paradiſus; hunc ſempiternum exitium, illos Regnum, perpetuo duraturum. Ego vero exiguae mentis, & rei nullius homo, qui haec, meis utique viribus majora, literis mandare auſus ſum, non equidem iſtam mihi provinciam uſurpavi, ex inconſulta quadam animi, praepoſtere ſibi fidentis, audacia; ſed caritate dumtaxat impulſus, quoniam Beatorum Martyrum communionem deſiderabam, & ab eorum memoria meorum mihi ſcelerum veniam pollicebar. Movit etiam me quorundam Piorum utilitas, & ardens in Martyres ſtudium, quos vehementer delectabat audire certamina, atque triumphos, eorum praeſertim Sanctorum, qui praeclaro Martyrio Orientales Provincias illuſtrarunt; quorum etiam cruore ſtylum noſtrum, ſi cui inſulſus, ingratuſque adcidat, conditum iri, noſtramque orationem per ſe incultam, horrentemque in eruditam, ac eloquentem immutatum iri, confido. Ceterum, quae hoc loco de illorum Martyrum Paſſione exhibuimus, indicatis eorumdem cruciatibus, & flagellationibus, conſequutam praeterea adtexentes poſt acerbiſſimas quaeſtiones ferro, aut lapidatione mortem, caritatem, patientiam, & reddita Judicibus reſponſa, haec omnia ex Patrum Sermonibus, exacte deſcriptis, hauſimus. Incidit quoque in manus noſtras ejuſdem Hiſtoriae volumen, ſimplici quidem, ſed confuſa oratione exaratum, ex quo eorundem Martyrum praeſtantiſſimam effigiem expreſſimus, & fortia, atque illuſtria geſta, quae in priori ſermone noſtro complexi ſumus, adcurate depromſimus; inde vero ad omnes Provinciarum Orientalium Martyres ſermonem produximus. Quoniam autem ſingulorum Martyrum Acta, nomina, & mortis genus ſingillatim deſcribere nequivimus, idcirco eorumdem quaeſtiones, & datum Jeſu Chriſto teſtimonium, ipſorumque encomia, atque triumphos in unum locum conjecimus, perinde ac ſi ad unum pertinerent, aut omnes parem mortis ſententiam tuliſſent [19]. Lectores interim monitos volumus, ne Acta illa, quae in priori Sermone noſtro expoſuimus, antecedere autument tributa populo noſtro impoſita, atque Simeonis Seleuciae, & Cteſiphontis Epiſcopi necem, aut Martyrum ſtragem, in locis Huzitarum perpetraram anno trigeſimoſecundo Saporis Regis Perſarum, ſed hoc ipſo tempore noſtrae perſequutionis initia eſſe conſignanda. Fundamenta enim iis, quae dicturi eramus, praeſtruximus; deinde Martyria ſummatim adtexere adgreſſi ſumus, quibus loca, nobis finitima, conſecrata fuere: quandoquidem nec omnes capitales ſententiae, in eos Chriſtianos latae, ad manus noſtras devenerunt; eas autem Martyrum caedes, & quae, ſecundum noſtram ſupputationem, reliquas anteceſſere, retulimus juxta eam, quam nacti ſumus rerum cognitionem. At forte dices, vix credibile eſſe, quod in prioribus Orationibus a nobis proditum eſt de immani erudelitate, qua in Dei Martyres uſos fuiſſe Tyrannos memoravimus, nec fieri potuiſſe, ut in eos atrociſſima illa tormenta decernerent, iiſque mortis generibus eoſdem necarent. Verumtamen quicumque haec nobis opponit, penitus perſuaſum ſibi habeat, nos de multis pauca quaedam promere potuiſſe. Ceterum omnes Martyres, qui in Palatio Regis cauſſam dicebant, gladio feriebantur; qui vero a Praefectis interficiebantur, illorum nec nomina, nec numerus, nec Martyrii locus hactenus innotuere: divexati

Sapor, Perſarum Rex, anno aetatis ſuae 31 Perſequutioné inchoavit, & 70. ipſe interiit.

Martyrum Hiſtoriae conſcribendae occaſio.

Encomia Martyrum, quae in ſermone I. exhibentur, unde habita?

19 Scriptoris monitum.

Martyrum plerorumq; e Praefectis interfectorum ignota nomina, numerus, & Martyrii locus.

xati autem,ac diſcruelati fuerunt,ſicut a nobis proditum eſt. Quas porro exſeripſimus,quaeſtiones, ſicut certis documentis nobis compertum eſt, per quae etiam Tyrannorum notitia ad nos pervenit, adverſus Dei Servos exercuere crudeliſſimi locorum Praeſides, illaeque in Perſidis plerumque Urbibus habitae fuerunt. Quod ad iſtos poſtremos Martyres adtinet, quorum Martyrium, et Acta judicialia copioſe retulimus, quidam nobis coaetanei fuerunt, noſtriſque temporibus Martyrium ſubierunt, nobiſque illos videre licuit. Qui vero antiquores fuerunt, eorum nos Geſta diligenter conſcripſimus, ſecundum notitiam, nobis traditam a ſenioribus Epiſcopis, ac Presbyteris, teſtibus fide digniſſimis, qui res, ſuam ſub aetatem, atque ſub oculos ſuos geſtas, narrabant. Quamobrem pro communi noſtra in Martyres caritate precamur Lectores, ut eum ei, qui primus deſcribendae iſtius Hiſtoriae laborem ſuſcepit, tum alteri, qui primus eandem compoſuit, veniam, & indulgentiam a Deo expoſcant, ob ipſius miſericordiam, & gratiam, atque ob illorum interceſſionem, qui carceribus incluſi, occultas poenas pertulerunt, quas memorati Scriptores, in apertum prolatas, publicae luci expoſuerunt.

Martyrum, quorum Acta copioſe referuntur, Scriptor aequalis ac teſtis oculatus.

Antiquiorū vero notitia ab Epiſcopis, ac Presbyteris teſtibus oculatis Scriptori tradita.

Sanctorum Invocatio.

ADNOTATIONES.

(1) A*Cepſimas*: nomen Chaldaicum ex duplici voce compoſitum, quod *Perſcrutatorem nominis* recte interpreteris.

(2) Acta S. Acepſimae, quae apud Lipomanum, Surium, & Bollandianos ſub Metaphraſtis nomine circumferuntur, pro *Honita*, Aſſyriae Urbe Epiſcopali ſub Metropolitano Hadiabenico, & *Phaaca* pago, unde Acepſimas oriundus erat, habent *Naëſſou*,

(3) Ibid. pro *Papa* Monacho, legitur *Puer*.

(4) Regionem, ſeu Provinciam Syri & Chaldaei ܐܬܪܐ *Atra* dicunt. Cujus quidem vocis vim Graecus horum Actorum interpres minime adſequutus, ita locum hunc interpolat: *Tibi quoque, ad tuam redeunti Civitatem non licebit eam videre; ſed e vita excedes in pago, qui dicitur Atradarau.*

(5) Hunc *Adracbum Magorum Principem* idem Graecus interpres adpellat.

(6) Idem pro *Beth-Cathuba*, Hadiabenae pago, legit *Beth-labubu*, quem pagum *recte ſcribentis* perperam exponit; nam Cathuba, non vero Labuba ſcribentem Chaldaice, ſeu Syriace ſonat.

(7) *Aithilabas*, Aſſemano Bibl. Orient. tom. 1. *Aitallabas*, Sozomeno *Aithalas*, Lipomano, & Bollandianis *Aeithalas*. Id vero nomen Chaldaicum ex duplici conſtat voce, nempe ܐܝܬܝ *Aithi*, ideſt, adduxit, & ܐܠܗܐ *Alaba*, hoc eſt Deus.

(8) *Beth-Nuhudra*: Graecis, Latiniſque *Naarda*, & *Nearda*; Ebraeis *Nahardeba*, Urbs Babyloniae ad Euphratem ſita. Olim Epiſcopalis ſub Metropolitano Hadiabenico, poſtea vero ſub Moſulano, ut ex Tabula Eliae Damaſceni, & ex Pontificali Chaldaeorum tradit Aſſemanus Bibliothecae Orientalis tom. 3. par. 2. Hinc fallitur Graecus interpres, quum apud Lipomanum, Surium, & Bollandianos hunc Actorum textum ſic reddit: *Æithalam pague eluis Bethnoarda*,

(9) Is in Syrorum Synaxario *Atarſacures Magorum Princeps*; in vulgatis autem Actis, *Ardaſabor omnium Magorum Princeps* dicitur.

(10) Graecus interpres apud Lipomanum habet. *His, quae dicta ſunt, fuit obſtupefactus Judex, & accerſito quodam ex iis, qui apud eum multum poterant, qui dicebatur quidem Adeſcbe, ortus autem erat ex Civitate, quae vocabatur Arbel, &c.*

(11) Nimirum in Actis Sanctorum Centum & viginti Martyrum, in quibus, uti & heic infra, illuſtris haec Matrona, *Jazdundocta* nomine, laudatur.

(12) In Actis a Lipomano vulgatis *Zamſciates* audit *Nazeroth*.

(13) Eadem ferme, ſed nonnihil interpolata habentur in Actis apud Lipomanum, Surium, & Bollandianos editis. Porro Manichaeorum haereſis, ineunte ſeculo Chriſti tertio, ex orco erupit. Ejus primus author Scythianus quidam, Saracenus genere, ex Arabia, Palaeſtinae finitima, oriundus, contrarias, & ſibi invicem oppoſitas advertens in rerum natura qualitates, earum oppoſitionem duobus ſibi mutuo adverſantibus Principiis, quorum unum bonorum, alterum malorum numen eſſet, adſcribendum effinxit; hancque doctrinam vindicaturus, quatuor, ſed perbreves libros conſcripſit primum de Myſteriis, ſecundum de Capitulis, tertium de Evangelio, quartum de Theſauris. Poſt haec profectus in Judaeam cum Terbintho Diſcipulo (non ſub Apoſtolorum tempora, ut Sanctus Epiphanius oſcitans ſcripſit, ſed poſt annum Chriſti ducenteſimum) quum fidem Chriſtianam, quam argumentis evertere non poterat, a Presbyteris Eccleſiae Hieroſolymitanae confutatus, praeſtigiis concutere conaretur, in eumque finem ſummum aedium tectum conſcendiſſet; inde ulciſcente Deo, lapſus in praeceps miſerrime periit. Terbynthus vero auri, librorum, & haereſeos ipſius factus haeres, quum in Judaea, ubi jam ex perverſi-

verſitate notus erat, tutus manere non poſſet, in Perſidem aufugit, ac mutato nomine, Buddam, ſeu Buddaeum ſe nominavit. Verum adverſarios ibi expertus Mithrae, ſive Solis, Sacerdotes, multiſque diſputationibus ab ipſis laceſſitus, apud anum quamdam viduam ſe recepit. Tum Scythiani Magiſtri exemplo in ſummum tectum aſcendes, ac maleficiis operatus, ibidem correptus a daemone, atque in terram deturbatus, infelicem animam efflavit. Anus pecuniarum omnium, ac librorum compos facta, ſervum Perſam emit Cubricum nomine, anno Graecorum 551. Chriſti 340. juxta Chronicon Edeſſenum, Cod. Syr. Vatic. XII. natum, quem manumiſſum adoptavit, in Perſarum erudiendum curavit diſciplinis, ac librorum, atque pecuniarum conſeripſit haeredem. Qui, ne ſervitutis nomen ei probroſum eſſet, Manes adpellari deinde voluit. Quae vox Chaldaeis, & Syris *vas*, *veſtem*, & *inſtrumentum* quodlibet ſignificat: Perſis vero, teſte Sancto Cyrillo Hieroſolymitano, ὁμιλίαν, ideſt, adloquutionem. Verum quum apud Graecos male ſonaret hocce nomen, ne ab inſania, & furore videretur derivatum, Manichaeum, quaſi manna fundentem, hunc nominavere poſtea diſcipulis ut ait S. Auguſtinus lib. de Haereſibus cap. 26. Interim multos diſcipulos in ſuum pertrahens errorem, viginti duos juxta Epiphanium, duodecim vero, juxta Theodoretum, ad exemplum Domini, ſelegit, nefariorum ſuorum dogmatum, impiarumque fabularum praedicatores; in quibus tres prae ceteris inſignes eſſe voluit Thomam, Addam, & Hermam. Ipſe vero quum de Chriſtiana Religione multa audiviſſet, comparatis pecunia S. Scripturae libris, veritatem admiſcuit mendacio, ut ſectam ſuam veriſimiliorem faceret. Cui ut majorem conciliaret auctoritatem, filium Regis Perſarum, qui forte tum aegrotabat, magicis artibus ac praeſtigiis confiſus, curandum ſuſcepit; ſed quum Medicorum auxilio deſtitutus, ac Maneti relictus Princeps mortuus eſſet, in carcerem praeſtegiator conjectus eſt. Corruptis inde pecunia cuſtodibus clam aufugiens in Chaldaeae fines contendit. Ibi Marcellum, virum nobilitate, & omnibus Chriſtianae religionis officiis celeberrimum, qui Caſcarae morabatur, quemque ſeptem millia & ſeptingentos Chriſtianos, a Romanis militibus captos, redemiſſe, perhibent Acta Diſputationis Archelai Epiſcopi cum eodem Manete, a cl. viro Zacagnio, Bibliothecae noſtrae Vaticanae olim Praefecto, edita, ſeducere molitus eſt, data ad eum Epiſtola, praecipuos errores ſuos continente; quam quidem integram refert S. Epiphanius Haereſi 66. Verum a laudato Archelao, Caſcarae, Chaldaeae ſeu Babyloniae Urbis, unde Marcellus oriundus erat, Epiſcopo doctiſſimo, quocum ipſum Manetem in congreſſum venire idem Marcellus curaverat, convictus, & fugatus, ad Diodoridem, ejuſdem regionis oppidum clam acceſſit, ubi coram Diodoro Presbytero, quem S. Epiphanius & Photius Triphonem adpellant, iterum confutatus eſt. Perſarum deinde Regis venit in poteſtatem: quo jubente cutis illi vivo detracta eſt, quae palea farta & Urbis Seleuciae ac Cteſiphontis foribus ſuſpenſa ſub SS. Epiphanii, & Cyrilli tempora viſebatur. At quo ſuam longe lateque propagaret ſectam, projectiſſimae nequitiae homo, Addam in Indias, Thomam in Judaeam, Hermam in Ægyptum adlegaverat. Et in Perſide quidem plures olim extitiſſe hujus furfuris homines liquet vel ex hiſce Martyrum Orientalium Actis, in quibus Manichaei paſſim memorantur, uti etiam ex Papae Aghaei filii, Seleuciae & Cteſiphontis Catholici, qui S. Simeoni Barſaboë Martyri praeceſſit, cum Rege Perſarum adverſus eoſdem Manichaeos conloquio, quod in ipſius Papae vita, ab Amro, Matthaei filio, conſcripta, refertur his verbis:

وكان في ايام هذا الاب عدّة من الملافنه يقاومون
اهل سيمون ومرقيون وماني وغيرهم. والملك
فلما شاهد الجثالقه والاساقفه لا يتزوّجون
والمانويّه علي مذهب ماني لا يتزوّجون ايضا. امر
بقتل المانويّه. وتعدّي الامر علي النصارى ولحق
مار فافا البطريرك اذيّة عظيمه وتصلم النصاري
الي الملك. واوجب ان يعرف الفرق. فاجاب
مار فافا بان المانويه يعتقدون الاهين. والارض
ذات حياة. والانفس تنتقل من جسم الي
اخر ويرون ان التزويج نجس. والنصاري
يعترفون باله واحد ويرون التزويج. وانما يمتنع
الروسا سياسه ليواظبوا علي الصلوات
ولا تكون لهم شي يشغلهم. فاستحسن
الملك الجواب وكف عنهم.

Sub hoc autem Patre (Papa) *plures erant doctores, qui adſeclas Simonis, Marcionis, & Manetis, alioſque impugnabant. Rex vero* (Vararanes) *quum vidiſſet tam Catholicos, & Epiſcopos, quam Manichaeos, Manetis ſectarios, a nuptiis abſtinere, in Manichaeos quidem ſententiam capitis tulit; ad Chriſtianos vero idem edictum manavit, ejuſque cauſſa Dominus Papa Patriarcha multa perpeſſus eſt. Quum igitur Chriſtiani ad Regem confugiſſent, juſſit ille, diſcrimen, quale inter utroſque eſſet, ſibi declarari. Tum vero Dominus Papa: Manichaei, inquit, duos Deos credunt, terramque vita praeditam, & animas ex uno corpore in aliud migrare; nuptias denique averſantur. Contra Chriſtiani unum Deum profitentur, & nuptias probant, etſi eorum Praeſules ab iis religionis cauſſa abſtineant, ut, ſcilicet, precibus vacare poſſint, nec habeant, quod ſeſe diſtrahat. Quod Papae reſponſum Rex quum probaſſet, praecepit, ne quid moleſtiae Chriſtianis deinceps crearetur.* Manichaeos itidem in Africa anno Chriſti 375. Romae vero anno 383. plurimum invaluiſſe, teſtatur ipſe D. Auguſtinus, qui novem in ea ſecta annos verſatus eſt. Ceterum de Manete, ejuſque praecipuis erroribus haec perhibet Gregorius Bar-ebraeus, qui & Abulpharagius, Hiſt. Dynaſt. Par. 7. ad ſextum Aureliani Imperatoris annum. *Hoc tempore innotuit Manes Althanavi* (i. e. duorum Deorum

Dd ndſer-

adſertor) *Hic primo Chriſtianiſmum praeſetulit, & Sacerdos factus eſt Ebuazi, docuitque & interpretatus eſt ſacros libros, & cum Judaeis, Magis, & Ethnicis diſputavit: deinde a fide deſciſcens, ſeipſum Meſſiam nominavit, & duodecim diſcipulos ſibi adſcitos in omnes Orientis regiones, Indiam uſque, & Synas miſit, qui in ipſis doctrinam Thanaviorum ſeminarunt; Duos ſcilicet eſſe Mundo Deos, alterum Bonum, qui eſt origo lucis, alterum malum, qui tenebrarum origo; atque his contendentibus, Bonum victoria in Malum potitum. Malum ergo in partem Auſtralem receſſiſſe, quo ibi mundum ſibi conderet, cui dominaretur. Quod quum facere coepiſſet, ibique Benat Naash* (i. e. Arcturi ſignum) *circa polum Auſtralem fabricaſſet, huic, quod circa polum Borealem eſt, ſimile, pacem inter ipſos feciſſe Angelos, ea conditione, ut projiceret Bonus luminis ſui aliquid in materiam; unde exſtitit Mundus, generationi & corruptioni obnoxius, cui dominatus eſt Malus. Quod autem Bonus hoc coactus atque invitus feciſſet, ideo ipſum in Caelis duas naves grandes ereaſſe, videlicet ſolem, & lunam, in quibus animas hominum repoſuit, & portionem ſuam, quae Malo obtigit, paullatim repetere, ut materia ſenſim omni veſtigio boni privetur, & ceſſet imperium Mali. Adſeruit idem Metempſycoſin, atque ineſſe cuivis rei ſpiritum, qui aliunde traſmigraverit. Modum etiam excedebat in laudando igne, ejuſque virtute celebranda, eumque, qui ſanctus praedicetur, & divinis elogiis ornetur, dignum eſſe; atque haec omnia luminis ipſius, & ſplendoris gratia: & quod medium occupet locum inter corpora ſpherica, & ex elementis compoſita, Terram autem quae vilipendatur, dignam eſſe autumavit, quod tenebricoſa ſit, nec illuminetur ipſius medium vel actu, vel potentia. Haec autem ſententia antiquitus Perſarum fuit, nec eam Manes primum in medium protulit, ſed argumentis ſpecioſis confirmavit. Optime autem hac in re reſpondit doctor Princeps Abu Ali Ebn ſina* (Avicenna) *dicens: Quomodo fieri poteſt, ut in igne reperiatur quidquid in bonum, & in terra quidquid in malum cedit? Siquidem terra illud eſt, cui debetur duratio, & vita animantium, & plantarum; ignis autem, qualitatibus ſuis juſtum temperamentum excedens, corrumpit, & diſſipat partes compoſiti. Fertur Sapor Perſarum Rex Manetis interfecti pellem detractam ſtramine ſuffarſiſſe, ipſumque ſuper moenibus urbis patibulo adfixiſſe, quod quum magna de ſe praedicaret, filium ejus a morbo, qui ipſi contigit, ſanare non potuit.* Hucuſque Bar-ebraeus. Sed de his, aliiſque pluribus Manichaeorum erroribus, & perverſis moribus videſis Auguſtinum, Epiphanium, & Theodoretum; necnon diſputationem Archelai cum Manete, quam modo laudavimus, & eruditiſſimi viri Petri Thomae Cacciari Carmelitae calceati, Diſſertationem de Manichaeorum haereſi typis Sacrae Congregat. de Propaganda Fide quamprimum committendam. Adverſus dementiſſimam hujuſmodi ſectam, quae progreſſu temporis, Mahometanorum praecipue opera in Oriente penitus interiit, praeter Graecos, & Latinos Patres, Syri complures ſcripſere, ut S. Ephraem, Diodorus, Paulonas, Titus, Daniel Rheſinae, Gabriel Hormuzi, Natanaël, & Bud Periodeutes, de quibus conſule Catalogum Ebedjeſu Sobenſis Metropolitae apud Aſſemanum Bibl. Orient. tom. 2. & 3. ubi varia de Manichaeis notatu digna habentur.

(14) In Actis, quae Lipomanus Metaphraſtis nomine vulgavit, legitur: *Cum vero accepiſſet Judex, maximum quemdam Perſam Praeſidem, nomine Saborium, in ſuum vicum adveniſſe, qui adpellatur Macellaria, ei Martyrum mandat examinationem.*

(15) Ibid. *Jazdandocta*, quod nomen Perſicum recte *Deo natam* interpreteris, *Iſdandul* perperam ſcribitur.

(16) Ibid. Hic Actorum locus ſic interpolatur: *Atque venerandum quidem illud corpus, adhibitis cuſtodibus, conſervabatur tamquam theſaurus aliquis: cum autem tres dies praeteriiſſent, & jam adveniſſet quartus, extitit magnus, & terribilis terraemotus.*

(17) Ibid. pro *Daſtgaear*, regionis Nuhadrae, ſive Beth-Nuhadrae Oppido, legitur *Patrias vicus*.

(18) Ibid. Feriae quartae hebdomadis ultimae Pentecoſtes, quae anno Chriſti 380. ad quem S. Aithilahae Martyrium ex dictis referendum eſt, in diem 27. Maji incidit, perperam ſufficitur *Menſis Junius*.

(19) Primi hujus ſermonis, quem heic laudat Maruthas, nonniſi fragmentum, & quidem tenue, in Codice Chaldaico Nitrienſi Vaticano II. habetur, quod Aſſemanus in Indice Codicum Syriacorum, quem ad Bibliothecae ſuae Orientalis tom. 1. adjecit, *Sermonem in laudem Martyrum Orientalium*, inſcribit, ex hac ſcilicet, epigraphe, quae ad ejus calcem legitur:

ܫܠܡ ܡܐܡܪܐ ܕܐܬܐܡܪ ܥܠ ܬܫܒܘܚܬܐ
ܘܙܟܘܬܐ ܕܣܗܕܐ ܟܠܗܘܢ ܕܡܕܢ
ܚܝܐ

Explicit ſermo, qui dictus eſt ſuper encomio, & triumpho Martyrum omnium Orientalium. Quoniam vero praeter generales Martyrum laudationes, nulla in eo fragmento Acta referuntur, idem a nobis conſulto praetermiſſum eſt, donec integrum aliud exemplar in manus noſtras incidat, ex quo farciri poſſit jactura eorum, quae in Codicibus noſtris deſiderantur.

AD.

A D P E N D I X

AD PERSICAE XL. ANNORUM PERSEQUUTIONIS HISTORIAM.

In qua nonnulla aliorum Martyrum Orientalium, qui anno Saporis II. Perſarum Regis decimo octavo, & trigeſimo; necnon Vararanis V. Iſdegerdis Filii, ſecundo, in Perſide paſſi ſunt, Acta ex Codice Chaldaico Nitrienſi Vaticano II. nunc primum in lucem proferuntur.

A D M O N I T I O

In Acta SS. Martyrum JONAE, BRICHIESU, & aliorum IX. Sociorum.

ANte immaniſſimam quadraginta annorum Perſequutionem, cujus hiſtoriam a S.Marutha Tagritenſi Epiſcopo, Chaſdaice conſcriptam, tum latina lingua, tum admonitionibus noſtris atque adnotationibus hactenus illuſtravimus, alias a Sapore II. Perſarum Rege, cognomento Longaevo, in Chriſtianos excitatas fuiſſe, nempe, anno Regni aetatiſque ſuae decimo octavo, & trigeſimo, liquet potiſſimum ex duobus Martyrum Orientalium Actis, quae una cum totidem aliis, ad Perſequutionem Isdegerdico-Vararanicam pertinentibus, ex pervetuſto Codice Chaldaico Nitrienſi Vaticano II. eruta, juxta ordinem, in quem ibidem digeſta ſunt, heic exhibere, operae pretium duximus. Perſequutiones, a Sapore Rege in Chriſtianos excitatae.

Porro Acta Sanctorum Jonae, Brichjeſu, & aliorum novem Martyrum, nominatim in titulo, & ad calcem infra recenſendorum, qui, Sapore Rege anno Regni ſui decimo octavo in Chriſtianos furente, Martyrii lauream obtinuerunt, ab Eſaia, Adabi Arzunitae filio, Equite ipſius Saporis Perſarum Regis nobiliſſimo, Chaldaice exarata, inde vero in Graecum ſermonem a Metaphraſte, parum tamen feliciter, ut in adnotationibus mox ſubjiciendis, oſtendemus, converſa, ex Codice MS. celeberrimae Venetorum Bibliothecae, quem Franciſcus Zinus latinitate donavit, recitant, Lipomanus tom. VII. Surius tom. II. & Bollandiani tom. III. menſis Martii; eaque tamquam genuina, & recte quidem, amplectitur doctiſſimus Cardinalis Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum, die 29. Martii: *Habentur*, inquit, *eorum Acta ſinceriſſima, ſcripta ab Iſaia Adami filio, qui praeſto fuit*. Idem etenim Eſaias ad eorum calcem haec de ſeipſo profert: Acta Graece; inde vero latine parum feliciter reddita. Eorum auctoritas.

ܒܨܠܘܬܗܘܢ ܢܗܘܐ ܫܘܬܦܐ ܠܥܒܕܐ ܫܥܝܐ ܒܪ ܐܕܒ ܐܪܙܢܝܐ ܡܢ ܦܪܫܐ ܕܡܠܟܐ
ܕܐܬܩܪܝ ܠܫܘܐܠܝ ܣܗܕܐ ܗܠܝܢ ܘܟܬܒ ܢܨܚܢܝܗܘܢ ܕܣܗܕܐ ܩܕܝܫܐ.

Quorum in precibus locum habeat, oramus, Eſaias, Adabi Arzanitae filius, ex coorte Regiorum Equitum, qui horum Martyrum quaeſtionibus praeſens adfuit. & onus ſuſcepit ſcribendi eorum triumphos. Quae verba Mataphraſtes hunc in modum de more ampliavit. *Hanc autem Sanctorum Martyrum hiſtoriam conſcripſit Iſaias, Adami filius; qui cum eques eſſet Regis Perſarum Saborii, & cum Magorum Principibus, ut auditor tantum, & ſpectator eorum, quae fiebant, intereſſet; atque ita omnia, quae in hoc certamine contigerunt ab initio ad finem uſque, audiſſet, at perſpexiſſet, ea ad omuium aedificationem, atque utilitatem, & ſalutem litterarum monumentis mandavit, ut talem pro Chriſto virtutem omnes ſtudeant imitari*.

Circa annum, quo iſti Martyres coronam conſequuti ſunt, Eſaiae conſenſit Metaphraſtes; uterque enim refert, id anno Saporis Regis decimo octavo contigiſſe. De die vero,& menſe diſcrepant; nam Eſaias quidem in hiſce Actis Chaldaicis, eorum Paſſionem conſignat die 29.Lunae Decembris: ܐܫܬܠܡܘ ܕܝܢ ܣܗܕܐ ܗܠܝܢ ܡܢ ܥܠܡܐ ܒܝܪܚܐ
ܠܡܫܠܡܢܘܬܗܘܢ ܒܬܫܥܐ ܘܥܣܪܝܢ ܒܗ ܒܣܗܪܐ ܕܟܢܘܢ. Martyrii tempus.

Lauream, inquit, *adepti ſunt Beati Martyres a primo ad poſtremum omnes Luna vigeſima nona Canun prioris*, ſeu decembris. At Metaphraſtes pro Decembri habet Martium: *Interfecti ſunt novem ex iis Chriſti Martyribus* VI. *Calend. Aprilis*: *reliqui autem duo*, ideſt, Jonas, & Brichieſus, quem perperam Barachiſium adpellat, IV. *Calend. ejuſdem menſis*.

Memoria & cultus, Apud Latinos.

Metaphraſti conſonant pleraque Martyrologia antiqua & recentiora, quae priores novem Martyres die 27. Martii, Jonam vero, & Brichieſum die 29. ejuſdem menſis concelebrant. Romanum etenim Martyrologium iſta ad diem XXVII. Martii habet: *In Perſide Sanctorum Martyrum Zanitae*, *Marothae*, ſic ex Metaphraſte Zebinam. & Marutham vocat, *Narſetis*, *& aliorum quinque*, *qui ſub Sapore Rege Perſarum ſaeviſſime trucidati*, *Martyrii palmam meruerunt*. Ad diem vero XXIX. ejuſdem menſis: *In Perſia Sanctorum Martyrum Jonae*, *& Barachiſii ſub Sapore Rege Perſarum*: *quorum Jonas preſſus in cochlea*, *confractis oſſibus*, *medius diſſectus eſt*; *alter vera oppletis faucibus pice ardenti ſuffocatus*. Geleſinus eodem die 27. Martii: *In Perſia Sanctorum Martyrum Zanitae*, *Lazari*, *& Sociorum ſeptem*. *Ii*, *Saborio Perſarum Rege*, *populique*; *nominiſque Chriſtiani hoſte teterrimo*, *pra fide in vincula conjecti*, *cum varios cruciatus exhauſiſſent*, *praeclara Martyrii dimicatione confecta*, *in Confeſſione*, *Caeleſti conſtantia roborati*, *pro victoria fidei*, *egregia corona redimiti*, *in Caelum evolant ad Choros Angelorum*. Et die 29. ejuſdem menſis: *In Perſia Beatorum Martyrum Jonae*, *& Barachiſi*: *qui fortiſſimi Dei milites*, *Saborii Regis*, *rei Chriſtianae hoſtis*, *juſſu*, *omni cruciatuum genere torti*, *praeclara & fidei*, *& virtutis Chriſtianae exemplo dato*, *ſtola lucis induti*, *ſempiterna perfruuntur gloria*. Eadem fere leguntur apud Felicium, qui priores novem Martyres ſingulos ſuis nominibus exprimit: additque, eos paſſos anno Saporis Regis decimo octavo; apud Molanum in Auctario Uſuardi, Caniſium, & alios Martyrologos.

Et apud Orientales.

In Menaeis autem Graecorum, etſi ad diem Martii vigeſimam ſeptimam nulla priorum novem Martyrum memoria habeatur; attamen in elogio SS. Jonae, & Brichieſu, quod ad diem ejuſdem menſis vigeſimam nonam refertur, iidem Martyres & nominibus ſuis, juxta Metaphraſticam tamen verſionem, laudantur, & die 27. praedicti menſi coronati dicuntur. Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, τῶν Ἁγίων Μαρτύρων Ἰωνᾶ, καὶ Βαραχησίου. Οἱ Ἅγιοι Ἰωνᾶς καὶ Βαραχήσιος ὑπῆρχον ἐκ Περσίδος κατὰ τοὺς χρόνους Σαβωρίου Περσῶν, καὶ Κωνσταντίνου Βασιλέως Ῥωμαίων τοῦ μεγάλου· Μοναχοὶ δὲ ὄντες καὶ τὸ ἑαυτῶν Μοναστήριον καταλειπόντες, ἦλθον ἐν πόλει Βαραβὼχ καλουμένῃ· Καὶ ἐν αὐτῇ κατακλείστους εὑρόντες τοὺς Ἁγίους Μάρτυρας Ζανιθὰν, Λάζαρον, Μαρουθὰν, Ναρσῆν, Ἠλίαν, Μάρην, Ἄβιβον, Συβιθίνην, καὶ Σάβαν· Παρεθάρρυναν αὐτοὺς, καὶ πρὸς τοὺς ἀγῶνας ὑπήλειφον. κατασχεθέντες δὲ, ἤχθησαν πρὸς τοὺς τρεῖς ἄρχοντας Ματδρὰθ, Σιρὼ, καὶ Μαρμησῶ, ὑφ' ὧν παραινέσεις ἅμα καὶ ἀπειλὰς δεξάμενοι, καὶ μὴ πεισθέντες αὐτοῖς, πρῶτον δεσμοῦνται νόμῳ Περσικῷ. Ὁ δὲ Ἰωνᾶς, καὶ ῥάβδοις ξηραῖς τύπτεται, καὶ σχοινίοις δεθεὶς ἐξ εἴτα ὑπαίθριος τῷ κρυμῷ περισπαρασσόμενος βάλλεται. Ὁ δὲ Βαραχήσιος βώλους χαλκοῦς ἐκπυρωθέντας κατὰ τὴν μασχάλην δέχεται καὶ ξύσιν ἐπί τε τοῖς βλεφάροις, καὶ τοῖς ὠσί, καὶ τοῖς λάρυγξι τὸν ἅγιον μόλυβδον καταχέουσιν καὶ ὁ μὲν Βαραχήσιος, δεθεὶς τοὺς πόδας κρεμμᾶται ἐν τῇ φυλακῇ. Ὁ δὲ Ἅγιος Ἰωνᾶς τέμνεται τοὺς δακτύλους χειρῶν καὶ ποδῶν, καὶ τῆς κεφαλῆς τὸ δέρμα ἀφαιρεῖται, καὶ τὴν γλῶτταν τέμνεται καὶ ἐν χαλκίῳ πίσσης μεστῷ ἐμβάλλεται· ἐξ οὗ ἀβλαβὴς διεξῆλθε, καὶ μετὰ ταῦτα κατασφίγγουσιν αὐτὸν ἐν κοχλίᾳ τεκτονικῷ, καὶ συντρίβουσιν αὐτοῦ τὰ ὀστᾶ· εἶθ' οὕτως πρίζουσι μέσον, καὶ ἐν λάκκῳ κρύπτουσι βαθυτάτῳ, ἐν ᾧ τὸ τέλος ἐδέξατο. Ὁ δὲ Ἅγιος Βαραχήσιος εἰς ἐξέτασιν ἀχθεὶς, γυμνὸς σύρεται ἐπ' ἀγάθαις καὶ περικεντεῖται καλάμοις ὀξέσι, καὶ ἐν κοχλίᾳ βληθεὶς, καὶ ὅλον τὸ σῶμα καταθλασθεὶς καὶ κατὰ τοῦ φάρυγγος πίσσαν ἐπιχυθεὶς βράζουσαν, ἐξέδωκε τὴν ψυχήν. συγκατετέθησαν δὲ αὐτῷ τὰ λείψανα, καὶ ἐτάφησαν ἅμα τοῖς ἐννέα μάρτυσιν. ἐκείνων δὲ τελειωθέντων κατὰ τὴν εἰκοστὴν ἑβδόμην τοῦ μαρτίου μηνός· τοῦ δὲ Ἁγίου Ἰωνᾶ καὶ Βαραχησίου κατὰ τὴν εἰκοστὴν ἐννάτην. *Eodem die* (Martii XXVII.) *Sanctorum Martyrum Jonae*, *& Barachiſii*. *Sancti Jonas*, *& Barachiſius ex Perſide fuerant tempore Saborii*, *Perſarum Regis*, *& Conſtantini Magni*, *Romanorum Imperatoris*. *Monachi vero quum eſſent*, *ſuumque Monaſterium reliquiſſent*, *ad urbem*, *Baraboch dictam*, *perrexerunt*: *ibidemque quum Sanctos Martyres Zanitam*, *Lazarum*, *Marutham*, *Narſem*, *Eliam*, *Maren*, *Abibum*, *Sebeethem*, *& Sabam*, *carceri incluſas*, *inveniſſent*, *iis animum*, *ſtimuloſque addiderunt*, *& ad certamen ſubeundum cohortatione fuerunt aliptae*. *Comprehenſi autem*, *tribus Perſarum*

Prin-

Principibus Maſdrath, Sira, & Mamerſi ſiſtuntur, a quibus cum blanditiis, tum minitationibus ad ejurandum Chriſtum ſolicitati ſunt. Quumque eorum conſiliis minime adſentirentur, primum ex lege Perſica vinculis conſtringuntur. Et Jonas quidem virgis aſperis excipitur, funibuſque adſtrictus, foras ſub dia glaciei exponitur. Barachiſius vero glebas aeneas ardentes ſub axillis ſuſtinet. Tum in palpebras, aures fauceſque Sanctorum plumbum infundunt, mox Barachiſius vinculis conſtrictus, pedibus in carcere ſuſpenditur: Jonae vero manuum, pedumque digitos praecidunt, & capitis cutem detrahunt, linguam abſcindunt, atque in vas, pice plenum, immittunt, ex qua innocuus evaſit. Poſt haec vero in cochlea comprimitur, ejuſque oſſa confringuntur; ac demum ſerra medius ſecatur, & in profundiſſimum conjicitur lacum in quo Martyrium complevit. Sanctus Barachiſius ad quaeſtionem adductus, nudus per ſpinas trahitur, arundinibus acutis cruciatur, & in cochleam injectus, toto confracto corpore, piceque ebulliente in ejus fauces effuſa animam reddidit. Compoſita autem eorum corpora una cum novem Martyribus ſepulta ſunt. Porro iſti die vigeſima ſeptima menſis Martii Martyrium conſummarunt, Jonas vero & Barachiſius die vigeſima nona. Haec Menaea, in quibus & hi verſus in eorumdem Martyrum laudem exibentur.

Ἔχεις Ἰωνᾶν καὶ σὺ γῆ πάντως μέγαν,
Κατ' οὐδὲν ἐνδέοντα τῷ θαλαττίῳ.
Διψῶν Βαραχήσιος ἀθλητῶν τέλος,
Χανδὸν ζεούσης ἐκπίνει πίσσης σκύφον
Ἑπᾶ φλογερῆς ἐννάτῃ Βαραχήσιον εἷλε πίσσης.

Habes tu quoque, Terra, Jonam, haud dubie magnum,
Nequaquam indigentem marino,
Sitiens Barachiſius Athletarum finem,
Inhianter bullientis picis ebibit ſcyphum
Conſequuta eſt fervida pice Barachiſium dies vigeſima nona.

At Menologium, Baſilii Porphyrogeniti Imperatoris juſſu editum, in eorumdem Sanctorum Jonae & Brichieſu Certaminis Encomio, a quo diem Martii vigeſimam nonam auſpicatur, praefatos quidem novem Martyres commemorat; ſed eorum, nec nomina, nec Martyrii diem aut menſem exprimit. *Certamen Sanctorum Jonae, & Barachiſii. Imperante Conſtantino Magno erant iſti. Monachi autem quum eſſent, abierunt in Perſidem: & quum ibidem reperirent novem Sanctos Martyres, carceri incluſos, eos ad fortiter certandum animarunt. Quare comprehenſi, & ad Principes Perſarum adducti ſunt, a quibus adigebantur Chriſtum abnegare. Sed quum ad id faciendum nequaquam adduci poſſent, primus Jonas vinculis conſtringitur ſecundam legem Perſarum: ſolent enim Perſae, ſi aliquem verberibus excepturi ſunt, illum in terram deponere, ejuſque manus ac pedes vinculis alicui ligno adſtringere. Ille vero tamquam lapis immotus, plagas accepit, dum aſperis virgis caederetur: quem ſanum invenientes, projecerunt foras, & glaciei concretae per totam noctem expoſuerunt. Digitos deinde manuum ac pedum abſcindunt, ipſumque in cochlea compreſſum, ſerra medium ſecant, & in lacum projiciunt: atque ita finem vivendi fecit. Barachiſius autem nudus per ſpinas tractus, & in cochleam conjectus, quum in ejus guttur pix ebulliens infuſa eſſet, vitam conſummavit.* Hucuſque Menologium Baſilii; quod tamen a genuinis Actis in nonnullis diſſentit, de quibus infra in adnotationibus, ubi cum Metaphraſtis, tum aliorum Martyrologorum adlucinationes perſtringemus. Demum Cardinalis Sirleti Menologium die 27. Martii, praetermiſſis novem Martyribus, haec pauca de SS. Jona & Brichieſu refert: *Eodem die Martyres Jonas, & Barechiſius ſecuri percutiuntur.* Verum non videtur hujus Menologii author antiqua Acta ab Eſaia conſcripra habuiſſe. quae Jonam & Brichieſum non ſecuri percuſſos; ſed alterum quidem ferrea ſerra diſſectum fuiſſe, alterum vero mogna vi liquefactae picis atque ardentis ſulphuris in os infuſa ſuffocatum, perhibent.

Ceterum de anno, quo iſti Martyres lauream adepti ſunt, deque Epocha Perſequutionis, quam ad annum Saporis decimum octavum conlocat Eſaias, et ex eo Metaphraſtes, non omnes recte ſentiunt. Baronius enim eorumdem Martyrum necem, atque adeo initium hujus Perſequutionis ad annum Chriſti 344. protrahit. At mirari profecto ſubit, qui doctiſſimus Annalium parens, a quo & Saporis regni exordium

Epocha Perſequutionis.

Baronii lapſus.

anno

anno Chriſti 310. conſignatur, & ſinceriſſima horum Martyrum Acta exiſtimantur, eiſdem diſerte praefixum legerit annum ipſius Saporis decimum octavum; & vulgarem nihilominus Chriſti annum 344. ſuffecerit. Noverat inſuper idem author, tam in Menologio Baſiliano, quam in Graecorum Menaeis eorumdem Martyrum Paſſiouem ad Conſtantini Magni tempora referri: is autem anno Chriſti 337. e vivis exceſſit.

Bollandiani refelluntur.

Bollandiani vero & indigeſta & ſecum pugnantia loqui videntur; ad diem quippe Martii 29. haec ex Theophane excerpta Actis noſtrorum Martyrum praemittunt: *Cum ſub Conſtantino Magno Imperatore Chriſtiano, Eccleſia Chriſti tutiſſima pace frueretur, Fides Chriſtiana per totum Perſarum Regnum magno incremento augebatur: quod aegre ferentes Judaei. ac plurimi Perſarum, Chriſtianos apud Saporem Regem criminati ſunt. Unde horrenda perſecutione commota, plurimi pro Chriſto Martyrii corona fuere condecorati. Imo in praecipuis urbibus, nobiliſſimi quique ad decem & octo millia cruciatibus horrendis, & ob humana penitus alienis natura Martyres fuere conſummati. Quibus auditis ſacratiſſimus Imperator Conſtantinus, ut Chriſtianorum ſanguini fundendo parceret, & a tanta crudelitate abſtineret, per litteras, additis etiam precibus, Saporem eſt adhortatus; ſed duram Regis mentem flectere non valuit: ut ea omnia Theophanes in Chronographia ad annum Conſtantini* XXI *Chriſti 325. aut ſequentem accurate deſcribit. In hac Perſecutione paſſi ſunt ad diem* XXIX. *Martii SS. Janas, & Barachiſius fratres.* Hucuſque Bollandiani. At quis non videat, heic a Theophane omnium immaniſſimam quadraginta annorum Perſequutionem anno Saporis Regis 31. inchoatam deſcribi, quum loco a Bollandianis citato, Simeonem Barſaboë, Seleuciae & Cteſiphontis Epiſcopum, ſub ejuſdem Perſequutionis initium, quod perperam ad Conſtantini Magni tempora revocat, Martyrio fuiſſe perſunctum, diſertiſſime perhibeat? Quam tamen Perſequutionem iidem Bollandiani ad diem 21. Aprilis, nonniſi anno Imperii Conſtantii VII. Chriſti 343. coeptam adfirmant. Nec magis ſibi conſtant Bollandiani, dum eidem Theophani conſentientes tradunt, Conſtantinum Magnum hujus Perſequutinnis cauſſa literas ad Saporem dediſſe, ut nimirum a Chriſtianorum ſanguine fundendo deſiſteret. Hanc enim opinationem alibi in Aſſemano noſtro perſtringunt. *Legi*, inquit, Bollandianus die 4. Auguſti in admonitione praevia ad Acta S Jae, *& perlegi Epiſtolam Conſtantini Magni, & nihil inveni, quod adſertam ab Aſſemano Perſequutionis anticipationem ſuadeat*, ſeu Coſtantini Magni Epiſtola aliquam indicari Perſequutionem a Sapore in Chriſtianos excitatam. Ceterum quem Bollandiani laudaverant die 29. Martii, Theophanes tantae non eſt authnritatis, ut ab aliis Scriptoribus, ſicut ab ipſiſmet Bnllandianis ad diem 21. Aprilis, & 4. Auguſti, non vapulet; claruit enim ille ſeculo Chriſti octavo exeunte: atque adeo non aliam, quam quae ab Euſebio exhibetur, videre potuit Conſtantini Magni Epiſtolam. At haec de deſiſtendo a Chriſtiani ſanguinis effuſione ne verbum quidem inſert; quamquam ſi revera inſerret, nonniſi Perſequutionem, decimo octavo Saporis anno motam, luculentiſſime adtingeret, deſignaretque.

Item Ruinartus.

Demum, ut alios praetermittam, Thendoricus Ruinartus in Admonitione praevia ad Acta S. Simonis Barſaboë pag. 566. nullam aliam ante illam quadraginta annorum perſequutionem, cujus exordium ad annum Chriſti 343. cum Bollandiania differt, a Sapore excitatam fuiſſe contendit; ſibique opponentibus Acta SS Jonae, Brichieſu; & aliorum novem Martyrum, ſiquidem ibi Sapor anno regni ſui decimo octavo, ideſt, Chriſti 327. vel, ut cenſet Petavius, 328. Perſequutionem adverſus Chriſtianos commnviſſe dicitur, reſpondet hiſce verbia: *Salva etiam horum Actorum auctoritate, quis non videat annum Saporis 18. pro 38. facile irrepere potuiſſe in eis aut deſcribendis, aut in aliam linguam ex Perſica vertendis?*

Et Tillemontius.

Ruinarto adſtipulatur Tillemontius; qui idcirco horum Martyrum Paſſionem in annum Chriſti 346. rejicit. Verum quum annus ille, Saporia ſcilicet decimus octavus, non alphabeticis literis, aut numeralibus notis, quibus mendum facile poſſet obrepere, ſed verbis integris, atque diſertia in omnibus, quae extant, Chaldaicia, Graeciſque Actorum editionibus referatur; idque ſine ullo certo argumento ab utroque authore adſeratur, hanc plane ſententiam veluti inanem, futilemque improbandam eſſe, nemo, niſi poeta, cui quidlibet audendi, fingendive ineſt poteſtas, inficias ibit. A recentioribus autem latinia, qui hanc duodevigeſimi Sapnris anni Perſequutionem ad Conſtantii Imperatnris tempnra prntrahunt, ſcire vellem, unde-

undenam horum Martyrum notitam hauſerint? Certe non aliunde, quam a Lipomano, qui eorum Acta primus ex Metaphraſte in lucem protulit. A quo igitur edocti ſunt, eam alio, quam quo tradit idem Metaphraſtes, excitatam fuiſſe, anno? At peremta eſt lis eo ipſo, quo adverſarii nobiſcum decantant horum Actorum ſcriptorem Eſaiam, Adabi Arzunitae filium. Is enim oculatus teſtis ac in rebus Perſicis expertiſſimus, utpote ipſius Saporis Regis eques, haec eorum initio prodit. *Inierat Sapor, Perſarum Rex, Regni ſui annum duodevigeſimum, ratuſque id e republica eſſe, adverſus Chriſti Eccleſiam adeo acerbam Perſequutionem commovit, ut etiam Eccleſias, & Altaria dirueret, Monaſteria incenderet, graviſſimiſque oneribus univerſos Chriſtianos divexaret.* Vel itaque explodenda omnino Scriptoris coaequalis, imo & teſtis oculati, omnique exceptione majoris authoritas: quod quidem nullus emunctae naris cenſor audet; vel inconcuſſe definiendum, Saporem anno Regni ſui decimo octavo hanc Perſequutionem concitaſſe. Is vero annus, quoniam Sapor, juxta concordem Chronologorum ſententiam, Rex in utero matris agnitus, anno Chriſti 310. in lucem editus fuit, ut in vulgarem ejuſdem Chriſti annum 327. cadat, conſequens eſt.

Neque audiendus eſt clariſſimus Bibliothecae Orientalis Author, qui tom. 1. pag. 17. & 194. praeterquamquod annum Saporis decimum octavum cum vulgaris Chriſtianae aerae anno 317. perperam conjungit, hanc, de qua agimus, Perſequutionem & nullo diplomate Regio indictam fuiſſe, & in ſola urbe Regia efferbuiſſe, opinatur. Nam rurſus legatur Actorum proëmium: *Inierat Sapor, Perſarum Rex, annum ſui Regni duodevigeſimum, ratuſque id e republica eſſe, adverſus Chriſti Eccleſiam adeo acerbam Perſequutionem commovit*, &c. Quae quidem verba quotquot in Perſide degebant, Chriſtianos comprehendunt, nec niſi inepte ad peculiarem locum aptari queunt. Porro quae ibidem ab Eſaia memorantur, Eccleſiarum & Altarium everſiones, Monaſteriorum incendia, graviſſimaque onera univerſis Chriſtianis impoſita, quis praevio generali Regis in Chriſtianos edicto non adſcripſerit; atque adeo ejuſmodi Perſequutionis immanitatem nedum urbem Regiam, verum etiam omnes Perſici Regni provincias pervaſiſſe, non adfirmaverit? Concinit Lipomanus, quum ex Metaphraſte ſcribit: *Praeterea imperavit Saborius, ut Chriſtiani conquirerentur, inventique cogerentur diis ſacrificare, & qui parerent, magnis adficerentur honoribus; qui vero parere recuſarent, variis tormentis, & ſuppliciis graviſſimis excruciarentur.* Sed de his ſatis.

Bibl. Orient. Authoris ſubleſtae conjecturae.

[illegible]

[illegible]

A C T A

SS. Martyrum JONAE, BRICHIESU, ZEBINAE, LAZARI, MARUTHAE, NARSETIS, ELIAE, MAHARIS, HABIBI, SABAE, & SCEMBAITAE.

Anno Saporis II. Perſarum Regis 18. Chriſti 327.

[illegible]

INIERAT Sapor, Perſarum Rex, annum Regni ſui duodevigeſimum, ratuſque id e republica eſſe, adverſus Chriſti Eccleſiam adeo acerbam Perſequutionem commovit, ut etiam Eccleſias, & Altaria dirueret, Monaſteria incenderet, graviſſimiſque oneribus univerſos Chriſtianos divexaret. Haec porro Rex ad eum finem moliebatur, ut ii a Deo, rerum omnium opi-

Atrox in Chriſtianos Perſequutio.

opifice, deficientes, ad Ignem, Solem, & Aquam, tamquam ad nova numina, transfugerent. Si quis itaque horum inanium Deorum cultum recuſaſſet, atroces & intolerandas quaeſtiones ſubire cogebatur.

Jonas, & Brichieſus fratres Chriſtianos carceri incluſos inviſunt.

Erant in oppido Beth-Aſa Fratres duo Ionas, & [1] Brichiesus bene morati, & bonorum omnium amore digni: qui quum
1 audiviſſent, certis in locis ea cum acerbitate exagitari Chriſtianae Fidei teſtes, perque exquiſitos cruciatus cogi, ſuſceptam religionem deſerere, illuc ſeſe conferre decre-
2 verunt [2]. Nec mora ſeſe viae committunt; quumque eo demum adpuliſſent, concurſum vident ad impias Aras fieri coeptum. Et quoniam locum, remque per ſe ſpecta-
3 re cupiebant, in oppidum [3] Hubaham ſe contulere, & obvios quoſque, ſicuti uſuvenit, percontantes, ad publicam cuſtodiam pervenerunt, atque impetrata a cuſtode venia, carcerem intrarunt, Chriſtianos inviſuri, quos in cauſſa Fidei in publicis vinculis detineri intellexerant. Multos ibi inveniunt, quorum conſtantiam impius Ju-
4 dex fruſtra divexaverat [4]. Hos ut in propoſito eamdem animi firmitudinem tenerent, cohortabantur, eoſque ex Sacris Libris ad diſceptandum inſtituebant, & confirmabant, ea ſucceſſus felicitate, ut ex illo Chriſtianorum coetu alii Confeſſionis gloria inſignes exſtiterint, plerique etiam Martyrii coronam adepti fuerint. Poſtremi novem fuerunt, Zebinas [5], ſcilicet, Lazarus,
5 Maruthas [6], Narses, Elias, Mahares,
6 Habibus, Sabas, & Scembaitas.

Eos confirmant.

Eorum nomina.

Jonas, & Brichieſus proinde delati.

His novem Martyrio defunctis ſucceſſere fortes illi duo fratres Jonas, & Brichieſus, quos ad dicendam de religione cauſſam Judex per eos dies advocaverat. Ferebatur, eos Chriſtianos, qui ſupplicio nuper adfecti fuerant, horum fratrum cohortationibus conroboratos, ad illud mortis genus animum adpuliſſe. Quod Praeſidi [7] dela-
7 tum, iram ejus non mediocriter commovit. Quamobrem ambos, a ſatellitibus captos, blanda primum oratione pertentat: Per fortunam Regis Regum, ait, vos, optimi viri,

Praeſidi ſiſtuntur.

[illegible]

ܘܟܕ ܫܡܥ ܪܒܐ ܕܡܓܘܫܐ ܗܠܝܢ܂
ܘܚܙܐ ܠܐܢܫܐ ܐܡܪ ܠܡܓܘܫܘܗܝ:
ܘܟܕ ܐܬܘ ܘܩܡܘ ܩܕܡܘܗܝ ܐܡܪ ܠܗܘܢ:
ܒܥܒܕܗ ܕܡܠܟ ܡܠ̈ܟܐ ܦܠܚ ܕܐܬܟܢܫܘ
ܦܘܩܕܢܐ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܠܐ ܬܬܟܠܘܢ ܥܠ:
ܢܦܫܝ ܐܢܬܘܢ ܒܦܘܩܕܢܐ ܕܡܠܟ ܡ̈ܠܟܐ
ܘܫܡܫܝ ܐܢܬܘܢ ܘܣܓܘܕܝ ܐܢܬܘܢ
ܠܫܡܫܐ ܘܠܣܗܪܐ ܘܠܡ̈ܝܐ
ܘܣܓܘܕܘ ܠܗܘܢ ܐܝܟ ܢܡܘܣܐ
ܕܝܗܒ ܠܡܠܟܐ ܕܐܪܥܐ . ܥܢܘ ܘܐܡܪܝܢ
ܠܗ: ܫܡܥ ܕܐܦ ܚܢܢ ܢܐܡܪ ܥܒܕܝܢ
ܐܝܟ ܕܒܕܝܢܐ ܕܡܠܟܐ ܩܪܝܒ ܐܢܬ
ܕܬܗܘܐ ܡܫܬܥܠ: ܕܠܐ ܬܬܚܝܒ ܒܕܝܢܐ:
ܠܐ ܓܝܪ ܡܢ ܗܢܐ ܡܠܟܐ ܒܠܚܘܕ ܐܝܟ
ܫܘܠܛܢܐ ܗܢܐ ܕܠܐ ܐܝܟ ܕܬܬܕܚܠ ܡܢ
ܗܘ ܕܝܗܒ ܠܟ ܚܟܡܬܐ ܘܝܕܥܬܐ: ܕܠܐ
ܐܝܟ ܕܝܕܥ ܡܢܘ ܡܠܟ ܡ̈ܠܟܐ ܘܡܪܐ
ܕܫܡܝܐ ܘܕܐܪܥܐ ܘܡܩܕܡ ܙܒ̈ܢܐ
ܘܡܫܚܠܦ ܙܒ̈ܢܐ: ܘܝܗܒ ܚܟܡܬܐ
ܠܚܟܝܡܐ ܕܒܗ ܡܬܩܝܡܝܢ ܕܝ̈ܢܐ
ܘܡܫܬܠܛܝܢ ܥܠ ܥܡ̈ܡܐ
ܒܩܘܫܬܐ: ܘܡܦܝܣܝܢ ܐܝܟ ܕܬܐܡܪ ܠܢ:
ܠܐܝܢܐ ܡܠܟܐ ܘܠܐ ܕܘܠܝܐ
ܕܢܫܬܡܥ: ܠܗܘ ܕܐܡܪܬ ܕܒܪܐ
ܟܠܡܕܡ: ܐܘ ܠܡܠܟܐ ܕܡܐܬ
ܘܡܬܬܘܣܦ ܥܡ ܐܒܗ̈ܘܗܝ.

ܗܢܝܢ ܕܝܢ ܡܠ̈ܐ ܟܕ ܫܡܥܘ
ܥܠ ܡܠܟܐ ܕܡܐܬ ܪ̈ܫܝ ܡܓܘܫܐ ܘܐܬܚܡܬܘ
ܒܚܡܬܐ ܪܒܬܐ: ܘܦܩܕܘ ܕܢܝܬܘܢ
ܫܒ̈ܛܐ ܕܪܘܡܢܐ
...

viri, obſecro, obteſtorque, ne meam in cauſſa veſtra operam ludatis. Macti animo agitedum, Regis Regum edictis obſequentes, Solem, Lunam, Ignem praeterea & Aquam ſanctis, ſtatiſque a Principe ceremoniis colite. Cui Martyres: Tu contra haec paucis a nobis accipito, quibus te viciſſim, quaſi juri dicundo a Rege praefectum, commonendum putamus, ne, ſcilicet, ob iniqua judicia reus ipſe tua cauſſa cadas. Neque enim eum Regem dumtaxat, a quo poteſtatem accepiſti, reverearis oportet, quin multo majori reverentia illum obſerves, qui tibi ſapientiam, intelligentiamque impertitus eſt. Qua in re tibi in primis inveſtigandum, quis ille ſit Rex Regum, & Caeli, Terrarumque ſupremus Dominus, qui tempora definit, mutatque pro arbitrio, quique hominum mentibus ſapientiam infundit, cujus ope, atque praeſidio Judices creantur, & aequam in populos exercent pro tuenda veritate poteſtatem? Jam vero nos viciſſim te obſecramus, obteſtamurque, ut definias, utri iſtorum Regum obtemperare cogendi ſimus nos mortales, illine, quem, dixi, omnium rerum eſſe ſupremum opificem, an contra Regi, quem brevi mors rapiet, ejuſque majoribus adjunget?

Edocent Deo magis, quam Regi mortali obediendum.

Poſtrema haec, quibus Regem non eſſe immortalem, ſed aliquando moriturum, adfirmabant, mirum in modum exacerbavere Magorum Principes, qui maximo furore inflammati, expediri protinus virgas juſſerunt. Hae porro ex ramis mali punici confectae fuerant, &, ut minime dolatae, ſuis adhuc horrebant ſpinis. Interea ſeparantur, & alter a curia ubi quaeſtio habebatur, amotus, in ſecretum conclave detruditur, cautumque, ne, quae in fratris cauſſa aguntur, ulla hic via reſciat. Iſque Brichieſus fuit, quo amoto, Sanctum Jonam Judices adoriuntur: Agedum, ajunt, delibera, utrum thus adoleas Igni, Soli & Aquae, Regis imperio obſequuturus, an, eo contemto, probris, poeniſque acerbiſſimis male adfligi mavis? His, nempe, artibus contumaciam tuam

S. Brichieſus in carcerem detruditur.

S Jonam ſeorſim adoriuntur Judices.

 infrin-

infringi Rex jubet . Neque te , fortaſſe ex iſtimes , alia ratione ab hoc judicio elapſurum, quam ſi poſita iſthac pervicaccia , imperata feceris . Quibus S. Martyr Jonas in

Ejum conſtantia .

haec verba reſpondit: Quum pluris faciam animam meam , atque vitae illius uſuram , quae in Domino Noſtro Jeſu Chriſto poſita, numquam caſura eſt, minime adducar, ut Domini , & Dei noſtri nomen ejurem , cui Chriſtianorum ſpes univerſa innititur , cui confidiſſe neminem umquam poenitebit , vel pudebit umquam: quam ſpem, fiduciamque confirmata ſacramento ejus promiſſa certiſſimam faciunt . Dixit enim : *Amen dico vobis , quicumque negaverit me coram hominibus, & ego negabo eum coram Patre meo, qui in Caelis eſt. Et qui confitebitur me coram hominibus confitebor & ego eum coram Patre meo , qui in Caelis eſt*, & coram Angelis ejus. *Quia venturus eſt Filius hominis ſuper nubibus Caeli in gloria Patris ſui, & in gloria Sanctorum Angelorum ejus, & redditurus eſt unicuique ſecundum opera ejus.* Agite jam, & quaecumque vobis imperata fuere, quantocius exſequimini : neminem ullo modo moramur . Neque putetis, eos nos eſſe, qui fidem, Deo noſtro olim datam, modo frangamus, aut notam hanc inuramus Eccleſiae Chriſti , qui nos dignos putavit, quos domui ſuae praeficeret, quando nos illis verbis adloquebatur: *Vos eſtis lux Mundi*. Et rurſus: *Vos eſtis ſal terrae ; & ſi ſal infatuatum fuerit, in quo ſalietur?* Quod ſi nihilo ſecius Regi morem, ſicuti ipſi ſuadetis , geſſerimus, non modo ſanguinem noſtrum, verum etiam univerſi gregis ſalutem nos prodidiſſe merito argue-
8 mur [8] .

Matth. 10. 32. 33.

Ibid. 16. 27.

Ibid. 5. 13. & 14.

Immaniſſime caeditur .

Tunc jubente Magorum Principe , B. Jonas nudus, ſuppoſitoque ſub umbilicum ſtipite adligatus, ſubjicitur acerrimae fuſtigationi, adhibitis ad hoc virgis, quas e punico malo paratas ſuperius diximus; & tamdiu caeſus eſt, donec coſtae nudarentur . Toto ſupplicii tempore nihil dixit, praeter haec ,

Deum laudat.

ad Deum converſus. Gratias tibi ago, Deus Abrahae Patris noſtri, qui illum, gratia tua
9 praeventum , ex loco [9] iſto olim evocaſti , noſ-

ܕܐܦܪ̈ܬ ܗܘܐ: ܡܢܘܕܐ ܐܢܐ ܠܟ ܐܠܗܐ
ܕܐܫܘܝܬܢ ܐܚܕܢܐ: ܕܒܝܕܗ ܐܪ̈ܙܐ ܕܗܝܡܢܘܬܢ
ܡܢ ܐܦܠ ܗܘܐ . ܘܐܒܥܐ ܡܢܟ ܕܬܬܠ
ܠܡܒܥܐ ܐܬܡܘܢܝ ܗܘܝܢ ܡܟܝܠ
ܡܢ ܦܘܡܗ ; ܕܕܘܝܕ ܐܒܘܢ ܕܐܡܪ
ܘܢܕܒܚ ܘܢܥܠ ܘܡܕܒܚ
ܕܟܪ̈ܐ ܕܬܘܪ̈ܐ ܘܓܕܝ̈ܐ ܘܬܘ ܘܫܡܥܘ :
ܘܐܫܬܥܐ ܠܟܘܢ ܟܠܗܝܢ ܥܒ̈ܕܘܗܝ ܕܐܠܗܐ :
ܕܐܠܗܐ ܕܝܠܗ : ܕܚܕܐ ܫܐܠܬ ܡܢ ܡܪܝܐ
ܠܗ ܐܒܥܐ ܗܕܐ ܕܟܬܝܒ : ܘܐܡܪ ܩܠܐ
ܘܐܝܬܝܗ : ܗܘ ܫܒܩܬ ܘܐܠܗ ܐܠܗܐ
ܠܟܠܗܘܢ ܬܠܡܝ̈ܕܘܗܝ ܕܐܠܗܐ . ܘܠܗ ܫܐܕ̈ܐ
ܘܡܟܦܪ ܐܢܐ ܒܗܘܢ ; ܘܒܣܗܪܐ
ܘܒܟܘܟܒ̈ܐ ܡܢ ܬܘܒ ܘܠܗ ܗܘ ܒܢܘܪܐ
ܐܢܐ : ܘܒܡܝܐ ܒܗܠ ܐܒܐ ܘܠܒܪܐ :
ܘܠܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܡܘܕܐ ܐܢܐ
ܘܡܗܝܡܢ ܐܢܐ . ܘܟܕ ܫܡܥܘ ܕܝܢܐ
ܦܩܕܘ : ܘܐܣܪܘܗܝ ܠܒܪܘܟܐ
ܒܚܒܠܐ ; ܘܐܪܡܝܘܗܝ ܒܐܓܡܐ
ܡܓܠܕܐ ܒܟܘܠܗ ܠܠܝܐ
ܘܢܛܪܘܗܝ : ܘܐܬܘ ܠܗ ܩܕܡ ܕܝܢܐ
ܘܩܡܘ ܒܨܦܪܐ .
ܘܐܝܬܝܘܗܝ ܠܗ ܠܩܕܝܫܐ : ܘܐܡܪܘ
ܕܢܘܪܐ ܕܝܢ ܠܘܬ ܡܘܒܕ̈ܐ
ܠܟܠ ܡܕܡ ܕܐܬܐܠܨ ܘܐܬܡܢܥ
ܠܗ ܓܝܪ ܐܘܣܝܗ ܡܫܬܥܝܢ :
ܘܡܢܗ ܐܪܐ ܠܗ ܐܝܟܢܐ ܥܬܝܕ :
ܘܗܟܢܐ ܡܢܗ ܐܬܐ ܠܗ ܕܬܩܒܠ ;
ܘܬܡܘܬ ܒܗܬܬܐ ܘܒܨܥܪܐ
ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܩܕܝܫܐ : ܐܢܐ ܓܝܪ
ܫܘܒܚܐ ܘܬܘܕܝܬܐ ܠܐܠܗܐ ܡܫܒܚ
ܐܢܐ . ܡܛܠ ܕܐܡܪ ܐܢܬܘܢ
ܐܝܟ ܕܐܚܘܝ ܥܒܕ ܐܘ ܠܐ ܐܝܬ
ܐܝܟ ܕܐܦ ܫܘܥܝܐ ܘܫܪܪܐ .
ܘܒܪܡ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ . ܐܝܟܢܐ
ܘܥܠܝܗ ܡܢܗ ܩܕܡ ܐܢܐ ܡܫܥܒܕ
ܐܢܐ ܠܡܫܥܒܕܘ ܐܢܐ ܐܝܟ ܕܐܬܚܙܝ
ܐܢܘܢ ܕܥܒܕܝܢ : ܐܦ ܕܐܬܒܠܥ ܒܢ
ܚܣܝܢ ܐܢܘܢ : ܠܐ ܠܐ ܦܬܟܪ̈ܐ ܠܟܘܢ
ܥܒܕܐ : ܡܛܠ ܐܝܢ ܕܒܪܝܬܐ ܠܟܘܢ
ܐܠܗܘܢ : ܕܢܣܓܕܘܢ ܠܐܣܛܘܟ̈ܣܐ
ܕܒܪ̈ܝܬܐ :

noſque dignos effeciſti, qui per eum Fidei noſtrae Myſteria, pauca licet de multis diſceremus. Nunc oro te, Domine, da nobis praeſtare quae Spiritus Sanctus olim praedicabat per os David Patris noſtri: *Holocauſta pinguia offeram tibi cum incenſo Arietum, & immolabo tauros & haedos. Venite audite, & narrabo vobis omnibus opera Dei* [10]. & nos ipſum exſpectamus, & praeſtolamur, ſicut ſcriptum eſt: *Unam petii a Domino, hanc requiram*. Poſtremo elata voce haec etiam teſtatus. Regi, inquit, Idololatrae abrenuncio, & omnibus adſeclis ejus, quos mali daemonis adminiſtros eſſe, edico. Solem praeterea, Lunam, Stellas, Ignem, & Aquam abnego. Patrem contra & Filium, & Spiritum Sanctum credo & profiteor.

Pſal. 65. 15. 16.

10

Pſ. 26. 4.

Perſarū Numina contemnit, & SS Trinitatem profitetur.

Quae poſtquam audivere Judices, jubent Beatum Martyrem adligato ad pedem fune, procul inde raptari, & in ſtagnum, gelu concretum, conjici in totam noctem, additis, ne forte elaberetur, excubiis. Ipſi vero coenatum abeunt, ſomnoque modico refecti, ad judicium perſequendum revertuntur. Heic adparitores Beatum Brichieſum ſiſtunt, ad quem ſubdole Magorum Principes: Effare, inquiunt, utrum tibi lubeat, religionem ſuſcipere, quam ſocius tuus dudum amplexus eſt? Hac enim ratione eam, quae incumbit jam plane tibi, inſidebitque ſemper nomini tuo, ignominiam & dedecus certiſſime declinabis.

In ſtagnum gelu concretū conjicitur.

Interim S. Pet. ... ſtitur Magorū Principibus.

Quibus Sanctus Martyr: Ego vero tantum cultus, & obſequii laudes, & gratiarum hymnos canendo impartiar vero Deo meo, quantum contumeliae meum fratrem ipſi intuliſſe turpiter deficiendo, ex vobis audio: quamquam vos etiam in hoc mentitos fuiſſe, intelligam, qui me circumvenire nitimini. At vero non ſinet hoc veritas. Quis enim perinde atque vos caecutiat, qui, deſtinata hominum ſervitio, corpora divinum quidpiam habere putet? Qui enim fieri poteſt, ut nos, qui profecto fatui non ſumus, divinis honoribus dignemur ignem, qui a Summo Opifice conditus eſt ad communem mortalium commodum; quandoquidem eodem uti, vi-

Negat, fratrē a Fide defeciſſe.

Oſtendit non igne, ſed Deū ejus conditorem adorandum.

de-

demus, vulgus omne hominum, pauperes perinde atque locupletes? Quamobrem videte quo jure nos cogatis obſequium praeſtare rei, ad univerſi ſervitium, utilitatemque creatae, quamque noſtro Deus imperio, poteſtatique ſubjecit: aut quo etiam conſilio nos ejurare jubeatis Deum, qui Caelum, Terramque creavit, qui mare, & libratam in medio tellurem produxit, qui ſumma, ima cuncta molitus eſt, quem proinde revereri, & colere debent etiam, qui ſummum in homines habent imperium? Nemo etenim mortalium non ejus ope indiget, quum ipſius numine, & conſilio conſtent, & regantur univerſa: ipſe contra nullius egeat. Nec enim ex indigentia cuncta haec condidit, ſed ut ex operum praeſtantia opificis majeſtas, & excellentia mortalibus innoteſceret. Sed & his luculentiſſima Scripturarum, quibus Idololatria prohibetur, oracula adiecit. *Ne faciatis, inquit, vobis omnem imaginem, & omnem ſimilitudinem, neque colatis eas. Ego ſum primus, & noviſſimus. Ego ſum, & non eſt alius Deus praeter me. Et gloriam meam alteri non dabo, neque laudem meam ſculptilibus. Ego mortificabo, & ego vivificabo. Non eſt qui ſe eripiat de manibus meis.*

Exod. 20. 4.
Apocal. 1. 17.
Deut 3. 24.
Eſa. 42. 8.
1. Reg. 2. 6.

Obſtupuere ad haec Magorum Principes, ejuſque in dicendo vim veriti: Cavendum utique, ajebant, ne quis iſtum, pro ſua Religione aliquando orantem, audiat: ſecus vel ipſi Solis cultores a noſtris Saeris avertentur, noſque Religionis reos conclamabunt; quemadmodum ejus Socii modo vociferabantur. Quamobrem noctu de illo quaeſtionem haberi deinceps volumus. Proferuntur interim aeneae laminae, prunisque ardentibus ſuppoſitae, candefiunt, & ſimul mallei duo pariter eandentes. Utraque Beati Martyris axillis adplicantur: Utique, ajunt, per fortunam Regis Regum, ſi alterum ex his excuſſeris, Chriſtianornm fidem te abnegaſſe, dicemus. Quibus Bearus Brichieſus: O mali daemones, impiique Regis adminiſtri! Non utique, per Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum Filium Dei, non, inquam, ignem veſtrum reformido, nec una ex

Quaeſtioni noctu ſubjicitur.

Candentes laminas ſub axillis ſuſtinet.

Et acerbiora tormentorum genera optat perpeti.

Jeſus Chriſtus Filius Dei.

ܒ̈ܢܝܢܫܐ: ܐܝܟܢܐ ܐܝܟ ܡܣܟܢܐ ܕܢܫܬܥܒܕ
ܘܢܣܓܘܕ ܠܒܪܝܬܐ ܗܝ ܕܐܬܚܫܒܬ ܡܢ
ܟܠܗܘܢ ܐܝܟ ܕܠܬܫܡܫܬܐ
ܒ̈ܢܝܢܫܐ : ܘܗܝܕܝܢ ܠܐܠܗܐ ܐܚܝܕ
ܘܡܕܒ̈ܪܢܐ ܡܫܬܥܒܕܝܢ. ܐܝܟܢܐ ܐܠܨܝܢ
ܐܢܬܘܢ ܠܝ ܕܢܟܦܘܪ ܠܡܫܡܫܢܘܬܐ
ܕܥܠܡܐ ܕܡܫܥܒܕܐ ܕܢܟܦܘܪ ܒܐܠܗܐ
ܐܠܗܐ : ܗܘ ܕܒܪܐ ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ
ܘܝܡܐ ܘܡܫܚܐ ܘܡܘܡܐ
ܡܬܘܡܝܐ : ܕܠܗ ܡܫܬܡܫܝܢ
ܘܕܚܠܬܐ ܡܢ ܡ̈ܠܟܐ ܡܫܠܛܢܐ
ܘܡܬܩܢܬܐ : ܗܘ ܕܒܠܗܘܢ ܬ̈ܚܝܬ ܐܢ̈ܫܐ
ܟܠܗ̈ ܫܘܠܛܢܝܢ ܘܡܢܗ ܡܬܡܪܚܝܢ:
ܘܗܘ ܡܬܡܣܟܢ ܠܐ ܒܕܝܠ ܠܐ
ܐܬܚܡܣ : ܕܒܗܝ ܗܘܐ ܢܦܩ ܫܘܒܚܗ
ܠܒ̈ܢܝܢܫܐ. ܘܐܡܪ: ܕܠܐ ܬܥܒܕܘܢ ܠܟܘܢ
ܟܠ ܨܠܡ ܘܟܠ ܕܡܘܬ . ܘܠܐ ܬܣܓܕܘܢ
ܠܗܘܢ: ܐܢܐ ܩܕܡܝܐ ܘܐܚܪܝܐ: ܐܢܐ ܐܢܐ
ܘܠܝܬ ܐܠܗܐ ܠܒܪ ܡܢܝ: ܘܫܘܒܚܝ ܠܐܚܪܢܐ
ܠܐ ܐܬܠ ܘܐܦܠܐ ܬܫܒܘܚܬܝ ܠܓܠܝܦܐ:
ܐܢܐ ܡܡܝܬ ܐܢܐ ܘܐܢܐ ܡܚܝܐ ܐܢܐ
ܘܠܝܬ ܕܡܦܨܐ ܡܢ ܐܝܕܝ.
ܬܡܗܘ ܕܝܢ ܡܓ̈ܘܫܐ ܒܗ ܒܫܡܥܗ
ܡ̈ܠܘܗܝ: ܘܚܘܝܠܗ ܘܐܡܪܝܢ: ܕܒܠܚܘܕ
ܢܫܡܥ ܐܢܫ ܡ̈ܠܘܗܝ ܘܠܐ ܐܦ ܐܢܫ
ܕܢܨܠܐ ܠܐܠܗܐ ܗ̈ܢܐ ܘܡܬܗܦܟܝܢ
ܠܘܬܗ : ܐܝܟ ܕܗܦܟܘ ܠܘܬܗ ܣܓ̈ܝܐܐ
ܕܡܢܢ: ܠܐ ܥܠܡܐ ܢܫܬܡܥܘܢ: ܘܩܠܥܘ
ܘܐܬܝܘ ܐܣܟܪܐ ܕܢܚܫܐ ܘܐܬܦܠܛܘ
ܬܚܘܬ ܓܘܡܪܐ ܕܢܘܪܐ ܐܝܟ ܕܢܘܗܪ
ܕܢܘܪܐ : ܘܢܣܒܘ ܐܝܟܢܐ ܬܪܝܢ ܡܩ̈ܒܝ
ܒܗ ܩܕܡ ܘܐܩܝܡܘܗܝ ܠܚܕܚܕܐ
ܕܣܗܕܐ ܛܘܒܢܐ: ܘܐܝܬܝܘ ܬܪܬܝܢ ܐܣܟܪܐ
ܬܚܝܬ ܟܕ ܡܫܚܢ̈ܢ ܘܣܡܘܗ ܠܗ
ܬܚܝܬ ܥܛܦܘܗ : ܘܐܡܪܘ
ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ : ܐܝܟ ܚܝܘܗܝ ܕܡܠܟ
ܡ̈ܠܟܐ ܕܐܢ ܡܢ ܚܕܐ ܐܢܬ ܚܕܐ ܡܢܗܘܢ
ܕܢܦܠ ܥܠ ܐܪܥܐ ܢܦܩ ܐܢܬ ܠܟ: ܟܦܪ
ܡܢ ܟ̈ܪܣܛܝܢܐ ܗܘܝܬ ܐܡܪ ܘܐܡܪ
ܠܗܘܢ : ܡܫܡ̈ܫܢܐ ܕܡܠܟܐ ܡܠܟܐ
ܪܫܝܥܐ :

ex veſtris laminis mihi excidet. Quin etiam per Deum vos obſecro, percurrite omnia tormentorum genera, & ſi quae occurrent acerbiſſima, eadem in me experiri quamprimum feſtinate. Qui enim bellum pro Deo ſuſcepit, is ſibi rem fortiter gerendam intelligat, ille praecipue, quem Deus eximio aliquo munere ornavit, vel ad honoris gradum provexit. Dixerat ille, ſimulque Judices jubent, liquidum plumbum in ipſius nares, atque oculos infundi, & hoc modo adfectum, in carcerem deportari, ibique altero pede ſuſpendi.

Plumbum liquidum in ejus nares, atque oculos infunditur, mox in carcere altero pede ſuſpenditur.

Poſt producitur Jonas, cui Magi: Dic, ajunt, Jona, quomodo vales? Fortaſſe permoleſta tibi accidit praeterita nox, in gelido ſtagno pernoctanti. Jonas vero: Non per Deum, inquit, quem anima mea mox adfuturum praeſtolatur; non, inquam, a die, quo me Mater mea in lucem effudit, alia mihi umquam ſuavior, gratiorque obtigit; Chriſti enim patientis memoria, atque cogitatione ſum interim mirifice recreatus. Tum Magi: At ſodalem tuum, ſcito, dudum abrenunciaſſe. Equidem, reſpondit ille, & ego ſciebam, illum abrenunciaſſe diabolo, & Angelis ejus. Rurſus Magi: Vide, Jona, ne male pereas, a Deo proinde atque ab hominibus derelictus. Quibus S. Jonas: Miror, ait, quum fatui ſitis, de ſapientia nihilominus vos tantopere gloriari, atque praedicare, cauſſas, & judicia ſumma cum ſagacitate a vobis diſcuti, & expediri. Sed, ſi ſapitis, judicate, utrum cuipiam mortalium expediat frumenta ſua, in horreis condita, procul ab imbrium, tempeſtatumve injuriis adſervare, an eadem potius plena manu, alacri corde, fidentique in Deum animo ſeminare, in ſpem futurae meſſis, in qua ex modico ſemine, aream triticо uberrimam ſeſe recepturum confidit? Si quis enim frumenta ſua, in horreis concluſa, detineat, nullum iſta incrementum habent, imo paullatim decreſcunt, & omnino diſpereunt. Hoc idem in re noſtra agi, exiſtimate. Nam ſi quis pro nomine Chriſti vitam ſuam profuderit in hoc

Rurſus ſiſtitur Jonas.

Chriſti patientis memoria mirifice recreatus.

Socium abrenunciaſſe diabolo, adſeverat.

Docet potius moriendum, quam a Chriſti Fide diſcedendum.

hoc ſeculo, in futuro, quando in clariſſima luce ſpectandum humano generi ſe ipſe Chriſtus praebebit, qui in illo ſpem omnem ſuam conlocavit, in novam formam divino immortali lumine reſtituetur; contumaces vero, & refractarii, legiſque contemtores caminis ardentibus addicentur, quemadmodum nos ſacrae literae docent:

Job. 28. 5. *Non ſunt carbones igni eorum, nec ſplendor flammis eorum.* Heic Magi. At cave, inquiunt, ne tibi imponant libri; multis quippe illi errandi anſam praebuerunt. Utique multis aberrandi anſam, reſpondit Jonas, libri dedere, ſed ab hujus ſeculi voluptatibus, poſtquam eis Chriſti patientis dolores

11 guſtandos obtulerunt''. Fingite vobis animo Principem aliquem virum convivium adparaſſe, ſuoſque amicos invitaſſe. Horum profecto nemo eſt, qui, domo pedem efferens ignoret, ſe caenatum ire ad amici domum. At poſtquam eo pervenit, menſaeque adcubuit, atque generoſi vini hauſtu a ratione dejectus eſt, jam aedium ſuarum viam oblitus, haeret, donec a ſupervenientibus domeſticis reducatur domum. Poſtero mane expergefactus gaudebit utique, amicorum ea nocte contubernium ſe declinaſſe; & hac ratione inde certo ſequuturam ignominiam effugiſſe. Ita propemodum Chriſti ſervus, quum a ſatellitibus ducitur, non ignorat profecto, ſe ad cauſſam dicendam adpellari; quum vero ad tribunal pervenerit, atque hauſerit de Chriſti Cruce amorem, eoque ebrius factus fuerit, continuo memoria excidunt diverſorium iſtud fragilis vitae, praedia, opeſque partae, vel a majoribus acceptae, aurum, & argentum. Reges inſuper & Principes, Dynaſtas, & Magnates parui pendens, unius veri Regis conſpectum deſiderat, cujus Regnum ſempiternum eſt, & poteſtas in generationem generationum.

Cōperat tormenta cum convivio.

Judices, perſpecta Beati Martyris in propoſito firmitate, digitos manum, pedumque ejus articulatim intercidi mandant: diſſectos diſpergunt. Poſtea ad Martyrem ſe convertentes: Vides, inquiunt, ut digitos

Ei manuum, pedumque digiti abſcindūtur.

Digitized by Google

ܕܥܣܪܐ ܡܣܟܐ ܕܚܨܕܐ : ܗܘ
ܕܡܠܟܘܬܗ ܡܠܟܘܬ ܥܠܡ ܘܡܘܠܝܗ
ܠܓܪ ܕܩܝܢ .
ܩܪܒܘ ܡܝܬܝܘ ܩܕܚܬܐ ܕܐܬܝܬܐ
ܘܕܠܝܬܗ ܡܢ ܥܪܣܬܐ ܠܥܪܣܬܐ
ܡܚܒܪܗ ܐܢܬ ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ : ܗܐ
ܪܚܡܝܢ ܠܗܘܢ ܣܗܕ ܕܐܬܐ ܣܝܓܐ
ܘܡܬܟܝܢ ܠܟ ܐܢܫܐ ܦܬܓܡܐ : ܒܝܢܐ
ܗܘ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ . ܐܢܐ ܠܐ ܟܠܐ ܐܢܐ
ܐܢܫܐ ܦܬܓܡܐ ܐܠܐ ܐܝܬܘܗܝ ܐܠܗܐ ܗܘ
ܕܒܪܝܢܝ ܘܡܣܒܪ ܠܝ ܠܒܪܐ ܫܒܐ :
ܘܡܠܘ ܩܩܒܐ ܟܦܐ ܪܬܚܐ : ܘܐܬܦܬ
ܘܢܫܠܚܘܗܝ ܡܫܟܐ ܕܪܝܫܗ : ܘܡܠܝܗ
ܠܫܢܗ : ܘܐܪܡܝܘܗܝ ܘܫܒܩܘܗܝ
ܒܓܘܗ ܕܩܩܒܐ : ܘܗܘ ܢܦܩ ܡܢ
ܘܪܦܬܐ ܥܘܪܬܐ ܘܫܠܝܡ ܡܢܗ ܡܢ
ܩܩܒܐ : ܡܛܠܡܛܠ ܠܐ ܐܬܢܙܩ .
ܘܟܕ ܚܙܘ ܕܠܐ ܐܬܢܙܩ ܡܢ ܪܬܚܐ
ܐܬܘܒ ܩܘܡܘ ܕܢܓܪܐ ܘܐܪܡܝܘ
ܠܗ ܒܓܘ ܩܕܡܐ ܕܩܝܣܐ ܒܠܗܘܢ
ܥܪܩܘܗ : ܘܐܬܘܒ ܡܫܪܐ ܘܐܪܡܝܘ
ܗܠܗ ܘܢܚܪܘ ; ܘܐܡܠܘܗܝ ܘܡܓܒܐ
ܒܓܪܐ ܚܕܐ ܣܪܩܬܐ ܘܟܡܪܘ ܕܢܛܪܝܢ
ܗܘܐ ܦܓܪܗ ; ܟܕ ܚܙܝܢ ܡܢܟܐ
ܢܦܩܝܢ ܠܣܗܕܘ ܕܒܪܝܫܘܥ :
ܘܐܬܘܗܝ ܠܒܪܝܫܘܥ ܘܐܡܪܝܢ
ܠܗ . ܚܘܣ ܥܠ ܦܓܪܟ ܗܢܐ ܘܠܐ
ܬܬܢܓܕ : ܘܥܢܐ ܗܘ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ :
ܠܐ ܐܢܐ ܒܪܝܬܗ ܘܠܐ ܐܢܐ ܡܘܒܕ ܐܢܐ
ܠܗ : ܐܠܐ ܐܝܬ ܗܘ ܡܢ ܕܒܪܝܗ ܘܗܘ
ܡܬܒܥ ܠܗ ܘܡܬܒܥ ܬܫܢܝܩ ܡܢ
ܐܢܝܢ ܘܡܢ ܐܢܒܐ ܡܠܟܟܘܢ ܗܘ
ܥܘܠܐ ܕܠܡܪܗ ܘܠܒܪܘܝܗ ܠܐ ܝܕܥ
ܠܐ ܟܡܒܓܐ ܕܢܩܝܡ ܢܡܘܣܐ ܕܢܦܫܗ :
ܩܪܒܘ ܩܕܡ ܗܘܪܡܙܕ
ܗܘܡܪܕܫܝܪ ܘܐܡܪ ܠܡܗܪܢܪܣܝ :
ܣܝ ܗܘ ܕܡܨܝܥܝܢ ܠܗ ܠܡܠܟܐ :
ܗܠܝܢ ܐܢܫ ܟܠܒܘܬܗܘܢ ܠܐܢܫ ܠܐ
ܫܡܥܝܢ : ܩܪܒܘ ܐܬܡܚܐܘ ܚܠܬܐ
ܘܦܩܕܘ ܕܢܬܢܓܕ ܒܩܢܝܐ : ܘܐܬܩܢܝ
ܩܢܝܗ

tos tuos ſeminavimus? Praeſtolare jam meſſem, plures ex hoc ſemine manus demeſſurus. Quibus ille: Non ego, inquit, plures manus repoſco. Adeſt Deus, qui me primum finxit, qui novas olim alas mihi refinget. Mox ingentem cacabum implent liquefacta pice, detractaque capiti cute, & lingua abſciſſa, Martyrem in illum immittunt. At ſubito pice effervеſcente, atque extra ahenum pereffluente, Martyr prorſus illaeſus evaſit [11]. *In ardenti pice illaeſus.*

12 *Serra diſſectus in ciſternam projicitur.*

Quum in hunc modum operam ſe perdidiſſe Judices eernerent, & Jonam ab ardenti pice nullo adſectum fuiſſe incommodo, illum rurſus in cochlea lignaria poſitum, tamdiu compreſſere, donec venae omnes, nervique non ſine crepitu diſrumperentur. Poſtremo ferrea ſerra diſſecant, diſſectumque in ciſternam ſiccam projiciunt, additi milites, qui ad cadaveris cuſtodiam diligenter excubarent. Judices ad hunc exitum perductum Beati Brichieſu ſocium contuentes, ipſum Brichieſum cohortabantur, ut corpori ſuo parceret, & certum ſupplicium aliqua ratione evaderet. Quibus ille: nec ego, reſpondit, mihi corpus finxi, nec ipſe perdam. Aderit illius opifex Deus, qui deperditam ipſi formam reſtituet; poenas autem adhibitae in me crudelitatis a vobis exiget, & a Rege veſtro amenti, qui Dominum, & Conditorem ſuum ignorans, contra ipſius voluntatem impias leges ſuas ſtabilire conatur. *S. Brichieſus Judicum cohortationes & minas contémnit.*

13 Tunc Hormiſdatſcirus [13] ad Maharnarſcetem [14] converſus: Nos ipſi, ait, Regi contumeliam facimus; nam hi, quorum mentes proprius error occupavit, nullius dicta, aut facta morantur. Haec fatus, iram, quam ambo conceperant, effudere, imperantes, ut Sanctus Brichieſus juncis acutiſſimis verberaretur, deinde diſciſſi calami, & ad nudum corpus admoti, funiculis quamarctiſſime conſtringeretur, donec diſrupta cute, in ipſum corpus immergerentur; & hoc modo conligatum humi volutari juſſerunt: mox calamos per ſummum eruciatum a corpore avelli, quos cutis

14 *Variis tormentis affectus Martyr occubuit.*

cutis ſimul ſequuta eſt. Poſtremo in cochleam injicitur, ubi magna vi liquefactae picis, atque ardentis ſulphuris, in os infuſa, ſuffocatus, Martyr occubuit, & coronam cum ſocio parem adeptus eſt.

SS. Martyrum corpora ab Abtuſciata redemta.

Cognito horum duorum Martyrum obitu, ſupervenit Abtuſciatas, eorumque cadavera, ſolutis quingentis drachmis, & tribus veſtimentis ſericis, redemit, data prius ſub ſacramento fide, nullum ejus rei rumorem ad quemquam per ſe manaturum;
15 idem quippe [15] Abtuſcitas veteri neceſſitudine illis erat conjunctus.

Eſaias, teſtis ocularus, horum Actorum Scriptor.

Hic liber eſt ex ore teſtium deſcriptus, continens Acta Sanctorum Jonae, Brichieſu, Zebinae, Lazari, Maruthae, Narſetis, Eliae, Maharis, Habibi, Sabae, & Scembaitae Martyrum Chriſti, qui ejus ope ac praeſidio decertarunt, & victoriam adepti, coronam etiam, ac triumphum conſequuti ſunt; quorum in precibus locum habeat,
16 oramus, Eſaias [16], Adabi Arzunitae [17] fi-
17 lius, ex cohorte Regiorum equitum, qui horum Martyrum quaeſtionibus praeſens adfuit, & onus ſuſcepit ſcribendi eorum triumphos.

Martyrii tempus.

Lauream adepti ſunt Beati Martyres a primo ad poſtremum omnes die vigeſima
18 nona Lunae menſis [18] Decembris.

[illegible]

[illegible]

ADNOTATIONES.

(1) BRichieſus, ideſt, *Benedictus Jeſus*, apud Lipoman. ex Metaphraſte perperam vocatur *Barachiſius*.

(2) Conſonat Metaphraſtes; ſed pro *Beth-Aſa*, Provinciae Margenſis, ſeu Maragenſis in Hadiabena, oppido, habet *Jaſa*, *regionis Perſarum vicus*. Hinc fallitur author Menologii Graecorum, dum Sanctos Jonam, & Brichieſum Monachos fuiſſe, & in Perſidem, quaſi vero in Romanorum locis ſedem haberent, ad inviſendos Chriſtianos, carceri incluſos, abjiſſe, tradit.

(3) Idem legit *Bardiaboch*.

(4) Lipomanus ex Metaphraſte habet: *Cumque ingreſſi eſſent in carcerem, novem invenerunt viros condemnatos, qui impii Regis Saborii decretis adverſabantur*.

(5) *Zebinas*, nomen Chaldaicum, quod latine *Emtum*, ſive *Redemtum* recte interpreteris, apud Lipomanum, alioſque Martyrologos ex eodem Metaphraſte ſcribitur *Zanitas*.

(6) *Maruthas*, nomen pariter Chaldaicum a *dominatione* derivatum, ibidem dicitur *Marothas*.

(7) Metaphraſtes pro uno Praeſide habet *tres Magorum Principes*.

(8) Eadem fere leguntur apud Metaphraſtem.

ſtem. Inde vero eonjicere lieet, Sanctos Jonam, & Briehieſum Eccleſiaſtieo aliquo munere fuiſſe inſignitos.

(9) *Ex loco iſto*, nempe Ur Chaldaeorum, ſive Orche Babyloniae urbe, in Arabiae deſertae confinio poſita. Heie natum eſſe Abrahamum Patriarcham, veriſimile eſt, quando ex ea dieitur profectus Geneſ. cap. 11. v. 31. & Haran fratrem ibi mortuum conſtat ibid. v. 28.

(10) Deſunt in Actis a Lipomano ex Codiee Veneto vulgatis Pſalmi LXV. Davidia verſus 15. & 16. qui juxta Syriaeam Bibliorum editionem heic proferuntur.

(11) Hoc S. Jonae reſponſum ſie Metaphraſtes interpolat. *Reſpondit Beatus Jonas; &: Recte, inquit, dixiſtis, ſcripturas decipere; decipiunt enim Scripturae Graecorum. Nec aliud magis hominem decipit, quam vita Mundi hujus. Quiſquis autem Chriſti guſtat afflictionem, is numquam fallitur.*

(12) Qnem Actorum locum idem Metaphraſtes parum felieiter reddidit his verbis. *Audientes haec Magorum Principes, iracundia pleni juſſerunt, picem in magno vaſe liquefieri, & caput ejus a miniſtris abradi; tum ipſum ſanctum in ſaccum ita conjici, ut caput extaret. Fecerunt iniqui miniſtri, quod fuerat imperatum, & Sancti Viri cutem capitis, ac linguam in vas pice plenam immiſerant; deinde totum etiam ipſum Sanctum in picem in medio vaſis vehementiſſime aeſtuantis conjecerunt. Verum Sancto Jona in vas conjecto, ſtatim tota pix e vaſe deſluxit, ita ut eum non attingeret, nec ulla in parte laederet.*

(13) idem ex uno eodemque *Hormiſdatſciro*, Magorum Principe, duos facit, alterum *Maſdrath* alterum *Seroth* perperam adpellans.

(14) Idem pro *Mabarnarſete* corrupte legit *Maarneſem*.

(15) Hunc *Abiſſotam* vocat ex Metaphraſte Lipomanus, additque, eum ſolutis quingentis *Miliariſiis daricis*, hoc eſt, octingentis & quadraginta eirciter drachmis argenti (nam Miliariſium eſt nummi pars duodeeima: Darieus autem moneta olim Perſiea, par Attieo ſtateri, viginti drachmarum argenti fuit) & tribus veſtimentis Serieis, non ſolum Jonae, & Briehieſu, ſed priorum etiam novem Martyrum eorpora redemiſſe.

(16) Lipomanus ex Metaphraſte corrupte legit: *Iſaiae Adami filius*.

(17) *Arzanitae*, hoc eſt, ex Arzun oriundi. Arzun autem urbs Armeniae in confinio Meſopotamiae, mercatura, opifieiis, opibus hodie florentiſſima: Epiſeopalis Syrorum Jacobitarum ſub Metropolita Tagritenſi; Neſtorianorum vero ſub Niſibeno. Arabibus [Arabic] *Arzan*, vel cum addito [Arabic] *Arz-al Rum*, ſeu [Arabic] *Arz-rum*; hoc eſt, Arzan Romaeorum, dicta, qnod nimirum terminus eſſet ditionis Romanorum. Unde *Arzanene* regio, qnam, ut ſcribunt Rufus Feſtus in Breviario, & Ammianus lib. 15. eap. 17., una cum Sophene, Intilene, Zabdicene, & Corduene Narſes, Perſarum Rex, anno Chriſti 297. Romano Imperio eedere coactus fuit. *Arxane* dicitur Theophani; *Azaneae* Mareellino; *Arſanice* Petro Patricio: *Arzanicum oppidum* Procopio; *Azirin juxta Euphratem fluvium* Ptolomaeo. Vide Cl. Herbelotium, qui Biblioth. Orient. pag. 131. errorem quorumdam reeentiorum notat, qui *Arzun*, *ſeu Arzrum* in Aſſyria ponunt; & Aſſemanum tom. 2. & 3. par. 2. ubi ejus Epiſcoporum tum Jacobitarum, tum Neſtorianorum, ſeu Chaldaeorum ſeriem exhibet, & Baudrandium merito arguit, quod in ſuo Lexico Geographico Arzrum cum Aſſyria confundit.

(18) Pro Luna Deeembris 29. quae anno Chriſti 327. quo horum Sanctorum Martyrum mortem contigiſſe, oſtendimus, in ſolarem ejuſdem Menſis diem 24. ineidit. Metaphraſtes habet VI. & IV. *Calendas Aprilis*, hoe eſt 27. & 29. Martii: *Interfecti ſunt*, inquit, *novem ex iis Chriſti Martyribus* VI. *Calend. Aprilis: reliqui autem duo* IV. *Calend. ejuſdem Menſis.*

ADMONITIO

In Acta SS. Martyrum SAPORIS, & ISAACII Epiſcoporum; Necnon MAHANIS, ABRAHAMI, & SIMEONIS.

ALteram Perſequutionis procellam Saporem II. Perſarum Regem, anno Regni ſui Trigeſimo, qui, ducta ſupputatione ab anno Chriſti 309. quo Rex in utero matris inauguratus eſt, in ejuſdem Chriſti annum 339. recta competit, uno, nempe, anno antequam ſaeviſſimam illam, quae per quadraginta annos ferbuit, indiceret, in Chriſtianos excitaſſe, impellentibus ad id Magis, qui occaſionem debacchandi in Chriſtianam Religionem nullam non captabant, diſcimus ex genuinis horum Sanctorum Martyrum Actis, quae ex Codice Chaldaico Nitrienſi Vaticano II. nunc primum in lucem heic prodeunt, quaeque diſpoſitioni, ab ipſius Codicis calligrapho ſervatae, inhaerentes, Actis Sanctorum Jonae, Brichieſu, & aliorum novem Martyrum, anno Saporis Regis decimo octavo caeſorum, conſulto ſubjungimus.

Perſequutio in Chriſtianos, anno Saporis II. Perſarum Regis 30.

Porro uon levis eſt difficultas, an ſancti Sapor, & Iſaacius Epiſcopi, & Martyres, de

An Sapor, & Iſaacius alii

Google

ſint ab iis, qui in Actis S. Narſetis Epiſcopi laudantur.

de quibus agimus, iidem ipſi ſint, quos laudat Sozŏmenus Hiſt. Eccleſ. lib. 2. cap. 13. prope finem, & quorum Paſſionis compendium, ad calcem Actorum SS. Narſetis Epiſcopi, & Joſephi ejuſdem diſcipuli adpoſitum, ex Codice Chaldaico Nitrienſi Vaticano I. ſuperius exhibuimus? Aſſemanus noſter Bibl. Orient. tom. 1. cap. 4. pag. 17. & cap. 12. pag. 189. authoritate utriuſque Codicis Nitrienſis, nempe, Primi, & Secundi, ductus, eos ab his diſtinguendos eſſe, putat; quos proinde eodem, quo Narſes Epiſcopus, & Joſephus ejuſdem Diſcipulus, anno, Saporis, ſcilicet Perſarum Regis 34. Perſequutionis quadraginta annorum 4. lauream adeptos, adfirmat. Mihi vero iidem plane videntur; nam praeterquamquod eamdem dignitatem, atque nomen prae ſe ferunt, idem ferme Martyrii genus utrobique occurrit; nec aliud diſcrimen invenire eſt, quam quod in priori Codice Ardaſciri, ſeu Artaxerſis, Hadiabi Praeſidis, heic vero Saporis Regis juſſu interfecti dicuntur. Unde plane evincitur, vel annum Saporis Regis 30. pro 34. in fuſioribus hiſce Actis a calligrapho Codicis II. deſcribendis obrepſiſſe, vel, quod mihi veriſimilius eſt, eorumdem Sanctorum Martyrii compendium perperam a calligrapho Codicis I. Actis SS. Narſetis, & Joſephi fuiſſe adnexum. Idque vel ex eo confirmatur, quod nulla ibi de SS. Saporis, & Iſaaci Epiſcoporum Martyrii anno fit mentio, neque eiſdem ſocii adjunguntur Mahanes, Abrahamus, & Simeon, quos tamen, ex ipſis Actis conſtar, una cum iis comprehenſos, & ad Saporem Regem adductos, Martyrium ſubjiſſe.

Eorum memoria & cultus.

Ceterum Saporis & Iſaacii Epiſcoporum certaminis compendium, ex hiſce quidem Actis, ut legenti patet, deſumtum, refert Menologium Graecorum, juſſu Baſilii Porphyrogeniti Imperatoris editum, die xx. Novembris, eiſque alios a noſtris Martyrii ſocios adjungit, nempe Johannem Epiſcopum, Dapium, & Iſacium Presbyteros, necnon Onam Aſcetam; de quibus videſis Admonitionem noſtram in Acta Sancti Narſetis Epiſcopi, & ſociorum, in qua ejuſdem Menologii verba deſcripſimus. Unde autem laudatum Menologium eorumdem Sanctorum Martyrii diem & menſem hauſerit, nobis haud liquet, quum utrumque Acta ſilentio praetereant, nec ullibi id expreſſum habeatur. Quamquam enim horum Sanctorum Corpora Edeſſae in nova Aede Martyrum adſervari, Scriptor in titulo Actis praefixo perhibeat; attamen quum celebris illa Aedes, in honorem SS. Guriae, Samonis, & Habibi Martyrum quarto Chriſti ſeculo ineunte exſtructa, Mahometanis poſtea rerum Orientalium potitis, in Meſcuitam ceſſerit, nullam eorumdem Sanctorum memoriam ne in Sacris quidem Edeſſenae Eccleſiae faſtis, qui ſuperſunt, reperire licuit; nec nobis aliunde, quam ex Codice Chaldaico Nitrienſi Vaticano II. iidem Martyres, Mahanes praeſertim, Abrahamus, & Simeon innoteſcunt.

Martyrii dies incerta.

ܣܗܕܘܬܐ

ܕܫܒܘܪ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܒܝܬ ܢܝܩܛܘܪ. ܘܕܐܝܣܚܩ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܟܪܟܐ ܕܒܝܬܣܠܘܟ
ܘܕܡܗܢܝ. ܘܕܐܒܪܗܡ. ܘܕܫܡܥܘܢ. ܕܐܣܬܗܕܘ ܒܝܘܡܝ ܫܒܘܪ ܡܠܟܐ ܦܪܣܝܐ:
ܐܝܠܝܢ ܕܝܢ ܕܦܓܪܝܗܘܢ ܒܐܘܪܗܝ ܣܝܡܝܢ ܒܒܝܬ ܣܗܕܐ ܚܕܬܐ ܕܒܓܘ ܡܕܝܢܬܐ.

Anno Saporis II. Perſarum Regis 30. Chriſti 339.

A C T A

SS. SAPORIS Epiſcopi Beth-Nictoris, & ISAACII, Epiſcopi Carchae Beth-Seleuciae; necnon MAHANIS, ABRAHAMI, & SIMEONIS, qui ſub Sapore, Perſarum Rege, Martyrium objerunt, quorum Corpora hodie Edeſſae jacent in nova Aede Martyrum intra Urbem.

Atrox in Chriſtianos Perſequutio. t

Ejus occaſio.

ANNO Trigeſimo Saporis, Perſarum Regis, Magi adverſus [1] Nazarenos haec detulere ad Regem: Nunc, aje-

ܒܫܢܬ ܬܠܬܝܢ ܕܡܠܟܘܬܗ ܕܫܒܘܪ
ܡܠܟܐ ܕܦܪܣܝܐ ܐܟܠܘ ܩܪܨܐ ܡܓܘܫܐ
ܘܐܡܪܘ

ܘܐܦܠܐ ܡܝܩܪܝܢ ܠܢܘܪܐ : ܘܐܡܪܘ
ܠܡܠܟܐ : ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܠܫܡܫܐ
ܡܦܠܚܝܢ ܘܠܐܐܪ ܠܡܫܒܚܘ ܘܠܡܝܐ
ܠܡܣܓܕܘ ܘܠܐܪܥܐ ܠܡܝܩܪܘ ܡܛܠ
ܕܗܠܝܢ ܢܨܪܝܐ ܕܠܫܡܫܐ ܡܨܥܪܝܢ
ܘܠܢܘܪܐ ܫܐܛܝܢ ܘܠܡܝܐ ܠܐ ܡܝܩܪܝܢ :
ܘܐܬܚܡܬ ܡܠܟܐ ܣܓܝܐܬ ܒܐܘܪܚܐ ܗܘܐ
ܐܣܦܪܝܣ ܕܡܪܟܒ ܗܘܐ ܠܡܐܙܠ ܠܗ :
ܘܦܩܕ ܕܢܬܟܠܐ ܢܨܪܝܐ : ܘܐܬܦܩܕܘ
ܩܕܡ ܓܢܫܐ ܘܐܦܠܓܐ ܕܡܠܟܐ ܘܐܬܕܒܪܘ
ܠܡܚܢܐ . ܘܠܐܒܪܗܡ ܘܠܫܡܥܘܢ .
ܘܠܝܘܡܐ ܕܬܪܝܢ ܬܘܒ ܐܬܟܢܫܘ
ܡܓܘܫܐ ܡܠܟ ܩܠܐ ܘܐܪܝܡܘ ܘܐܡܪܝܢ
ܕܫܒܘܪ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܒܝܬ ܢܘܗܕܪܐ ܘܐܝܣܚܩ
ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܟܪܟܐ ܕܒܝܬ ܣܠܘܟ
ܒܢܝܢ ܘܥܕܬܐ ܡܬܩܢܝܢ ܘܡܦܬܝܢ
ܥܡܐ ܒܡܠܐ ܡܫܪܓܪܓܢܝܬܐ ܘܦܩܕ ܡܠܟܐ
ܕܒܟܠ ܗܘܡܐ ܐܬܪܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܝܠܗ
ܢܬܒܥܘܢ . ܘܐܝܟܐ ܕܫܟܝܚܝܢ ܠܗܠܝܢ ܐܢܫܝܢ
ܢܬܬܠܒܟܘܢ ܡܠܟܐ ܩܕܡܘܗܝ .
ܘܐܬܦܩܕ ܐܢܘܢ . ܘܐܫܬܠܡ ܠܦܠܚܐ ܕܐܙܠ
ܥܒܕܐ ܘܐܬܗܢܝ . ܘܦܩܕ ܡܠܟܐ
ܕܢܗܘܘܢ ܒܟܠ ܐܬܪܐ ܒܥܝܢ ܗܘܘ
ܣܓܝܐܝܢ . ܘܐܫܬܟܚܘ ܐܝܟ ܕܦܩܕ ܡܠܟܐ .
ܘܠܒܬܪܗ ܕܝܘܡܐ ܩܪܐ ܡܠܟܐ
ܠܚܕܐ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ : ܢܕܥܬܘܢ
ܠܫܒܘܪ ܘܠܐܝܣܚܩ ܢܨܪܝܐ : ܘܐܡܪܘ
ܢܕܥܝܢ . ܘܐܬܚܡܬ ܥܠܝܗܘܢ ܕܡܠܟܐ
ܘܐܡܪ ܕܢܬܩܪܒܘܢ ܩܕܡܘܗܝ : ܘܐܬܝܘ
ܠܫܒܘܪ ܘܠܐܝܣܚܩ ܐܦܣܩܘܦܐ ܘܠܡܚܢܐ
ܘܠܐܒܪܗܡ ܘܠܫܡܥܘܢ ܘܩܡܘ ܩܕܡܘܗܝ
ܐܝܟ ܕܦܩܕ . ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܡܠܟܐ . ܠܐ
ܫܡܥܬܘܢ ܡܢ ܪܒܐ ܐܢܐ ܕܐܠܗܐ :
ܘܠܫܡܫܐ ܦܠܚ ܐܢܐ ܘܠܢܘܪܐ ܡܝܩܪ
ܐܢܐ . ܐܢܬܘܢ ܕܝܢ ܡܢ ܐܢܬܘܢ ܕܠܢܡܘܣܐ
ܟܢܘܫܝ ܡܣܪܒܝܢ ܐܢܬܘܢ ܘܠܫܡܫܐ
ܡܨܥܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܘܠܢܘܪܐ ܫܐܛܝܢ ܐܢܬܘܢ :
ܚܕܐ ܒܠܗܘܢ ܒܩܠܐ ܘܐܡܪܝܢ : ܚܢܢ
ܠܚܕ ܗܘ ܐܠܗܐ ܡܘܕܝܢܢ ܘܠܗ ܒܠܚܘܕܘܗܝ
ܦܠܚܝܢ : ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܡܠܟܐ ܐܝܢܘ
ܐܠܗܐ

ajebant, nec Solem colere poſſumus, nec Aërem, a quibus ſerenos, & claros dies praeſtolamur, nec Aquam, qua eluimur, nec Terram, qua expiamur. Huc, ſcilicet, nos adduxere Nazareni, qui conrumeliis, probriſque Solem accipiunt, contemnunt Ignem, & nullo Aquam honore dignantur. Ob haec Rex ita excanduit, ut ab itinere, quod ſuſcepturus erat in oppidum [2] Aſpharеſam, abſtineret, edіceretque, ut caperentur Nazareni. Comprehenſi ſunt itaque ſtatim a ſatellitibus, & Regiis curſoribus MAHANES, ABRAHAMUS, & SIMEON.

2

Mahanes, Abrahamus, & Simeon comprehendũtur.

Altera autem die rurſus convenere Magi, atque, audiente Rege, ita vociferari coeperunt: SAPOR Epiſcopus [3] Beth-Nictoris, & ISAACIUS, Epiſcopus Carchae [4] Beth-Seleuciae, Oratoria, & Eccleſias conſtruunt, & blandis ſermonibus populum circumveniunt, inducuntque in fraudem. Ad haec Rex: Reos, inquit, per univerſum Regnum meum exquiri, compertoſque antre triduum ad quaeſtionem vocari jubeo. Regiis Equitibus id negocii demandatum fuerat, qui Regis indignationem veriti magnis itineribus diu, noctuque per omnes Perſidis terras volitare coguntur. Ita demum Nazareni inventi ſunt, & ad Regem adducti; eoque jubente publicae cuſtodiae, in qua ſocii detinebantur, mancipati.

Item Sapor, & Iſaacius Epiſcopi.

3

4

Poſtera die Rex arceſſitos viros quoſdam nobiles rogat, utrum Saporem, & Iſaacium Nazarenos noſceren? Illis ſibi homines eſſe notos reſpondentibus, Rex valde iratus, ut ſibi illico ſiſtantur rei, imperat. Adducuntur ſtatim Sapor, Iſaacius Epiſcopi, Mahanes, Abrahamus, & Simeon; ad quos ille: An non audiſtis, me Deorum ſanguine ſatum eſſe, Soli tamen litare, & Igni divinos honores habere? Vos autem qui eſtis, qui legibus meis reſiſtitis, Solique contumeliam facitis, & Ignem aſpernamini? Cui omnes una voce reſponderunt: Nos unum Deum agnoſcimus, & ipſum unice colimus. Tum vero Rex: Et quiſnam, ait, Deus Hormiſdate melior, aut Harmane irato fortior? Ec quis

Omnes Regi ſiſtuntur.

1

Eorum confeſſio.

quis etiam, ſi tamen ſapit, eſſe ſibi colendum Solem, minime intelligat? Cui Sapor Epiſcopus: At nos nullum Deum novimus, praeter unum illum, qui Caelum, & Terram, Solem inſuper, & Lunam, & quidquid oculis, vel intelligentia ſpectabile eſt, condidit, ex quo genitum credimus Jeſum, quem Nazarenum adpellant.

Ex Deo genitus Jeſus Nazarenus.

Quae audiens Rex jubet, B. Epiſcopi os caedi colaphis: quod tanta cum immanitate exſequutioni mandatum eſt, ut excuſſi dentes omnes conciderent. Interim Regem compellans Sapor: Ignotum, ait, aliquod mihi impertiit Jeſus, quod te adſequuturum fruſtra confidas. Cui Rex: Quare? inquit. Sapor reſpondit: Quia, nempe, impius es. Quae verba Regem vehementer commoverunt, adeo ut fuſtes confeſtim expediri juberet, & Epiſcopum atrociſſime percuti: quod Lictores exſequuti ſunt, uſque ad oſſium comminutionem. Semianimem inde ſublatum ferreis vinculis conſtringi, & in publicam cuſtodiam retrudi, Rex imperavit.

Sapor varia tormentorum genera perpeſſus.

In carcerem retruditur.

Poſtea producitur Iſaacius, cui Rex pallium detrahi primum jubet; deinde: Num, ait, te Saporis lues infecit, ut ejus cum ſanguine tuum ſimul immiſceam? Cui Iſaacius: Quam dicis luem, Sapientia eſt eximia, nec tu illam animo adſequeris. Tum Rex ſubiratus: Atqui videris mihi garrulus multa nugari; quin tibi linguam amputari jubeam? At Iſaacius: Scilicet nobis ſcriptum eſt: *Loquar juſtitiam in conſpectu Regum, & non confundar*. Poſtremo Rex: Quomodo, inquit, Eccleſias conſtruere adorſus es? Cui Iſaacius: Ecquando, ait, ab Eccleſiis conſtruendis mihi otium fuit?

Iſaaci Acta coram Rege.

Pſ. 118.

His dictis commotus Rex, Primores Urbis confeſtim arceſſitos ſic adloquitur: Scire vos, arbitror, ſi quis in caput Regis inſidias ſtruxiſſe, aut fuiſſe mentitum, arguatur, eum Majeſtatis reum eſſe, & capite plectendum. Nunc ergo, qui factum fuiſſe dicam, ut probra mea, quae & veſtra ſunt, adeo non horrueritis, ut pacta cum Iſaacio ſocietate ad ejus caſtra transfugeritis? At ego

Lapidibus obruitur a Primoribus Urbis.

ܐܠܗܐ ܕܝܠܟ ܡܢ ܗܘܪܡܙܕ ܡܢܘ ܐܘ ܠܫܡܫܐ
ܒܪܝܬܐ ܡܢ ܗܘܪܡܙ ܘܐܝܟ ܒܪܢܫܐ
ܕܡܝܬ ܘܠܫܡܫܐ ܠܐ ܡܟܝܠ : ܥܢܐ
ܫܒܘܪ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܐܡܪ ܠܗ. ܠܐ ܝܕܥܝܢ
ܠܗ ܐܠܐ ܠܚܕ ܐܠܗܐ ܕܒܪܐ ܫܡܝܐ
ܘܐܪܥܐ ܘܫܡܫܐ ܘܣܗܪܐ ܘܟܠ
ܕܡܬܚܙܝܐ ܘܟܠ ܕܠܐ ܡܬܚܙܝܐ :
ܘܡܢܗ ܡܗܝܡܢܝܢ ܕܝܠܝܕ ܕܡܢܗ ܝܫܘܥ
ܕܐܡܪܝܢ ܢܨܪܝܐ .

ܘܟܕ ܫܡܥ ܡܠܟܐ ܦܩܕ ܕܢܬ ܦܘܡܗ
ܢܡܚܘܢܝܗܝ . ܘܡܚܘܗܝ ܒܥܘܠܐ
ܕܢܦܠ ܟܠܗܝܢ ܫܢܘܗܝ : ܐܡܪ ܠܗ ܡܠܟܐ
[illegible]
ܐܡܪ ܠܗ ܫܒܘܪ ܝܗܒ ܠܝ ܝܫܘܥ ܡܕܡ
ܕܐܢܬ ܠܐ ܡܨܐ ܐܢܬ ܠܡܕܡܝܘ : ܐܡܪ ܠܗ
ܡܠܟܐ : ܐܡܢ ܠܐ ܡܨܐ ܐܢܐ ܠܡܕܡܝܘ : ܐܡܪ
ܠܗ ܫܒܘܪ ܡܛܠ ܕܪܫܝܥܐ ܐܢܬ :
ܗܝܕܝܢ ܡܠܟܐ ܣܓܝ ܐܬܚܡܬ ܘܦܩܕ
ܘܦܩܕ ܕܒܫܘܒܛܐ ܢܚܒܫܘܢܝܗܝ :
[illegible]
[illegible]
ܠܐܣܘܪܐ . ܘܟܕ ܡܠܟܐ ܢܦܩ ܦܩܕ
ܗܘ . ܦܩܕ ܕܢܬܬܠܐ ܡܢܗ ܐܣܛܠܐ
ܒܩܛܠܐ : ܘܐܬܦܪܣܘܗܝ ܐܝܟ ܕܦܩܕ .

ܘܐܝܬܝܘܗ ܠܐܝܣܚܩ ܩܕܡܘܗܝ : ܘܦܩܕ
ܡܠܟܐ ܕܢܦܪܫܘܢ ܢܚܬܘܗܝ ܡܢܗ : ܘܐܡܪ
ܦܪܫܘ ܡܢܗ : ܘܐܡܪ ܠܗ ܡܠܟܐ
ܕܠܡܐ ܐܦ ܐܢܬ ܠܡܘܬܗ ܕܫܒܘܪ
ܠܫܡܫܐ ܠܝ ܕܐܬܚܠܛܬܘܢ ܕܡܟ ܥܡ
ܕܡܗ : ܐܡܪ ܠܗ ܐܝܣܚܩ ܠܡܘܬܐ ܗܝ ܕܐ
ܕܐܡܪܬ ܚܟܡܬܐ ܗܝ ܡܝܬܪܬܐ ܘܠܐ
ܡܕܪܟ ܐܢܬ : ܐܡܪ ܠܗ ܡܠܟܐ : ܣܓܝܐ
ܐܢܬ ܕܡܦܠܠ ܡܡܠܠ ܐܢܬ ܦܣܩ ܐܢܐ
ܠܫܢܟ ܢܦܣܩܘܢ ܡܢܟ : ܐܡܪ ܠܗ
ܐܝܣܚܩ ܟܬܝܒ ܗܘ ܕܐܡܠܠ ܒܟܐܢܘܬܐ
ܩܕܡ ܡܠܟܐ ܘܠܐ ܐܒܗܬ : ܐܡܪ ܠܗ
ܡܠܟܐ : ܐܝܟܐ ܐܡܪܬ ܡܢܝܬ ܥܕܬܐ :
ܐܡܪ ܠܗ ܐܝܣܚܩ : ܐܡܬܝ ܓܝܪ ܥܢܝܬ
ܡܢ ܠܡܒܢܐ ܥܕܬܐ .

ܘܟܕ ܐܡܪ ܗܠܝܢ ܐܬܚܡܬ ܡܠܟܐ
ܘܩܪܐ ܠܪܫܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ :
ܠܐ ܝܕܥܝܢܬܘܢ

[illegible]

ego Solem teſtor & Ignem inexſtinguibilem, ſi tamen ſolium retinebo, vos omnes ad ſepulcrum mihi eſſe praeituros. Haec Rex. Continuo Nobiles illi metu exanimati, in facies ſuas procumbunt; mox Iſaacium e Regis conſpectu raptum, atque in opportunum locum perductum, lapidibus obruunt. Porro illi Chriſtianam Religionem profiteri ſe, ajebant: adeo Regis metus eorum mentem mutaverat.

Sapor in carcere diē obiit.

Ubi haec Sapori Epiſcopo, qui in vinculis uſque detinebatur, nunciata ſunt, dicitque Beatum Iſaacium a Primoribus urbis fuiſſe lapidatum, vehementer gaviſus eſt, & Domino gratias egit, quas potuit maximas, quod Athletam ſuum corona donaſſet; ipſe vero biduo poſt cum vulnerum per praeteritam fuſtigationem inflictorum dolore, tum paedore carceris, & vinculorum pondere confectus, diem obiit. Id Rex quum reſciviſſet, caput mortuo praecidi juſſit, & ad ſe adferri. Quod carnifices continuo praeſtiterunt: non enim, mortuum illum fuiſſe, narrantibus Rex fidem habuerat [6].

Mortuo caput praeciditur.

6

Mahanes, Abrahamus, & Simeon ad quaeſtionem producuntur.

7

Poſteaquam vero lapidibus obrutus eſt Iſaacius, & Sapor obiit in carcere, jubet Rex ad quaeſtionem produci Mahanem, Abrahamum, & Simeonem [7]: atque hunc in modum eos interrogat: Soli litare, Ignemque colere jamne tandem ſtatuiſtis? At illi: Avertat Deus hoc nefas, reſpondent, Jeſum adorare, & ipſum confiteri, nobis in animo fixum eſt. Tunc Rex variis mortis generibus eos e medio tollendos pronunciat. Ejus igitur juſſu Mahani primum cutis detrahitur a ſummo vertice uſque ad umbilicum: quo in cruciatu occubuit. Abrahamo candentibus clavis oculi perforantur; is poſt biduum interiit. Simeon profunda ſcrobe ſepultus ad pectus uſque, reliquo corpore exſtante ſagittis confoſſus eſt. Martyrum corpora clanculum ſublata Chriſtiani tumularunt.

Eorum conſtantia.

Sententia in eos lata.

Sepeliuntur a Chriſtianis.

[illegible]

AD-

ADNOTATIONES.

(1) **N***Azarenos*, i. e. Chriſtianos, qui nonniſi eo nomine in Perſide, aliiſque Orientis regionibus hodienum vulgo nuncupantur.

(2) Nullus hujus nominis locus apud Geographos occurrit; unde pro *Aſpbareſa*, puto legendum ܦܪܣܐ *Pbareſa*, Urbs Perſidis olim ampliſſima, quam Graeci, Latinique *Perſepolim* vocant.

(3) Conſonat Compendium Martyrii Sanctorum Saporis & Iſaacii, quod ad calcem Actorum Sancti Narſetis Epiſcopi & Joſephi, ejus diſcipuli, ex Codice Chaldaico Nitrienſi Vaticano I. ſuperius exhibuimus; ſed nomen oppidi, cujus Epiſcopatum Sapor geſſit, ibi deſideratur. Porro *Beth-Nictor*, ſeu *Nicator*, oppidum regionis Beth-Seleuciae, alias Garmeae in Aſſyria apud *Nicatorium* montem, quem haud procul ab Urbe Arbela conlocat ex Strabone Cellarius tom. 2. Geograph. antiq. pag. 771.

(4) *Carcha*, Arabibus الكرخ *Al-Carch*, Urbs Garmaeorum in Aſſyria, haud procul a Beth-Nicatore, quae pleno nomine dicitur ܟܪܟܐ ܕܒܝܬ ܣܠܘܟ, hoc eſt, *Carcha*, ſeu oppidum *Beth-Seleuciae*, & abſolute ܒܝܬ ܣܠܘܟ *Beth-Seleucia*; Straboni vero *Soloca*. Vide Aſſem. Bibl. Orient. tom. 3. par. 2.

(5) Bonorum Creatorem Perſae *Harmiſdatem* vocant, Malorum vero authorem *Harmanem*, ſive *Arimanem*. Hinc autem liquet, Perſas olim palmari Manichaeorum errore fuiſſe implicitos. Idque luculenter confirmat Agathias Scholaſticus lib. 2. pag. 62. *Perſae vero*, inquit, *Zoroaſtrem ſub Hyſtaſpe, ſimpliciter tamen, citraque ullam adjectionem, vixiſſe, ajunt; adeo ut valde ambigatur, neque certo ſciri poſſit, an Darii pater, an alius quiſpiam hic Hyſtaſpes fuerit. Quocumque vero tandem tempore floruerit, author eis, & Dux Magicae Religionis extitit: priſtinoque Sacrorum ritu immutato, confuſaneas quaſdam, & varias opiniones induxit. Antiquitus enim Jovem, & Saturnum, ceteroſque omnes Deos, a Graecis celebratos, colebant, eo excepto; quod non eaſdem adpellationes retinerent; ſed Belum quidem Jovem, & Sandem Herculem, Anaitida Venerem, aliterque alios vocabant, ut alibi Beroſus Babylonius, & Athenocles, & Symmachus, qui antiquiſſimas Aſſyriorum, Medorumque res conſcripſerunt, teſtantur. Nunc vero majore ex parte cum iis, qui Manichaei dicuntur, conveniunt; quatenus duo prima principia ſtatuunt, atque alterum quidem bonum, & optima quaeque ex ſe gignens, alterum contrario plane modo ſecundum haec duo ſe habens; nominaque illis indunt barbara, ex ipſorum lingua ducta. Bonum enim ſive Deum, ſive Creatorem Hormiſdatem adpellant; Arimanes autem peſſimo illi ac pernicioſo eſt nomen. Feſtum etiam omnium maximum, quod malorum ſublationem vocant, peragunt, in quo ſerpentes quamplurimos, & ex aliis animantibus, quaecumque deſertis in locis degunt, interficientes, Magis offerunt, veluti in argumentum pietatis. Ea enim ratione credunt, ſe bonam, gratamque Bono illi operam navaſſe, ingratam vero, & noxiam Arimani.* Hactenus Agathias.

(6) In praefato Martyrii Compendio, quod in Codice Nitrienſi I. ad Acta SS. Narſetis, & Joſephi adjectum eſt, primum laudatur Sapor, tum Iſaacius, ambo autem Ardaſciri, ſeu Artaxerſis Hadiabi Praeſidis, juſſu interfecti dicuntur, Iſaacius quidem per Nobiles Chriſtianos Beth-Seleucienſes lapidibus obrutus, Sapor vero poſt mortem in carcere oppetitam capite plexus.

(7) Horum trium SS. Martyrum nomina, & Acta apud omnes Graecos, Latinoſque Martyrologos, quos videre licuit, deſiderantur.

ADMONITIO

In Martyirum S. MAHARSAPORIS.

Altera Actorum Martyrũ Orientaliũ in Perſequutione Iſdegerdico Vararanica paſſorũ, collectio.

DUplicem Actorum Martyrum Orientalium Collectionem, a Chaldaeis, ſive Syris Scriptoribus contextas fuiſſe, alteram eorum, qui regnante Sapore II. cognomento Longaevo, alteram eorum, qui ſub Iſdegerdis I. & Vararanis V. Perſarum Regum Perſequutione, lauream adepti ſunt, jam in Praefatione Generali monuimus. Illam noſtris adornatam obſervationibus, ex S. Marutha Tagritenſi Epiſcopo, in lucem protulimus; ex hac autem, quam non a laudato quidem Marutha, ut cenſet Clariſſimus Bibliothecae Orientalis Author tom. 1. pag. 181. Verum ab alio incerto, coaequali tamen, & fide digniſſimo, Scriptore Syro editam fuiſſe, ibidem demonſtravimus, duo tantum Martyria nobis ſuppeditat Codex Chaldaicus Nitrienſis Vaticanus II. Sanctorum, ſcilicet, Maharſaporis, & Jacobi Interciſi, quae interim in hanc Adpendicem refe-

Cujus Author, etſi incertus, coaequalis tamen, & fide dignus.

referenda duximus, donec reliqua bene multa, quae in Aegypti, & Syriae angulis adhuc fortaſſe deliteſcunt, & quorum nonnulla in Scetenſi Syrorum Monaſterio, quum Nitrienſem ſolitudinem anno 1715. luſtraret Joſephus Simonius Aſſemanus ſe vidiſſe reſtatur, ad nos deveniant; atque ex iis omnibus, ſecundum rationem temporum exacte compoſitis, alterum hujus noſtri Operis Volumen conficiatur.

Quis eius Perſequutionis author? & quo anno indicta?

Porro de Authore hujus Perſequutionis, deque anno, quo eadem indicta fuit, in diverſas ſententias ſciſſi ſunt Scriptores. Eam Theodoretus lib. 5. Hiſt. Eccleſ. cap. 39. ab Iſdegerde I. commotam fuiſſe, tradit, occaſione Abdae Epiſcopi, qui *immoderato zelo pulſus*, Πυρεῖον, ideſt, Templum Igni, Perſarum Deo, conſecratum, deſtruxerat. Quod quum inſtaurare abnuiſſet Abdas, Iſdegerdes occiſo Abda, everſiſque Eccleſiis, *graviſſimas, ac ſaeviſſimos fluctus adverſus alumnos pietatis excitavit*, inquit Theodoretus, *ac triginta jam elapſis annis permanſit nihilominus, a Magis tamquam quibuſdam ventis, ac turbinibus ſuſcitata*. Iſdegerdis quippe filius, quem Theodoretus *Gororanem*, Socrates vero, aliique rectius *Vararanem* adpellant, patri ſuffectus, perſequutionem auxit, cujus acerbitatem his verbis exponit idem Theodoretus. *Suppliciorum autem varias ſpecies, & tormenta ab illis excogitata, quibus pios homines excruciarunt, haud facile eſt exponere. Aliorum enim manus, aliorum terga excoriarunt, aliorum capita a fronte exorſi, ad barbam uſque cute nudarunt. Nonnullos ſectis per mediam arundinibus operiebant.... Deinde quum firmiſſimis vinculis a capite ad pedes uſque eos conſtrinxiſſent, ſingulas arundines vi extrahebant, ut vicina cute ſimul tracta, acerbiſſimum dolorem adferrent. Foveas praeterea fodientes, eaſque diligenter ablinientes, magnoram murium agminibus implebant, pietatiſque Athletas eis in pabulum praebebant, manum illorum ac pedes vincientes, ne beſtias a ſe abigere poſſent. Mures itaque, urgente ipſos fame, carnes Sanctorum paullatim depaſcebantur, diuturnum, & acerbam cruciatum eis inferentes. Alia praeter ea multo graviora ſupplicia excogitarunt... Nec tamen Athletarum fortitudinem frangere potuerunt. Ultro enim adcurrebant, mortem, qua immortalis paratur vita, oppetere cupientes.*

Perſequutionis acerbitas.

Nonnulla poſtea ſubjungit de Hormiſdate, Suene, & Beniamino Martyribus, quorum primum ſub Sapore Rege, poſtremum vero ſub Iſdegerde coronatum, perperam tradit Martyrologium Romanum die XXVIII. Auguſti, & XXVII. Novembris; quum certum ſit ex eodem Theodoreto loc. cit. eos neque ſub Sapore, neque ſub Iſdegerde, ſed imperante Vararane Martyrium ſubjiſſe.

Martyrol. Roman. lapſus.

Theodoreto adſtipulatur Cyrillus Scypolitanus in vita S. Euthymii Abbatis, quae per Monachos Benedictinos Congregationis S. Mauri Graece, & Latine prodiit. *Initio*, inquit Cyrillus, *motae tunc Perſequutionis in Perſide circa finem Regni Iſdegerdis, Perſarum Regis, quum Magi omnes Chriſtianos capere vellent, ſubditorum Saracenorum Praefectos ubique conſtituerunt, ne quis Chriſtianorum, in Perſide degentium, ad Romanos confugeret*. Id Marcellinus in Chronico, Conſulatui Theodoſii IX. & Conſtantii III. hoc eſt, anno Chriſti 420. conſignat; Pagius vero in Critica Baronii, ad annum 414. ex Theophane revocat, additque Perſequutionem, ab Iſdegerde cauſſa Abdae illo eodem anno inchoatam, duraſſe uſque ad annum 420. quo Iſdegerdes interiit. Theophanis haec ſunt verba. *Hoc eodem anno*, Incarnationis, ſcilicet, ſecundum Alexandrinos 406. qui Kalendis Septembris anni Dionyſiani inchoatur, non vero 408. ut habet Baronius, *Iſdegerdes, Perſarum Rex, Maruthae primo Meſapotamiae. & Abdae, Regiae in Perſide Civitatis Epiſcoporum ſuaſu ductus, in pietatem totus propendebat, adeo ut viſis Maruthae mirandis operibus, Baptiſmum jam jam ſuſcepturus videretur; unde & Magos, ceu ſeductores, variis exagitabat ſuppliciis. Anno vero vigeſimo* (Imperii ſui) *diem obiit extremum. Perſequutioni porro ab eo ſuſcitatae cauſſam dedit Abdaas Regiae Perſidis urbis Epiſcopus, divino quidem zelo motus; at non eo ex rationis norma uſus, Ignis templum ſuccendit. Eo cognito, Rex erectas per totam Perſidis regionem Eccleſias everti juſſit: Abdaam autem diverſis adflixit tormentis. Perſequutione ad quintum uſque annum prorogata, plures, imo Martyres innumeri declarati ſunt. Latentes enim Chriſtianos per urbes, & vicos Magi venatorum more inſequebantur. Chriſtiani ſe ipſos viris Conſularibus prodebant, ne vel ſilentio Chriſtum abnegaſſe viderentur. Quibus demum ad mortem hoc pacto quaeſitis, plurimi tormentorum vi neci traditi ſunt: multi etiam ad Romanos transfugerunt*. Haec Theophanes. Quibus quidem verbis, ut legenti patet, unam eandemque Perſequutionem, ab Iſdeger-

degerde excitatam, & a Vararane ejus filio continuatam, complectitur. Quam quum annos quinque perduraſſe, dicat, plane inde colligitur, ejus finem ad annum Theodoſii Junioris 21. & 15. ſeu Chriſti 422. revocandum, *quo*, teſte eodem Theophane, *Theodoſius Imperator licet armorum vi Perſas & victariis premeret; Chriſtianorum tamen, in Perſide commorantium, ſanguini parciturus, ſumma clementia ductus, pacem amplexatur, & Heleonem, Patricium Virum, ſummis honoribus auctum, & Anatolium, Orientis Praefectum, legatos pacis foedus firmaturos mittit. Vararanes, cognita ſuorum jactura, lubens admittit legatos, atque ita excitatus in Chriſtianos Perſequutionis motus reſedit*. Atque adeo ejuſdem Perſequutionis initium non ad annum Chriſti 414. ut contendit Pagius, verum ad 418. a Theophane, & quidem congruentius ad Theodoreti, & Cyrilli ſententiam referri, manifeſtum eſt.

Ceterum Socrates lib. 7. Hiſt. Eccleſ. cap. 18. nulla de S. Abda, ejuſque facinore facta mentione, ſcribit, Iſdegerdem Chriſtianos, in ſuis ditionibus degentes, nullatenus perſequutum eſſe, ſed Vararanem, ejus filium, ac ſucceſſorem, Magorum conſilio inductum, eos graviter exagitaſſe. *Iſdegerde*, inquit, *Rege Perſarum, qui Chriſtianos, Perſidem incolentes, minime fuerat perſequutus, mortuo, Vararanes, ejus filius, ſuſceptis Regni gubernaculis, a Magis ad eam rem impulſus, Chriſtianos acerbe exagitare, cruciatus & tormenta varia, Perſarum more, illis infligere coepit. Itaque Chriſtiani, qui inter Perſas habitabant, neceſſitate coacti, ad Romanos confugere, orare, ne illos tam miſere opprimi, patiantur. Atticus Epiſcopus illos ſupplices benigne excipere, omnem ſuam curam & cogitationem ad opem illis ferendam convertere, Imperatori Theodoſio rem palam facere*. Agathias quoque Scholaſticus lib. IV. pag. 136. Regum Perſarum ſeriem texens, expreſſe notat. *Iſdegerdem, quum unum & viginti annos regnaſſet, nullum unquam adverſus Romanos bellum ſuſcepiſſe, neque ulla eos adfeciſſe moleſtia*. Idem habet Procopius lib. 1. de Bello Perſico, cap. 2. & Nicephorus Hiſt. Eccleſ. lib. 14. cap. 19. ubi Abdam Epiſcopum, cujus cauſſa Perſequutio excitata eſt, non ab Iſdegerde, ſed a Vararane interfectum perhibet. His conſentiunt ex Syris Scriptoribus, qui Perſequutionis hujuſce meminerunt, Gregorius Bar-Ebraeus, cognomento Abulpharagius, & Dionyſius Patriarcha Jacobitarum. Ille Hiſt. Dynaſt. Par. 7. pag. 92. haec profert. وفي هذا
الزمان كثر النصاري في سلطنة الفرس . وظهرت النصرانيه جدًا علي يدي مروثا اسقف ميا
فارقتين . الذي ارسل من تاودسيوس الصغير الي الفرس . ثم ان يزدجرد ملك الفرس مات
وملك بعده ورهران ابنه فشدد علي النصاري . وتواقع الروم والفرس وقتل من الفريقين
خلق كثير وكانت الهزيمه علي الفرس . وزال التشديد علي النصاري .
Hoc tempore, imperante, nimirum, Theodoſio Juniore, *magnus fuit Chriſtianorum numerus in Regno Perſarum, & valde propagatus eſt Chriſtianiſmus opera Maruthae Epiſcopi Maipharactenſis, ſeu Tragritenſis, qui a Theodoſio Juniore ad Perſas miſſus eſt. Deinde mortuo Iſdegerde, Perſarum Rege, regnavit poſt ipſum Vararanes, eius filius, qui Chriſtianos perſequutus eſt. Commiſſumque eſt Romanos inter & Perſas praelium, in quo magna ex utraque parte hominum multitudo caeſa eſt. Perſae vera in fugam verſi; & ſublata eſt a Chriſtianis Perſequutia*. Dionyſius vero in Chronico MS. Cod. Syriac. Vatic. XIII. ejuſdem Perſequutionis initium conjicit in annum Graecourm 732. Chriſti 421. quo Vararanes regnare coepit: ܒܫܢܬ ܫܒܥܡܐܐ ܘܬܠܬܝܢ ܘܬܪܬܝܢ ܗܘܐ ܪܕܘܦܝܐ ܩܫܝܐ ܘܡܪܝܪܐ ܒܐܪܥܐ ܕܦܪܣ
ܘܥܫܝܢܐ ܥܠ ܟܪ̈ܣܛܝܢܐ. *Anno*, inquit, *ſeptingenteſimo trigeſimo ſecundo acerba, vehemens & crudelis Perſequutio adverſus Chriſtianos in Perſide excitata eſt*. Pacem vero Romanos inter, & Vararanem conſtitutam fuiſſe, ſimulque Perſequutionem conquieviſſe, notat, anno Graecorum 738. Chriſti 427. ܘܫܝܢܐ ܠܐܬܥܒܕ ܡܢ ܗܢܘܢ ܕܦܪܣ ܡܛܠ
ܟܪ̈ܣܛܝܢܐ ܕܐܬܥܒܕ: ܘܐܦ ܪܕܘܦܝܐ ܕܥܠ ܟܪ̈ܣܛܝܢܐ ܕܐܬܪܐ ܗܘ ܫܠܝ.
Atque ita bellum, propter Chriſtianos in Perſide degentes ſuſceptum, confectum eſt: ſimul etiam Perſequutio, quae adverſus ejuſdem regionis Chriſtianos excitata fuerat, conquievit.

Quae

Quae ipſiſſima ſunt Socratis verba lib. 7. cap. 20. ubi id factum dicitur Conſulatu Honorii XIII. & Theodoſii X. anno 4. Olympiadis trecenteſimae, hoc eſt, Chriſti 422. ut obſervat Pagius.

Verum Theodoreto, & Cyrillo Scriptoribus adcuratiſſimis, omnique exceptione majoribus, ut pote coaequalibus, omnis hac in re fides habenda videtur. Ideoque dubium non eſt, quin Socrates, ejuſque breviatores decepti fuerint in adſignando tempore, quo haec Perſequutio in Perſide ſaeviit; quamvis Baronius ad annum 420. num. XVI. id in medio relinquat, dicatque, ſeſe Lectoris judicio permittere, cujuſnam ſint potiora jura. Non dubium etiam, quin haec Perſequutio ſub finem Regni Iſdegerdis, ſeu anno Chriſti 418. coeperit; quum id & Cyrillus, ac Theophanes uno conſenſu ſcribant, & ex Theodoreti verbis, ſuperius laudatis, adprime colligatur. Nec Theophanes, Perſequutionem, ab Iſdegerde poſt Abdae facinus excitatam, ad annos quinque prorogans, adverſatur Theodoreto, qui eandem annos triginta perduraſſe, adſerit; ille enim tempua tantummodo deſignat, quo ante pacem, Romanos inter, & Perſas conſtitutam, ea deſaeviit: hic vero totum intervallum, quo Chriſtiani in Perſide cum ab Iſdegerde, tum a Vararane quomodocumque divexati ſunt. Nam etſi occaſione pacis Perſequutio conquieverit, ea tamen identidem inſtaurata fuit, &, uti loquitur ipſe Theodoretus, qui haec ſcribebat circa annum Chriſti 449. *Ac triginta jam elapſis annis permanſit nihilominus a Magis tamquam quibuſdam ventis ac turbinibus ſuſcitata*. Quae quidem ſententia ex his, quae S. Auguſtinus tradit lib. xviii. de Civitate Dei cap. 52. nonnihil roboratur. *Quid modo*, inquit, *in Perſide? nonne in Chriſtianos ferbuit perſequutio, ſi tamen jam quievit, ut fugientes nonnulli, uſque ad Romana oppida pervenerint?* Haec ſiquidem Auguſtinus exarabat anno Chriſti 428. ſeu juxta Baronium 429. quo ea Perſequutio an ceſſaſſet, haud ſatis exploratum ſibi fuiſſe, adfirmat.

Acta Maharſaporis hucuſque ignota.

Ejus Martyrii tempus.

Hujus igitur Perſequutionis anno quincto, inclytum Maharſaporem Martyrem, cujus Acta, omnibus, quos videre licuit, Graecis, Latiniſque Scriptoribus prorſus ignota, heic proferimus, lauream obtinuiſſe, adſerendum eſt, quum anno Vararania Regis ſecundo, Menſe vero Octobri id Acta expreſſe conſignent, in quibus & Narſes, ac Sabucata Martyres laudantur, quorum tamen Acta deſideramus. Qui quidem annus, juxta vulgarem Graecorum, initium anni a Kalendis Septembris ducentium, ſupputationem, quam in hiſce Actis conſcribendis ſe adhibere, monet eorumdem author infra in Martyrio S. Jacobi Interciſi, in annum Chriſti 422. recta competit. Nam ſecundum Agathiam Scholaſticum, Sethum Calviſium, Petavium, Pagium, ceteroſque Chronologos, ab obitu Saporis II. qui anno Aerae vulgaris 380. contigit, ad Vararanem V. Iſdegerdis filium, unus & quadraginta anni numerantur; totidem namque, teſte laudato Agathia, regnarunt, qui Sapori ante Vararanem ſucceſſere, Perſarum Reges, Artaxerſes nimirum Secundus 4. Sapor Tertius 5. Vararanes Quartus 11. Iſdegerdes Primus, Vararanis, de quo agimus, pater, 21. Ac proinde ipſe Vararanes regnum iniit anno Chriſti 421.

Bibl. Orient. Author ſecum pugnat.

In hanc plane ſententiam it clariſſimus Bibliothecae Orientalis Author tom. III. Par. 2. pag. 62. Verum quo pacto ſecum ipſe conciliabitur, quum Saporis II. interitum ad annum Chriſti 370. revocat? Vel itaque, quod nullibi tentat, immania adeo contra rationem temporum peccati Chronologos omnes, Regum Perſarum ſeriem contexentes, inſimulare, vel certe, juxta ſuam de emortuali Saporis anno opinationem, primum Vararanis Imperii annum in Chriſti 411. atque adeo Maharſaporis Martyrium in annum 412. qui cum altero Vararanis anno componeretur; non vero in 422. aut 421. ut idem ſcribit tom. I. pag. 181. rejicere debuiſſet.

MARTYRIUM

Anno Vararanis Perſarũ Regis 2. Chriſti 421.

Beati, atque inclyti MAHARSAPORIS, *qui in tenebricoſo lacu coronatus eſt.*

S.Maharſapor genere nobiliſſimus.

ANNO Secundo Vararanis, Perſarum Regis, peractum eſt Martyrium B. MAHARSAPORIS. Is genere nobilis fuit, & ex principe familia natus; nihil tamen antiquius habuit, quam ut morum ſuorum ducem haberet veritatem, atque ab omnibus ſuperſtitionibus, ſectiſque quammaxime abeſſet, & ne a recta umquam verae Religionis ſemita deflecteret.

Ejus virtutes.

Ante excitatam Perſequutionem multimodis divexatus.

Quum autem Diabolus nobilem hunc inſtitorem cerneret, ſalvis mercibns, portum propemodum tenere, exarſit, nimirum, invidia, ſuoſque emiſſarios, homines, videlicet, ad omne facinus paratos, incitavit, ut Beatum Virum apud impios quoſdam Chriſtianae Religionis hoſtes arceſſerent, haud dubitans, quin crimen ad Regis aures hac via protinus petlaberetur: quod ita adcidit. Rex illico reum in carcerem teterrimum conjici jubet, ratus loci foeditate, paedore, atque aliis ejus generis moleſtiis divexatum, victum iri, & manus daturum. Inani utique ſpe; nam ille inter carceris anguſtias invictus, in propoſito, ſuſceptoque conſilio permanſit. His porto mala ſimilia, nondum excitata in Chriſtianos perſequutione, paſſus eſt, factuſque confeſſor egregius, omnes Religionis partes abſolvit. Adeo nec cruciatibus ullis, nec diuturno carcere fractus eſt, nec de ſua conſtantia deturbatus.

Perſequutione indicta primus comprehenditur cum SS. MM Narſete, & Sabucata.

Quum vero poſtea per omnes Orientis Provincias perſequutio exarſiſſet, primus ille in ſatellitum manus venit, multis eum de Chriſtianae Religionis profeſſione apud Judices adcuſantibus; quamquam ille Martyrii deſiderio compulſus, eoſdem praeverterit, ſeque ſemel & iterum lictoribus ſpon-

ſponte ſua obtulerit. Tandem comprehenſus, variis moleſtiis, ac injuriis adfectus eſt ab Hormiſdavaro, qui itidem Narſetem Martyrem, & Sabuecatam ſocium ejus inclytum Confeſſorem, varie tortos, necavit. Horum enim Martyrum ille ſocius fuit, & una cum ipſis a ſatellitibus adprehenſus eſt. Poſtremum etiam per triennium crudeliſſime divexatus fuit: ſed fruſtra; nec enim Tyranno ceſſit. Quamobrem rurſus ad quaeſtionem producitur, ſententiam poſtremo illo judicio excepturus, quam ipſe ſibi praeoptaſſet. Judici deinde ſiſtitur, a quo minime agnitus fuit: adeo corporis habitus, oriſque forma ex praeteritarum quaeſtionum acerbitate, carceriſque diuturni ſqualore, ac longa inedia contabuerant, & defluxerant. Tum Judex: Noſtin, inquit, me tibi perniciem inferre poſſe quammaximam? An forte ignoras adhuc, iis, quibus hactenus conflictatus fuiſti, ſuppliciis graviora tibi pro libito infligere me poſſe? Itidem, ſi adlubeat, ampliſſima tibi beneficia praeſtare? Mihi enim in te poteſtas utraque perinde expedita eſt.

Triennio divexatus Judici demum ſiſtitur.

A quo fruſtra minis ad ejurandum Chriſtum tentatur.

Cui B. Martyr reſpondit: Non me perturbat, quod ſupplicio addicor, quandoquidem hac poena ſalus mihi, & ingens gloria tribuitur. Sed illud ſane moleſtum accidit, quod tua, ſordide & vilis homuncio, ſententia peream, qui a Viro, nobilitate, & conditione mihi aequali, fueram judicandus. Attamen, quae mihi pridem parabas, ſupplicia adpropera; ſervus enim es, & herili imperio ſubjectus. Mihi vero adeſt in Caelo Dominus, pro cujus fide, atque nomine patior, alium praeter hunc inter homines Dominum non habeo. Regis mandata non detrectaho, ut juſta fuerint; ſi autem ſaluti noxia imperaverit, ea exſequi nefas puto. Tu vero imperata perfice, non ego te morabor; praeſertim quum obeſſe, quam prodeſſe malis. Neque enim inter omnes temporum difficultates ullum eaſum mihi pertimeſcendum duco: quia *Dominus eſt adjutor meus, & ego deſpiciam inimicos meos.* Haec animi, inter ſupplicia eminentis, fir-

Egregia ejus oratio atque fortitudo.

Pſ. 118.

Sententia in eum lata.

mitas Judicis iram non leviter movit. Quamobrem B. Martyrem in tenebricoſam foveam e veſtigio projici jubet, oſtiumque obſtrui, & obſignari. Mox etiam cuſtodes addidit, qui diligenter obſervarent, ne ullus Sancto Martyri cibus inferretur.

In tenebricoſam ſpecum demiſſus orans flexis genibus migrat ad Caelum.

Confeſtim ſatellites e conſpectu Praeſidis raptum, conligatumque in obſcuriſſimam illam ſpecum demittunt, fame, utique rati, propediem periturum. Ibique jacuit ab Auguſto Menſe uſque ad VI. Idus Octobres: quum ſero tandem cuſtodibus, ut Sanctum Martyrem inviſerent, Tyrannus praecepit. Illi dum reſignato, apertoque ſpeluncae oſtio, omnia circum oculis luſtrant, vident in profundo clariſſima luce circumfuſum Beatum Martyrem, flexis genibus orantem: quo viſo vehementer obſtupuere, qua, videlicet, ratione factum eſſet, ut a ferociſſimo dracone, quem in ſpeluncae intimo receſſu cubare, ajebant, Sanctus Martyr incolumis evaſiſſet, vel uſque in eum diem vitam protraxiſſet; nec enim illum, eodem in ſitu orantem, Martyrio ſuo finem impoſuiſſe animadverterant. Quod poſtea compertum illico Judici nunciarunt, & ſpecum quidem continua luce illuſtratum ſibi repertum fuiſſe, Beatum vero Martyrem in genua procumbentem, exſtinctum tamen, & exanimem, etſi orantis adhuc ſpeciem praeberet.

Clariſſima luce ejus corpus circumfuſum.

Martyrii tempus.

Coronam ergo accepiſſe inclytum Martyrem hunc, Menſe Octobri, Sabbathi die cognitum eſt.

AD-

ADMONITIO

In Martyrium S. JACOBI INTERCISI.

INſandum ob oculos ponitur ſpectaculum, quod immaniſſimam, vel ipſiſmet Scytis inviſam, regetit feritatem. Inclytus Jacobus Perſa, cujus Martyrium mirifice deſcriptum, ex Codice Chaldaico Nitrienſi Vaticano II. heic proferimus, ad Chriſtianam Religionem, a qua, Iſdegerdi, Perſarum Regi, morem geſturus, turpiter defecerat, quum ſub Vatarane, ejus filio, rediret, membratim conciditur, unde glorioſum *Interciſi* cognomentum obtinuit, non ſolum juvenibus, ſed & *univerſae genti memoriam mortis ſuae ad exemplum virtutis, & fortitudinis derelinquens*. Is enim, inquit Nicephorus Hiſt. Eccleſ. lib. XIV. cap. 20. *quum antea Chriſtianus fuiſſet, propter intercedentem ſibi cum Iſdegerde Perſarum Rege amicitiam, paternam Religionem rejecerat. Poſtquam autem per matrem, & conjugem rurſus ad fidem Chriſti admonitus revertit, & eam rem Princeps aegre tulit, acerbam quamdam, & propter novitatem, admirandam, poſt ſupplicia multa, ſubiit mortem. Nam ubi articulis, & juncturis quibuſque in commoda, & apta totius corporis membrorum conformatione, ex manibus, brachiis, pedibus, & ſuris ei reſectis, reliquum nihil quam una cum ventre caput habuit; quoniam ne tum quidem fidem in Chriſtum abjecit, ei ipſum poſtremo ferro amputatum eſt*. Hactenus Nicephorus.

Martyrium mirificum.

2. *Machab.* 6. 31.

Ejus idcirco gloriae praecones non ſolum habemus lapides ipſos tot Eccleſiarum, quae in primis Eccleſiae Perſicae pacis temporibus in hujus Martyris honorem variis in regionibus, ac praeſertim in Syria conſtructae fuerunt, quas inter inſignis eſt, quae extra oppidi Heſron mutos in Libano monte etiamnum perſtat, quaeque frequentiſſimum olim habuit Monachorum Antonianorum Coenobium, ſibi adjunctum, & cognomine, nunc vero per Presbyteros ſeculares ab Evodiis, ad quos ex jure patronatus ſpectat, adminiſtratur; ſed & Sacros cum Orientalis, tum Latinae Eccleſiae Faſtus, in quibus tanti Martyris memoria celeberrima ſemper fuit.

Eccleſiae & Monaſteria ſub ejus nomine.

Et perantiquum quidem Baſilii Porphyrogenitae Imperatoris Menologium a noſtro Jacobo diem Novembris vigeſimum ſeptimum ſic auſpicatur. *Certamen Sancti, multiſque certaminibus clari, Martyris Jacobi Perſae. Jacobus, multis certaminibus inſignis Martyr, ex Perſide fuit, Theodoſio Romanorum Imperatore. Is ob egregiam animi virtutem, generiſque nobilitatem in ſummo apud Perſarum Regem honore habebatur. Erat autem Chriſtianus, & Chriſtianam uxorem habebat; matrem inſuper, patremque Chriſtianos; ſed ob Regis honorem, ejurata Chriſto, Solem, ignemque, tamquam Deos, adoravit. Quod ubi mater, & uxor cognovere, dolore adfectae, per literas illum induxere, ut ad Chriſtianam Fidem rediret. Quare cognitus a Rege, ejuſque juſſu comprehenſus, acerbiſſimam mortem ſuſtinuit. Membra enim ei ſingula, parteſque corporis gladio praeciduntur, donec ſolum corpus cum capite, ac ventre ſupereſſet, quum interim ad unamquamque ſectionem gratias Deo ageret. Demum ejuſdem Regis juſſu, trunco caput amputatur*. Concinunt Graecorum Menaea, Typis edita, quae ad eumdem Novembris diem vigeſimum ſeptimum, quo Sanctum Jacobum omnia fere Martyrologia commemorant, iſta habent. Τῷ αὐτῷ μηνὶ, εἰκοστῇ ἑβδόμῃ ἄθλησις τοῦ Ἁγίου Μεγαλομάρτυρος Ἰακώβου τοῦ Πέρσου. Οὗτος ἦν ἐπὶ Ὀνωρίου, καὶ Ἀρκαδίου τῶν Βασιλέων, Χριστιανὸς ὢν προγόνων οἰκῶν ἐν τῇ Βηθλαβᾶ τῇ πόλει, ἐν χώρᾳ τῶν Ἐλυζησίων. γένους ἐντίμου καὶ περιφανοῦς· καὶ πάνυ παρὰ τοῦ Βασιλέως Ἰσδιγέρδου τιμώμενος. Διὰ δὲ τοῦτο, τῷ παρὰ τοῦ Βασιλέως σφόδρα φιλεῖσθαι Περσῶν, ἀπέστη τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως. Καὶ συνεφελκύσθη τῷ Βασιλεῖ πρὸς τὴν ἀπώλειαν, ἀπαρνησάμενος τὸν Χριστόν. Ἐπεὶ δὲ ἥ τε μήτηρ αὐτοῦ, καὶ ἡ γαμετὴ ἠλλοτρίωσαν ἑαυτὰς τῆς κοινωνίας αὐτοῦ, καθότι τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀγάπης, τὴν τοῦ Βασιλέως προετιμήσατο. Καὶ διὰ πρόσκαιρον δόξαν, αἰωνίαν αἰσχύνην ἠλλάξατο καὶ κατάκρισιν· καὶ τοῦτο αὐτῷ διὰ γραμμάτων μηνύσασαι, πληγεὶς τὴν ψυχὴν, ἀπέστη τῆς ματαίας τοῦ Βασιλέως θρησκείας, καὶ ἀπεκλαίετο, ἐφ' οἷς ἐξήμαρτεν ἀποστὰς ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, διά τοι τοῦτο καθίσταται τῷ Βασιλεῖ Περσῶν εἰς ἐξέτασιν, τοῦ Βασιλέως λίαν ἐν τούτῳ χαλεπήναντος. Ὅθεν τὸν πικρὸν ὑπέστη θάνατον, κατὰ μίαν ἑκάστην τοῦ σώματος ἁρμονίαν κατατμηθεὶς, τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν, καὶ βραχιόνων, ὡς περι-
λειφθῆ-

Memoria & cultus in Menologio Baſiliano.

In Menaeis Graecorum.

λειφθῆναι μόνον αὐτῷ μετὰ τῆς κοιλίας, τὴν κεφαλὴν, ἀλλ' ὅπως καὶ ταύτην μαχαίρᾳ ἀφαιρεθῆναι: *Eodem Menſe* (Novembri) *die* XXVII. *Certamen Sancti Magni Martyris Jacobi Perſae. Hic ſub Honorio, & Arcadio Imperatoribus fuit, ex progenitoribus Chriſtianus, Urbem Bethlabam inhabitans in regione Eluzeſiorum, generis nobilitate, atque ſplendore conſpicuus, ac ſummo ab Iſdegerde Rege in honore habitus. Quoniam autem magnopere a Rege Perſarum diligebatur, a Chriſtianorum Fide deflexit, & Regi in perditionem, Chriſtum abnegando, adhaeſit. Idcirco mater, & uxor ab ejus communione alienatae ſunt, eo quod dilectioni Chriſti amorem Regis praetuliſſet, ſibi vero, propter temporalem gloriam, ignominiam, & condemnationem comparaſſet ſempiternam. Idque ei per litteras quum nunciaſſent, intimo animi dolore perculſus, ab inani Regis religione deſcivit, ſuamque a Chriſto defectionem deploravit. Quamobrem coram Rege Perſarum ſiſtitur ad quaeſtionem; qui hoc aegerrime tulit. Unde acerbam ſuſtinuit mortem, & unaquaeque corporis junctura, manuum, pedum, brachiorumque amputata eſt, ita ut ſolum ipſi caput cum ventre ſupereſſet, quod & gladio tandem obſcinditur.* Hi praeterea verſus ſubjiciuntur.

Τμηθεὶς μελιστὶ καὶ σφαγὴν Πέρσης φέρω,
Ψυχῇ σε σώζω ψεῦδα μοι μέλη λέγει.
Εἰκάδι Πέρσης ἑβδομάτῃ σφάγη ἐκμελισθείς:

Caeſus membratim, etiam necem Perſa ſuſtinuit.
Forti animo, inaniter ſalva ſunt mihi membra, ait.
Vigeſimo ſeptimo Perſa jugulatus eſt.

Eadem ferme leguntur in reliquis Graecorum Menaeis manu exaratis, & apud Maximum, Cytherorum Epiſcopum; ex quibus deſumpta plane videntur pleraque S. Jacobi elogia, quae in antiquis Latinorum Martyrologiis ad praeſignatum Novembris diem vigeſimum ſeptimum referuntur, ac praeſertim illud Auctariorum Hagenoyenſium ad Uſuardi Martyrologium, ceteris adcuratius, quod eſt hujuſmodi. *Apud Perſidem Paſſio Beati Jacobi militis cognomento Interciſi. Hic ex civitate Elape* (ſic Lapetam vocat) *ortus fuit de nobilibus parentibus, & Chriſtianis, & ipſe Chriſtianus erat, & uxorem Chriſtianam habuit. Hic Regi Perſarum valde familiaris fuerat, & ob ejus amorem converſus eſt ad Idololotriam: quem mater, & uxor ejus cum ſcandalo revocaverunt, dicentes, ſe amodo nolle ſecum commorari. Unde poenituit, & ſe Chriſtianum confeſſus eſt, & idcirco cultellis membratim inciſus. Primo praeciderunt digitos, ſecundo pedicas, deinde pedes, poſtea brachia, demum ſuras crurum uſque ad femur utriuſque cruris; & non remanſit in ea niſi ſolus truncus. Noviſſime unus carnificum iratus abſtulit caput ejus, & Chriſti Martyrem fecerunt.* Hodiernum vero Martyrologium Romanum breviori, & ab hucuſque relatis nonnihil diſcrepante, elogio Jacobum exornat. *In Perſia*, inquit, *Sancti Jacobi Interciſi, Martyris conſpicui, qui tempore Theodoſii Junioris quum, in gratiam Iſdegerdis Regis, Chriſtum negaſſet; & propterea mater ejus, & uxor ab ipſius ſe conſuetudine ſubtraxiſſent, in ſe reverſus, pro Chriſti confeſſione Regem adiit, a quo irato membratim juſſus eſt concidi, & capite abtruncari. Quo tempore innumeri alii Martyres ibidem paſſi ſunt.*

In Latinorum Martyrologiis.

In Synaxariis Syrorum.

Syri quoque omnes Sancti Jacobi memoriam recolunt in Synaxariis ſuis ad diem Novembris vigeſimum ſeptimum, quo & ejus Officium, ex ipſius Martyrii hiſtoria, in varias Lectiones, & Hymnos diſtributa, coalitum, quod una cum aliis Sanctorum Officiis, ad uſum Eccleſiae Antiochenae Maronitarum anno 1556. typis Sac. Congreg. de Propaganda Fide prodiit, ſolemniter concelebrant. Verba autem Synaxariorum haec ſunt.

[illegible]

[illegible]

Die XXVII. *Novembris. Certamen Sancti Jacobi Perſoe Martyris. Hic Chriſtianus erat; ſed, pro Regis Perſarum in ſe amore ac benevolentia, a Nazarenorum fide defecit. Quum autem a matre & uxore per literas ad Fidem in Chriſtum, & Creatoris ſui cultum revocatus eſſet, idque palam divulgaretur, Regi ſiſtitur, qui illum de Religione interogans, & in Chriſtum credentem comperiens, vehementi furore percitus, acerbiſſimo ipſum ſupplicio, antequam mortem ſubiret, adficiendum praecepit, ſectione, ſcilicet, ſingulorum ejus articulorum ex manibus, pedibus, brachiis, & cruribus, uſque dum corpus cum ſolo capite, ac ventre exſtaret; eique poſtremo caput amputatur.* Haec Synaxaria Syrorum, quae, ut vides, cum Graecorum Menaeis adprime concordant.

At Synaxarium Copticarum prolixius Sancti Jacobi elogium, ex genuinis quidem Actis, etſi parum feliciter, ut legenti patebit, depromtum, refert eodem die XXVII. Novembris, adjicitque hiſtoriam Translationis ejus Reliquiarum in Aegyptum, cum antiquis tum recentioribus Martyrologis prorſus ignotam. Et Copticarum.

في هذا اليوم استشهد
القديس يعقوب المقطع هذا كان من اجناد سكرادس ابن صافور ملك الفرس. وكان له منه
محبّه وصحبه وداله يستشيره في جميع اموره وبهذا السبب امال قلب القديس يعقوب عن عبادة
المسيح. فلما سمعتا امّه وزوجته واخته انه قد وافق الملك على رايه كتبوا اليه قايلين.
لماذا تركت عنك امانة المسيح واتبعت العناصر المخلوقه اعني النار والشمس. فاعلم الان انك
ان اقمت على ما انت عليه فان نحن غريبين منك. فلما قرا الكتاب بكا وقال اذا كان
هذا قد تغربت من اهلي وجنسي كيف التغرب من السيد المسيح. وبدا يقري في كتب
النصاري ويبكي. وانقطع من الخدمه لملك الارض. فانتهي الي الملك حاله واستحضره واستكشفه.
فاراه على ذلك الحال الذي انتهي عليه. فامر بضربه الضرب الوجع. فلم ينثني عن رايه. فامر
بتقطيعه بالسكاكين. فقطعوا اصابع يديه واصابع رجليه وافخاده وسواعده. ثم جعلوه اثنين
وثلاثين قطعه. وكل عضو يقطع منه يرتّل ويسبّح. وكان يقول يا الاه النصاري اقبل اليك
غصن الشجره كعظيم رحمتك. لان الكرام اذا قلّم الكرمه فانها تزهر وتمّد عروقها. فلما بقي
صدره وراسه ووسطه وعلم انه قد دنا الوقت الذي يسّلم فيه روحه. سال الرب في العالم وفي
الشعب لكي يرحمهم ويتحنّن عليهم. وكان يقول انني لم تبق لي يدين ارفعهم اليك. وهوذا
اعضاي مطروحه حولي. فاقبل يارب نفسي. وللوقت ظهر له السيد المسيح. وعزاه وقواه
وابتهجت نفسه. وقبل ان يسلّم الروح اسرع واحد من الجند واخذ راسه المقدس. ومضا
الي مساكن النور الي المسيح الذي احبه. واخذ جسده واعطاه اقوام خايفين من الله.
فكفنوه جيدا ووضعوه في موضع جيد. فلما سمعت امه وزوجته واخته شهادته فرحوا واتوا
حيث جسده. وقبلوه وبكوا ووضعوا عليه اكفان فاخره واطياب. ولما كان في زمان اركاديوس
وانوريوس الملكين البارين بنوا كنيسه وديد. فاتصل ملك الفرس جبر الديسر وخيسر
الشهدا واجسادهم وانه بكل مكان يظهر منهم ايات وعجايب. فامر باحراق اجسادهم يعني
القديسين بكل مكان ولا يخلي شيا منهم في مملكته. واتوا بعض مومنين فاخذوا جسد القديس
يعقوب. واتوا الي يورشليم ووضعوه عند القدس بطرس الرهاوي الاسقف. فلم يزل عنده الي
زمان ملك مرقيان. عند ذلك اخذه القديس بطرس واتي به الي ديار مصر الي مدينة
الباهنسا. فاقام هناك ايام ومعه اخوه. وفيما هم يصلوا وقت الساعه السادسه والجسد قبما
بينهم ظهر له القديس يعقوب مع جماعه من شهدا الفرس وعليهم زي الفرس ورتلوا معهم
وباركوا عليهم وغابوا عنهم بعد ان قال القديس ان جسدي يكون هاهنا كما امر الرب.
وبعد

وبعد ذلك اراد القديس بطرس العودة الى بلاده . وطلب اخذ الجسد معه وحمله في البحر
يخالف القول . فخطف من بين ايديهم الى المكان الذي كان فيه .

Hoc die (XXVII. Hatur , ſeu Novembris) *Martyrium ſubiit Sanctus J.cobus Interciſus. Hic erat ex militibus Sceredis* (ſic Iſdegerdem corrupte adpellat) *Filii Saporis , Perſarum Regis ; tujus quidem amicitiam , benevolentiam , atque familiaritatem ita ſibi comparaverat , ut amnibus de rebus ab eo iu canſilium adhiberetur : propterea Sancti Jacabi cor a cultn Chriſti declinavit . Ejus autem mater , uxor , & ſoror intelligentes , ipſum in Regis ſeutentiam conceſſiſſe , ſcripſerunt ad eum , dicente. Quid ita vero , ejurata in Chriſtum Fide , elementorum creatorum , ſeu Solis , & Ignis tultum ſequeris ? Nunc autem certo ſcias , ſi quidem in hac ſenteutia perſeverare ratum eſt tibi , nos a te prorſus eſſe abalienatas . Lectis bujuſmodi literis Jacobus tatum ſe lacrymis dedidit , & : Si ideo , inquit , conſanguinei , & adfines mei a me abalienati ſunt , quid facturum eſſe putem Chriſtum Dominum ? Coepitque legere Nazarenorum libros , & a ſervitute Regis terrae ſeſe abſtinuit . Qua de re certior Rex factus , Jacobum arceſſiri juſſit , cumque de Religione iuterrogatum , atque in ea , a qua ipſum abaurerat , compertum , ſummam in eum crudelitatem exercuit ; mox iu ſententia conſtantem , cultellis membratim cancidi imperavit . Ei igitur manuum ac pedum digiti , coxae , & brachia reſecta ſunt , atque in duas & triginta partes diviſa . Ille vera ad ſingulorum membrorum ſectionem Dei laudes occinebat , & : O Deus Nazarenorum , ajebat , ſuſcipe ramum arboris , ſecundum miſeritordiam tuam ; qnouiam , vinitor quum vitem exputat , ea uberius inde progerminat , ac radices dilatat ! Quumque caput ſolum cum pectore , & ventre ſupereſſet , animadverteretque , imminere jam boram , qua ſpiritum traditurns eſſet , oravit Dominum pro mundo , & populo , ſuam , nimirum , ut illis miſericordiam impertiret : Non mibi , ajebat , manus deſunt , quas ad te extendam , ecce autem membra mea circum projecta , ſuſcipe Domine animam meam . Illico adparnit Chriſtus Dominus , eumque ſolatus eſt , atque confirmavit . Quapropter exultavit anima ejus , & priuſquam ſpiritum emitteret , adcedens e militibus unus , ei caput amputavit . Atque ita factum eſt , ut Jacobus ad Chriſtum , quem dilexit , in manſiones lucis emigraret . Ejus Corpus , at membra pii bamines quidam collegerunt , eaque , ſudone rite obvoluta , boneſto loco poſuerunt . Ubi vero ipſius Martyrium mater , uxor , & ſoror cognovere , vebemeuter conlaetatae ſunt ; & venientes ad locum , in quo ſacra Lipſana adſervabantur , ea deoſculatae ſunt , ac linteis pretioſis , atque aramatibus flentes tooperierunt . Sub Honorio , autem & Arcadio , piis Imperatoribus , ibidem Eccleſia cum Monaſterio ſaperſtructa fuit .*

Ejus Corporis translatio in Aegyptum, *Poſtea vero quum de Monaſterio , deque virtutibus , ac prodigiis , quae ex Martyrum Lipſanis adſidue prodibant , certior factns eſſet Perſarum Rex , ea camburi juſſit , ne ulla ſcilicet Sanctorum memoria in Regno ſno ſupereſſet . Verum fideles quidam B. Jacobi corpus praeripuerunt , illudque , Hieroſolyma delatum , apud Sanctum Petrum Edeſſenum , Epiſcopum , depoſueruut , uſque ad Marciani Imperatoris tempora . Inde vero Tabeuuam Aegypti in urbem profectus S. Petrus illud ſecum detulit , atque ibidem cum fratre ſno aliquandiu commoratns , quum boram ſextam , S. Corpore iu medio poſito , perſolverent , adparuit B. Jacabus , choro Martyrum Perſarum , Perſica veſte indutorum , ſtipatus , & una tum illis pſallerunt , eoſque benedicentes , quum Jacobus diceret : Corpus meum heic remanere volo , ſituti praecepit Daminus : ab eorum oculis omnes ſe ſubtraxerunt . Petrus porro Sancti Jacobi dicto minime abaudiit . Nam paullo poſt inde in patriam cum fratre reverſurus , ſacrnm corpus ſecum in navim aſportavit . At de eorum manibus corpus ablatum , in euudem locum , ex qua delatum fuerat , reſtitutum eſt .* Hucuſque Synaxarium Coptitarum . Unde autem hanc translationis Reliquiarum S. Jacobi hiſtoriam hauſerit , nos prorſus latet ; quum in vita Petri Edeſſeni , Epiſcopi Hieroſolymitani , ne verbum quidem de ea occurrat , nec Tabennae , quod

Atque in Italiam . ſciam , vel fragmentum ex oſſibus ejuſdem S. Jacobi reperiatur . Quid ? quod S. Jacobi Interciſi corpus ex Perſide in Italiam a Cyrillo Romano olim deportatum , ejuſque caput a Jordano Cardinale Urſino Vaticanae Baſilicae , ubi etiamnum adſervatur , dono datum , liquet ex adcurato ejuſdem S. Jacobi Martyrii compendio , quod in Lectiones tres diſtributum , una cum ipſius Officio , ſub Ritu duplici a Clero laudatae Baſilicae eelebrando , refert Breviarium Vaticanum , authoritate Clementis X. Pont. Max. editum ,

in

iu ſecundo Nocturno ad diem Novembris 27. in haec verba. *Jacobus natione Perſa, genere nobilis, patria Elapenſis, ex Chriſtianis parentibus ortus, Chriſtianus ipſe, inter optimates non infimus, ac proinde Iſdegerdi, Regi Perſarum, notiſſimus, Regiis blanditiis ſeductus, ejurata Fide, ad cultum idolorum, ut Regi placeret, ſeſe applicuit; ſed a matre, & uxore per litteras graviter objurgatus, rediit ad cor; admiſſi ſceleris poenitens, & vitam, ut prius, Chriſtiano ritu agere inſtituit. Haud multo poſt delatus eſt ad Regem, qui cum illum variis blandimentis flectere non potuiſſet, crudelem in eum, ad aliorum terrorem, ſententiam tulit, ut, ſcilicet, membratim caederetur; unde glorioſum Intercisi nomen obtinuit. Carnifex executioni ſententiam mandavit, eique manuum, ac pedum digitas, tum manum utramque, & utrumque pedem, mox brachia, & tibias crudeliter abſcidit. Haec cum egregius Chriſti pugil, incredibili conſtantia, & patientia ſuſtineret, & gratias Deo ageret, quod ſe ad inſtar vitis putari permiſiſſet, abſciſſo demum capite, cum nihil amputandum reſtaret, glorioſum Martyrium coronavit, quinto Kalendas Decembris. Ejus Corpus a Chriſtianis primum occulte ſepultum, a Cyrillo deinde nobili Romano clam ſubductum, in Italiam deportatum eſt, & caput tandem ſub Eugenio Quarto a Jordano Urſino, Cardinale Sabinenſi, Vaticanae Baſilicae Archipresbytero, eidem Eccleſiae donatum eſt.* Haec Breviarium Vaticanum.

Ceterum fuſiora S. Jacobi Acta habentur apud Surium Tom. VI. & VII. Mombrit. Tom. II. Petr. in Catalog. lib. X. cap. 112. & alios; quae ſi cum noſtris conferantur, mutila quidem, & interpolata reputabuntur. In genuinis autem hiſce Actis Chaldaicis, quorum Author, etſi nobis ignotus ſit, ex ſcriptione tamen, ſtylo, aliiſque narrationis characteribus, qui praeſertim ad eorumdem calcem ſeſe produnt, is eſſe videtur cui, ceu oculato teſti, tuto fides adhiberi poſſit, occurrit nota temporis, ex qua non parum hiſtoria Eccleſiaſtica illorum temporum illuſtratur. Nam ſub initium Acta ipſa expreſſe memorant, S. Jacobum Martyrio functum fuiſſe anno Alexandri 733. Vararanis 2. In fine vero annus unus ex utraque Epocha demitur; & dies inſuper Menſis, atque hebdomada adnotantur his verbis. ܣܗܕܘܬܗ ܕܛܘܒܢܐ ܝܥܩܘܒ ܫܒܥܡܐܐ ܘܬܠܬܝܢ ܘܬܠܬ
ܕܐܠܟܣܢܕܪܘܣ . ܒܫܢܬ ܬܪܬܝܢ ܕܘܪܪܢ ܡܠܟܐ ܕܦܪܣܝܐ ܐܫܬܡܠܝܬ
ܒܥܣܪܝܢ ܘܫܒܥܐ ܒܬܫܪܝ ܐܚܪܝ ܗܘܬ : *Beati Jacobi Martyrium anno Alexandri trigeſimo tertio ſupra ſeptingenteſimum, Vararanis autem Perſarum Regis ſecundo peractum eſt.* Et infra. ܐܬܟܠܠ ܕܝܢ ܢܨܝܚܐ ܣܗܕܐ ܛܘܒܢܐ ܝܥܩܘܒ ܒܫܢܬ ܫܒܥܡܐܐ ܘܬܠܬܝܢ ܘܬܪܬܝܢ
ܕܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܒܫܢܬ ܚܕܐ ܩܕܡܝܬܐ ܕܘܪܪܢ ܡܠܟܐ ܕܦܪܣܝܐ ܒܥܣܪܝܢ
ܘܫܒܥܐ ܒܬܫܪܝ ܐܚܪܝ ܐܝܟ ܡܢܝܢܐ ܕܝܘܢܝܐ ܒܥܪܘܒܬܐ . *Coronatus eſt autem inclytus Martyr Jacobus anno Alexandri ſeptingenteſimo trigeſimo ſecundo* (in Codice noſtro pro 732. ex calligraphi oſcitantia obrepſit 762.) *qui cum anno Vararanis, Perſarum Regis, primo convenit, ſub die viceſima ſeptima Novembris, juxta Graecorum ſupputationem, Feria ſexta.* Nimirum anno Chriſti, ſecundum Graecos, qui anni principium a Kalendis Septembris arceſſunt 422. ſecundum Latinos vero, qui annum a Januario auſpicantur 421. quo Feria ſexta in diem 27. Novembris incidit. Atque hinc duo plane colligimus. Primum, S. Jacobum Interciſum, ſub Iſdegerde quidem, Vararanis patre, Chriſtianam fidem abnegaſſe; Martyrium vero non ſub Iſdegerde, ut vulgo creditur, ſed ſub Vararane, anno Regni ejus ſecundo ineunte, pertuliſſe. Alterum, Epocham Graecorum heic uſurpatam, trecentis undecim annis Chriſtianam Aeram antecedere. Ea enim, qua Arabes paſſim utuntur, uno anno, (ut recte advertit Aſſemanus noſter) horum Actorum Scriptoris calculo poſterior eſt; quare Graecorum, ſeu Seleucidarum Epochae initium ab illo anno procedere ſupponunt, qui ante Chriſtianam Aeram trecenteſimus duodecimus putatur, & eſt periodi Julianae 4402. quo Olimpias 117. iniit. Haec eſt celebris Arabum Epocha, quae Albatenio, aliiſque Mahometanis Scriptoribus paſſim dicitur تاريخ دي القرنين *Tarik Dilkarnain*, hoc eſt, Epocha *τῦ δικέρωτος*, ſive Cornigeri. Alexandrum autem Macedonem intelligunt. Nominis hujus originem petunt eruditi viri

Actorum authoritas.

Martyrii tempus

Epocha Alexandraea.

non pauci ab eo, quod Alexander ſe Jovis Ammonis filium credi volebat. Sed fortaſſe Arabes iſta non noverant; & ſi quidem noverant, omnem illi Idololatriae memoriam averſantur; eiſque longe notius erat, Regem Graecorum, Perſici Imperii everſorem, a Daniele *Hircum* adpellari, licet *Unicornem*; & quia Hircum nominare nolebant, *Cornigerum* dixerunt, ſicuti & *Bicornem*, quod duo Solis cornua, Orientem, ſcilicet, & Occidentem obtinuerit. Porro nodoſius eſt atque intricatius invenire modum, ut Scriptor Actorum ſibi ipſe conſtare videatur, quando ſub eorum initium diſerte ſcribit, S. Jacobi Martyrium anno Alexandri 733. Vararanis 2. peractum fuiſſe; poſtea in fine ad ſuperiorem annum 732. illud idem Martyrium revocare videtur, dictiſque contraria docere. Verum, niſi incuria calligraphi id factum dicamus, optime ſecum ipſe ſcriptor conciliabitur, ſi Seleucidarum annos computemus eo calculo, quo Librorum Machabaeorum Author utitur. Duplex enim eſt horum annorum initium, & alias a verno tempore, ſeu Niſan Syriaco, alias ab Autummo ſubſequenti progrediuntur. Unde fit, ut unus, idemque annus & primus, & ſecundus numeretur; uti bene obſervant docti Interpretes apud Serarium in Comment. ad Lib. Machab. & Petavius lib. 11. de doct. tempor. cap. 22. Ricciolus lib. 111. cap. 7. Kriſtmannus in Kalendario Syrorum pag. 226. & veriſimile eſt, Authorem horum Actorum, qui Chaldaice, ſeu Syriace ſcribebat, Syrorum calculum adhibuiſſe: & rurſus quia res in Perſide geſtas literis mandabat, ex Perſico Kalendario annos ſupputaſſe.

ܣܗܕܘܬܐ

ܕܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܡܦܣܩܐ ܡܢ ܒܝܬ ܠܦܛ ܡܕܝܢܬܐ ܕܒܝܬ ܗܘܙ̈ܝܐ .

MARTYRIUM

Beati JACOBI INTERCISI *ex Regia Urbe Beth-Lapeta.*

Anno Vararanis V Perſarum Regis 2. Chriſti 421.

S. Jacobi patria & conditio.

BEATI Jacobi Martyrium Anno Alexandri Trigeſimo tertio ſupra ſeptingenteſimum, Vararanis [1] autem, Perſarum Regis, ſecundo conſummatum eſt. Jacobus Beth-Lapeta [2] in Urbe Regia claro genere, & ex nobili familia natus, etiam coram Domino eximium ſe praeſtitit, praecellentemque, Chriſtianam Religionem, Parentum, & Uxoris exemplo adductus, coluit: Regis praeterea aulam ſequutus, primarios in ea honores, & egregiam apud homines aeſtimationem adeptus eſt. Izdegerdes in primis Jacobum inpenſe amavit, ſuamque in eum voluntatem, perpetuamque benevolentiam eximiis beneficiis ſaepe teſtatus eſt; quibus illud demum conſequutus eſt, ut Jacobus, qui ei ingratus videri nollet, Religionem ſuam deſereret, Deo cum Chriſtiana Fide ejurato. Hac de re certiores factae Mater, & Uxor, quoniam id temporis Jacobus in caſtris

Izdegerdi Perſarum Regi cariſſimus.

Religionem Chriſtianam ejurat.

A matre, & uxore acriter objurgatus.

ܒܫܢܬ ܬܠܬ ܘܬܠܬܝܢ ܘܫܒܥܡܐܐ
ܕܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܕܗܝ ܗܝ
ܫܢܬ ܬܪ̈ܬܝܢ ܕܒܗܪܐܡ ܡܠܟܐ ܦܪܣܝܐ.
ܣܗܕܘܬܗ ܕܛܘܒܢܐ ܝܥܩܘܒ
ܡܦܣܩܐ ܗܘܬ : ܕܐܝܬܘܗܝ ܡܢ
ܒܝܬ ܠܦܛ ܡܕܝܢܬܐ ܕܡܠܟܘܬܐ : ܐܝܢܐ
ܕܒܥܠܡܐ ܢܨܝܚ ܗܘܐ ܘܒܐܠܗܘܬܐ
ܡܫܡܗܐ ܗܘܐ ܘܪܒܐ ܗܘܐ ܠܘܬ ܐܠܗܐ
ܡܛܠ ܗܝܡܢܘܬܐ ܕܐܒܗ̈ܘܗܝ ܘܐܢܬܬܗ
ܟܪܝܣܛܝܢܐ ܗܘܐ : ܘܡܛܠ ܕܪܚܡ
ܕܡܠܟܐ ܪܒܐ ܗܘܐ ܘܝܩܝܪܐ. ܒܝܘܡܝ
ܕܝܙܕܓܪܕ ܡܠܟܐ ܐܬܢܟܝܬ
ܡܫܬܘܕܥܘܬܐ ܘܪ̈ܚܡܐ ܠܗ ܝܗܒ ܗܘܐ :
ܘܡܛܠ ܪܚܡܬܐ ܕܝܙܕܓܪܕ ܡܠܟܐ
ܕܠܘܬܗ ܐܦ ܫܒܩܗ ܕܡܢ ܗܝܡܢܘܬܐ
ܕܒܗ ܦܠܚ ܗܘܐ ܢܦܩ ܐܘܦܟܗ :
ܘܟܠܗܘܢ ܕܒܕܚܠܬܐ ܐܠܗܝܗ : ܟܕ
ܕܝܢ ܫܡܥܬ ܐܡܗ ܘܐܢܬܬܗ ܕܡܢ
ܐܘܪܚܐ

ܐܬܪܐ ܕܥܒܕܐ ܡܛܠ ܥܘܦܪܢܘܬܐ
ܕܡܠܟܐ ܗܘܐ : ܡܛܠ ܟܬܒܘ ܠܗ
ܐܬܬ ܗܘܬ ܐܓܪܬܐ ܠܘܬܗ ܩܕܡܝܗܘܢ
ܥܒܕܘ ܗܘܘ ; ܕܡܛܠ ܥܘܦܪܢܘܬܐ
ܕܡܠܟܐ ܘܕܢ̈ܝܐ ܘܡܩܘ̈ܗܝܬܐ ܕܥܠܡܐ
ܗܢܐ ܡܢ ܚܘܒܗ ܕܐܠܗܐ ܕܠܐ ܡܝܘܬ ܦܢܝܬ
ܡܙܗܪܝܢܢ ܕܬܬܒܩܐ : ܘܐܝܟܘ ܡܠܟܐ ܕܠܗ
ܝܩܝܪܬ ܚܘܒܗ : ܕܗܐ ܐܝܟ ܥܦܪܐ
ܕܟܠܗܘܢ ܒܢܝ̈ܢܫܐ ܡܝܬ ܘܐܬܒܠܥ
ܘܠܥܦܪܐ ܥܢܕ ܒܟܠܗ ܡܢܗ : ܘܠܐ
ܒܡܘܗܒܬܗ ܠܟ ܡܢܝܐ ܕܢܥܕܪ ܘܐܦܠܐ
ܡܢ ܫܘܢܩܐ ܕܠܥܠܡ ܡܦܨܐ ܕܢܦܨܝܟ:
ܡܟܝܠ ܗܫܐ ܗܟܢ ܫܦܝܪ : ܕܐܝܟܢܐ
ܕܗܘܝܬ ܚܙܝܬ ܐܢܬ ܗܘܐ : ܘܡܕܒܪܢܘܬܐ ܕܗܘ
ܫܒܩܬ ܠܐ ܬܨܒܐ : ܦܘܪܥܢܐ ܕܡܢ ܐܠܗܐ
ܘܕܝܢܐ ܟܠܗ ܐܝܟ ܕܠܗ ܠܡܠܟܐ ܪܚܡܟ
ܡܬܦܪܥ ܠܟ . ܘܫܪ ܡܬܒܥ ܠܡܦܪܫܘܬܐ
ܗܘܝܢ . ܘܡܢܬܐ ܘܫܘܬܦܘܬܐ ܠܝܬ
ܠܟ ܥܡܢ .

ܡܕ ܐܓܪܬܐ ܝܥܩܘܒ ܩܪܐ ܠܗ
ܬܒܗ ܐܬܐ : ܘܬܘܝܬܐ ܒܪܥܝܢܗ ܩܒܠ:
ܘܡܢܗܘܢ ܠܢܦܫܗ ܐܡܪ ܗܘܐ : ܕܐܢ
ܐܡܝ ܘܐܢܬܬܝ ܒܥܠܡܐ ܗܢܐ
ܒܩܝ̈ܡܬܐ ܥܕ̈ܢܬܐ ܡܢܝ ܐܬܢܟܪܝ :
ܐܠܗܐ ܕܡܢܗ ܗܦܟܬ ܘܒܥܪܩܬܗ
ܒܒܝܬ ܕܡܠܟܐ ܒܗ ܢܟܦܐ ܐܟܘ ܡܢܗ
ܒܝܘܡܐ ܐܚܪܝܐ : ܘܒܝܠܡܐ ܗܢܐ
ܠܐܬܒܩܝܬ ܡܦܪܥܢܘܬܐ ܢܦܠܛܢܝ:
ܡܢܘ ܒܥܒܕܬ ܠܡܦܪܥܘ ܕܝܢܐ
ܘܡܬܒܥܐ ܡܢ ܠܐ ܐܝܩܪܘܢܝ ܐܦ ܗܫܐ
ܫܒܝܩܬ ܢܦܫܐ ܗܘܐ ; ܘܡܬܦܓܪܐ
ܒܗܘ ܝܘܡܐ ܡܚܫܒܬܐ ܗܘܐ ܘܡܬܚܙܝܢܗ
ܩܒܠܬܐ ܗܘܐ : ܡܕ ܡܢ ܬܟܝܠ
ܒܟܬܒܐ ܩܕܝܫܐ ܩܪܐ : ܘܬܗܘܬ ܗܘܐ
ܐܝܟ ܕܡܢ ܚܕ ܩܠܐ ܐܠܗܝܐ : ܢܥܪ
ܗܘܐ ܘܚܝܐ ܗܘ ܢܦܫܗ : ܕܐܡܪ
ܐܬܬ ܢܦܫܝ : ܘܐܡܪ ܐܢܬ ܦܓܪܐ ܚܠܫܐ :
ܠܝ ܐܡܐ ܕܝܠܕܬܢܝ ܗܘܬ ܕܡܛܠܬܝ
ܟܠܗ ܕܢܦܫܝ : ܘܡܬܗ ܢܦܫܐ ܕܝܠܗ
ܠܐ ܕܚܝܐ ܗܝ ܐܢܬܬܐ ܠܥܠܝܡܘܬܝ ܗܕܐ
ܡܛܠܬܝ

ſtris procul ab Urbe aberat, ad eundem literas ejuſmodi dedere. Dudum nobis nunciatum eſt, Te ob Regis favorem, & fluxas hujus Seculi opes Dei immortalis amorem abjeciſſe. Monemus, ut interim recogites, ubinam Rex ille, cujus gratiam tanti feciſti, jaceat? Vides, infelix, ut pro conditione omnium Mortalium exſtinctus, contabuit, & in pulverem defluxit, a quo proinde fruſtra exſpectes opem, aut a ſempiterno ſupplicio perfugium quaeras. Et nunc ſi quidem in hac ſententia perſeverare eſt ratum tibi, ſuſceptumque nuper ſuperſtitionem ejurare recuſas, poenas Ultori Deo una cum Rege amico tuo daturum te eſſe, certo ſcias; Nos vero a te abalienatas exiſtima ita prorſus, ut in poſterum nullam tibi nobiſcum neceſſitudinem intercеſſuram, vel quidpiam commune futurum intelligas.

Hiſce Literis Jacobus ad Saniorem mentem repente revocatus, factum damnavit, ſeque ipſum ſerio executiens, haec ſecum in animo volutare coepit: Si Mater, & Uxor fide, juramento firmata, me in hoc ſeculo, abdicaturas ſeſe eſſe minantur, quid facturum putem Deum, a quo, poſteaquam meam ipſi fidem obligaveram, turpiſſime defeci? Quomodo illius rerum Arbitri, & ſcelerum vindicis conſpectum ſuſtinebo in ſupremo Mundi die? Quomodo non poenas a me repetet etiam hoc tempore acerbiſſimas? Haec ille ſecum agitans, protinus in tentorium ſeſe recepit ſuum, ibique repertum ſacrum Codicem coepit evolvere. Inter eam lectionem animus paullatim vires colligere, menſque divino quodam fulgore ita illuſtrari coepit, ut in alium prorſus immutatus fuiſſe videretur. Ita demum mortua virtus, velut vi divinae vocis excitata, revixit. Tum vero ſalutari cogitatione totus occupatus, ſubſtitit, iterum ſecum ipſe hunc in modum deliberans: Huc anima mea, huc viliſſima caro advertite. Si Mater, quae me genuit, mei cauſſa tantopere perturbatur, & Uxor, juventutis meae ſocia, tantum ex ignominia mea *Reſipiſcit.*

moerorem ſuſcepit; imo ſi quotquot in familia mea habeo viros ſapientes in acerbiſſimum luctum conjecit, qui mihi hoc tempore adcidit, caſus, quid putem facturum illo die eum, qui omnibus mortalibus vitam teſtituet, & novam formam: ac piis quidem merita praemia, impiis vero juſtas poenas decernet? Quis mihi tunc demum obtinget locus, qui fidem perfidiae poſthabui? At at ſuccurrit jam qua ratione ſaluti meae proſpiciam. Fores, quae mihi exitum dederunt, perinde introitum dabunt, conſtantiſſime praeſertim pulſanti.

Regi ſiſtitur.

Dum haec Jacobus agitaret, Ethnici quidam, qui haec ipſa ſubmurmurantem audierant, eundemque inter lectionem Codicis ſubſtitiſſe, viderant, deliberanti ſimilem, ut omnia per Aulicos ad Regis
3 aures pervenirent, curarunt. Rex [3] Jacobum ſuſceptae Idololatriae poenituiſſe, aegerrime ferens, ipſum e veſtigio arceſſiri jubet, mox praeſentem his verbis adoritur: Nazarenus, ſcilicet, es Jacobe? Reſpondit Jacobus: Ita profecto, Nazarenus ſum. Tum vero Rex: At dudum Magus eras. S. Jacobus: Nequaquam. Rex pergens: Fruſtra negas, ait, quaſi vero non hanc ob cauſſam a Patre meo honoribus etiam, atque opibus auctus, & ornatus fueris. Ad haec S. Jacobus: Ubinam jacet, quaero,
4 cujus magna in me merita praedicas? [4] Heic excanduit Rex, comperta ejus a ſacris ſuis defectione, ſecumque agitare coepit, quo ſuppliciorum genere illius perfidiam ultum iret. Quamobrem ſtatim ſubjecit: Ne putes, infelix, hoc tibi crimen ſola capitis abſciſſione, levi utique poena eſſe luendum, ſi a propoſito deflectere recuſaveris. Cui B. Jacobus: Ne inutili, quaeſo, o Rex, te agites cura. Putaſne vero, te mihi incuſſurum formidinem? Si quid vales re oſtendas, velim, te non inanes in me conjeciſſe minitationes: nec enim quidpiam horum, quae dicere orſus es, mihi unquam perſuadebis; ſed ſicut ventus incaſſum immotam rupem impellit, ſic aures meas ſermo tuus. Tum Rex: Olim etiam Ma-

Ejus confeſſio

Regis minas contemnit, & mortem praeoptat.

[illegible]

Majorum meorum aevo Religionis tuae profeſſores hunc errorem tueri, atque diſſeminare tentarunt, propterea que Regiis edictis rebelles, & pervicaciter reſiſtentes teterrimis ſuppliciis perierunt. Cui inclytus Martyr: Nihil eſt, inquit, quod enixioribus precibus a Deo efflagitare ſoleam, quam ut, *moriatur anima mea morte Juſtorum, & fiant noviſſima mea ipſorum ſimilia.* Tum Rex: Diſce, proterve, imperium pati, & Regum edicta revereri. At B. Jacobus: Hanc mortem non eſſe ajo, ſed quandam potius ſomni imaginem, qua quis ſopitus ad horam mox evigilat. Cui Rex: Vide, ne iſta tibi Nazareni falſo obtruſerint, ajentes, mortem eſſe ſomnum, ideoque minime pertimeſcendam. Mors Dynaſtas, & Reges terret. At Jacobus: Dynaſtas, & Reges, atque omnes Dei contemtores mortem extimeſcere, non miror; norunt, ſcilicet, quae, dum viget aetas, admittunt crimina. Sic enim Sacrae Literae nos docent: Mortuus eſt, ajunt, impius, & periit ſpes ejus, & *ſpes impiorum peribit.* Tum Rex: Scilicet nos impios judicatis, o Nazareni, otioſum, & inutile hominum genus, qui nec Deos colitis, nec Solem, & Lunam, nec Ignem, & Aquam, claram nempe Dei ſobolem: Cui Jacobus reſpondit: Non mihi te, Rex, incuſandi animus fuit, quia quos hac pugna dignos putavit Divinarum Literarum Author Chriſtus hiſce praemonuit verbis: *Venit hora, in qua omnis, qui interficit quemquam ex vobis, arbitretur, ſe obſequium praeſtare Deo.* Neque ajo, vos, dum nos occiditis, ullum obſequium praeſtare Deo, ſed id tantum contendo, vos, veſtro errore occupatos, intimam prae ceteris gentibus Dei notitiam falſo jactare, dum inanima corpora, & muta animantia adorantes, incommunicabile Dei nomen rebus ab ipſo conditis commune arbitramini: quo ſcelere illius indignationem certiſſimam incurritis, qui vos imperio auxit. Earum contra rerum gratiam fruſtra aucupamini, quae prodeſſe perinde ac obeſſe queant nemini.

Poſt

Num. 23. 10.

Mors juſtorum ſomni imago.

Prov. 10. 28.

Divinarum Literarum author Chriſtus.
Joh. 16. 2.

Dei nomen incommunicabile.

De mortis genere Jacobo inferendae conſilium initum.

Poſteaquam vero ex iis, quae in quaeſtione Jacobus dixerat, eum ab Idolorum cultu deſciviſſe intellectum eſt, Rex vehementer exarſit, vocatiſque ad ſe ſapientibus, & Regiis Doctoribus vultu, & verbis dolorem ſuum, atque iram commonſtravit, & juſſit, ut quamprimum de ejus ſupplicio inter ſe conſulerent, quō, videlicet, mortis genere tolli oporteret hominem protervum, contumacem, & Regiae dignitatis contemtorem. Remotis itaque arbitris, Judices cum Sapientibus conveniunt deliberaturi. Aderat in eo conventu vir quidam, ad ejuſmodi conſilia promtus, perinde ac peſſumi ingenii. Sceleſtus iſte rem aliquantulum ſecum ipſe meditatus, in haec verba ſententiam dixit: Non uno reum ſupplicio necandum, aut quinque, aut decem; ſed manibus, pedibuſque in Equuleo ſuſpenſis, praecidendos primum digitos manuum, mox pedum, poſtea manus ipſas, tum pedes, deinde brachia, & genua, & tibias, & poſtremam omnium cervicem. Quod hominis crudeliſſimi conſilium, quum ſtatim editum placuiſſet, continuo B. Jacobus ad ſupplicii locum rapitur. Civitas univerſa rei rumore excitata una cum Regis exercitu Martyrem ſequuta eſt. Plerique Chriſtiani ejuſmodi ſententia damnatum Jacobum audientes, pronos in terram ſeſe abjecerunt, & cum lacrymis hunc in modum oraverunt: Domine Deus fortis, qui adflictis tribuis virtutem, & aegris valetudinem reſtituis, infirmos debilitatoſque recreas, & reficis, atque eruis pereuntes, adeſto famulo tuo, ut ex horribili pugna hac victor excedat. Te enim decet, Domine, victoria, quia tu es omnium vincentium Dux, & Princeps, Chriſte ſeculorum ſervator.

Membratim concidendus, ad ſupplicii locum ducitur.

Chriſtianorū pro eo ſupplicationes.

S. Jacobus Deum orat, ut ſibi propicius ſiat.

Ducebatur itaque ad locum ſupplicii B. Jacobus, quum lictores interpellavit, ut tantiſper ſubſiſterent: Donec, ait, Deum, pro quo haec patior, mihi propitium efficiam. Iis adnuentibus, ad
5 Orientem [5] Solem ſe convertens, flexis genibus, & ſublatis oculis mentis ad eum, qui

[Syriac text column (parallel to the Latin), not reliably legible for transcription]

qui habitat in Caelis, in hunc modum precatus eſt: Accipe Domine, & exaudi preces Jacobi, humilis ſervi tui, & nunc tribue virtutem ſervo tuo, & diſcerne filium ancillae tuae, qui invocat te in hac hora, *& fac mecum ſignum in bonum*, ut ſim documentum omnibus diligentibus nomen tuum, qui pro nomine tuo perſequutionem paſſi ſunt, & modo patiuntur; & quum vicero in virtute tua magna, & accepero coronam cum Electis, qui dilexerunt te, & coronati ſunt, *videant qui oderunt me, & confundantur, quoniam tu Domine adjuviſti me, & conſolatus es me*. *Pſ. 85. 17.* *Ibidem.*

Supplicatione Hac abſoluta lictores extemplo hominem corripiunt ejuſque manum immaniter diſtendunt, ferrum expediunt, ſimulque ad eum ſe convertentes: Delibera, inquiunt, quid tibi pro ſalute tua ſtatuendum ſit, nec enim morae locus eſt; ſed inſtant, qui te membratim concidere acturum parant: & primum quidem manuum, pedumque digitos ſingulatim tibi abſcindendos cogita, deinde brachia, tum coxas, & crura, poſtremo caput. Age ergo huc animum intende, & delibera quod mavis, utrum, videlicet, uno verbo certum exitium velis avertere, an contra propoſiti tui tenax, variis, iiſque horrendis ſuppliciis mactari? Ceterum res ipſis Chriſtianae Religionis hoſtibus lacrymas expreſſit, mirantibus tenidens in eo aetatis flore decus oris, egregiam formam, & dignitatem totius corporis, confertique omnes circum B. Martyrem inſtabant, ut Religionem ſuam ad punctum temporis diſſimularet: Ne quaeſumus, ajebant, mala tibi tot, ac tanta tute ipſe arceſſas, ut pereas; tantum Regio imperio ſemel obſequere, mox ad tuam Religionem rediturus. *Fruſtra ad diſſimulandā Religionem tentatur.*

Tunc vero B. Jacobus frequentiſſimum Populum compellans: parcite, inquit, lacrymis quicumque in mea cauſſa fletis. Quin potius periculum veſtrum formidatis? Quin itidem lamentamini? Quandoquidem pernicioſis rerum fluxarum blandimen- *Egregia ejus ad populum oratio.*

mentis illecti, mala in omne aevum duratura vobis ipſi congeritis, quae non modo vos certiſſime manent, ſed malos etiam daemones, & larvas, quas numinis loco habetis. Mihi enim per hanc teterrimam mortem vitam ſempiternam certum eſt parari, & per multiplicem membrorum meorum ſectionem multiplices opes congeri, quandoquidem unuſquiſque mercedem ſuam pro merito operis recipiet a Fideliſſimo Remuneratore Deo. Quum vero praeſtitutam a Rege ſupplicio ſuo horam adeſſe animadverteret, Carnificum ſegnitiem increpans: Quorſum, inquit, otioſi ſpectatores moramini? Quin abiecta omni cunctatione imperata faceſſitis, & in manuum mearum digitos, ſicut condixiſtis, invaditis?

Membratim conciditur.

Ita demum ad ſaevam carnificinam ventum eſt, quae a pollice dexterae manus coepta eſt; quo abſciſſo, B. Martyr ita precatus eſt: Nazarenorum Servator pro tua benignitate, & elementia ſuſcipe, quaeſo, ramum arboris, quae dum meae proſecantur manus quodammodo purgatur; ſed & aliquando etiam putreſcet; eam tamen adveniente vere, germinaturam, & coronandam fore confido. Hic obortis lacrymis, qui B. Martyris ſupplicio praeerat, Judex ingemuit, eumque a propoſito dimovere nitens: Satis ex officio fuit, ajebat, quod digitum pro virtute amiſeris, quamvis & hic, niſi abnuas, medentium opera curari poſſit: tantum ne corpus tuum iſtud tenerrimum diſperire patiaris. Sunt opes tibi, quas in egentes eroges, piaque proinde liberalitate ſalutem animae tuae quaeras, poſtquam praeſens periculum amolitus fueris. Ad haec B. Jacobus in hunc modum reſpondit: Meminiſtine unquam, te vitis naturam attentius obſervaſſe? Quomodo, ſcilicet, ſuo tempore inutilibus ſarmentis purgata per totam hyemem nuda obrigeſcat, ineunte autem vere, pulcherrime, uberrimeque progerminet? At vero ſi viti fragili mutationes accidunt ejuſmodi, quanto magis rationi conſentaneum eſt,

Corporis lanienam Deo offert.

[illegible]

eſt, ſperare futurum, ut homo fidelis, in vinea veritatis conſitus, mittat aliquando ſurculos ſuos, ut in magnam deinde ſobolem ſuccreſcat: Deo praeſertim, Optimo Veritatis cultore, operam ſuam interponente. Mox itaque Indici admovetur ferrum, eoque ſucciſo, B. Jacobus: *Laetatum eſt*, inquit, *cor meum in Domino*, & *exultavit anima mea in ſalutari ejus*. Deinde ſubdidit: Alterum ſuſcipe, quaeſo, Domine, ramum ex arbore, quam plantavit praeceptum tuum. Heic porro ſuperante dolorem laetitia, S. Martyr palam geſtientis, ridentiſque ſpeciem praebuit, velut qui jam modo Domini ſui gloria frueretur. Interim tertium digitum Lictores obtruncant. Heic vero inclytus Jacobus inclamans: Cum tribus, inquit, pueris, qui in ardentis fornacis medio cantabant, *Confitebor Domino ex toto corde meo*, & in medio omnium Martyrum choro *pſallam nomini tuo*, *Altiſſime*. Abſciſſo deinde quarto digito: Inter duodecim, ait, Jacobi Patriarchae filios, in quarto requievit benedictio Regis Chriſti; propterea ego in hoc quarto corporis mei ramo confitebor illi, qui per benedictionem ſuam factus eſt ſalus cunctis gentibus. Itidem quinto amputato, pleno ore Deum conlaudans: Quinque, inquit, digitis, volaque dexterae hujus arboris meae fructus porrigam arborum omnium ſatori. Inde converſo ferro ad digitos ſiniſtrae manus, B. Martyrem hunc in modum urgere Judices coeperunt: Agedum, effare, quid rei heic jam animo agites? Salva, ſcilicet, uſque tibi vita eſt, niſi Regi obſequi recuſes; multos quippe videre eſt homines ejuſmodi mancos, qui, abſciſſa manu, non modo exanimati non ſunt, ſed corpore plane robuſto adhuc vigent. Tui te miſereri conſentaneum eſt, ne, dum tuis ſub oculis ſingula membra tua pereunt, totidem ipſe mortes ob vim doloris acerrimam ſubire cogaris. Quos inclytus Martyr his ſtatim verbis confutavit: Quum Paſtores tondent oves ſuas, num non univerſam lanam abradunt, aut forte

Pſa. 15. 9.

Exultat in tormentis.

Pſ. 9. 3.

Chriſtus omnium etiam Servator.

relicta ſiniſtra dexteram dumtaxat partem adtondent? Quod ſi vilis oviculae lana tondetur diligentiſſime, ne animal ipſum gravetur, aut tonſores artem neglexiſſe arguantur, quanto aequius eſt, me habere Deo gratias, ipſique acceptum referre beneficium, qui ovium ſuarum gregi me adnumerare dignatus eſt, deinde tonſoribus offerre me, velut illum Dei Agnum, Crucifixoribus ſuis traditum, pro quo hac multiplici nece nunc immolor?

Quamobrem ad ſiniſtrae manus digitos converſi carnifices, auricularem ante alios praecidunt. Quo amputato B. Jacobus magna animi conſtantia ſublatis in Caelum oculis: Parvulus, inquit, coram te adſum, Deus Magne, qui te parvulum effeciſti, & parvulos, mei ſimiles, extuliſti per ſacrificium tuum, pro univerſo mundo oblatum. Propterea lubens, ac laetus animam, & corpus meum tibi committo, quoniam tu Domine tempore ſuo iſtud integrum, tum eximiis ornatum dotibus, vitae reſtitues. Continuo annularem obtruncant. Quo facto, vehementius in amorem Domini ſui Jacobus exardeſcere viſus eſt, quum diceret: Septies ad ſeptimum digitum conlaudabo te, Pater, & Fili, & Spiritus Sancte. Eodem momento octavus digitus abſcinditur, & Jacobus: Octavo, inquit, die circumciditur puer Ebraeus, & ab incircumciſis ſegregatur; & ego, tuus itidem ſervus, cordis mei adfectu, & mentis meae cogitationibus ab immundis, & incircumciſis iſtis me ipſum ſegrego. Te quippe ſolum *ſitivit anima mea, Deus meus, quando veniam, & videbo faciem tuam?* Similiter poſtquam amputaverunt nonum: Hora, inquit, nona in Cruce, Domine, mortem ſubiiſti pro peccatis noſtris, & nunc etiam in nono digito confitebor tibi, Chriſte; quoniam ego quoque ſervus tuus in tormento diſtendi merui, qui palmites corporis mei dedi, pro nomine tuo amputandos. Quum decimum digitum Carnifices itidem obtruncaſſent, B. Martyr in divinas laudes effuſus: Per elementum Jod, ait, re-

SS. Trinitatem conlaudat

Pſ. 41. 2.

Per Jeſum Salus mundo cōlata.

[illegible]

rerum omnium numerus, & ſumma colligitur, perque idem elementum millia, & Myriades ſupputantur; ita per Jeſum ſalus mundo conlata eſt '. Propterea & ego mi- 6
nimus in pſalterio decachordo pſallam gloriae ejus, qui me hoc ſacrificio dignum effecit, ut pro fidibus, ex inteſtinis ovium confectis, pſalterii mei chordis, & quidem diſſectis, eidem laudis hymnos concinam. Mox ſuavi voce oecoepit dulce carmen modulari.

Iniqua Judicū conſilia

Heic rurſus a Judicibus S. Martyr interpellatur, ſuggerentibus rem etiam, dummodo ipſe adnueret, in integro eſſe, nec de ſalute deſperandum; nam etſi decem digitos amiſiſſet, non defururam tamen ſaucio corpori peritiſſimorum medicorum curam, ſi in ſua ipſe pervicacia obſirmatus exitium ſibi lubens non adſciſceret: Mitius tecum ipſe agito, ajebant, noli lucis hujus jucundiſſimae uſuram abiicere. Supperunt tibi ampliſſimae opes, quibus & valetudinem recuperare, & inde viram lautiſſimam, omnique deliciarum genere refertam, traducere queas. Enimvero ſi rei familiaris anguſtia laborares, aliquid jure videri poſſes tuae pertinaciae obtendere, diceres, nempe, ſublato tibi manuum uſu, ſimul omnem quotidiani victus parandi rationem eſſe ſublaram. At te, ſciunt omnes, tantis praeditum opibus, ut tibi etiam otioſo numquam ſir defuturum, quo liberaliter, & ſplendide vivas. Quod ſi conjugis cura angi te dixeris, mirum id ſane ſit, quum illa in Huzitarum terris domicilium fixerit, tu vero Babylonem perpetuo incolas. Poſtremo tecum ipſe cogita, utrum verbum unum reticendo, tua, teque ſimul perdas, an illud proferendo praeſens ſupplicium deprecari certiſſime poſſis.

Jacobus contemnit.

At B. Jacobus nefandi conſilii perſuaſores ſeveris oculis intuens: Fierine poſſe putatis, reſpondit, ut quiſpiam haec duo maxime pugnantia conjungat, ut ipſe, videlicet, poſt admotam aratro manum, relicta retroſpiciat, & nihiloſecius aptus, dignuſque ſit Regno Dei? An vero uxo-

 rem,

rem, aut matrem Deo anteferam? cujus illa ſententia: *Quicumque perdet animam ſuam propter me, inveniet eam.* Et: *Omnis qui reliquerit patrem, & matrem, & fratres ſuos.* Et, quicumque dilexit, & diliget me, & ſequetur me, vitam dabo ei, & requiem ſempiternam. Quorſum ergo iſta jactantur, mihi noxia, & vobis ruinae occaſionem praebitura? His itaque miſſis, ea, quae juſſi eſtis, confeſtim exſequiminor: quo in negocio vos de veſtra acerbitate nolim quidpiam remittere. Spe itaque dejecti Judices, quam coeperant cruentam hominis cladem proſequi lictores jubent. Quamobrem ad pedem Martyris dexterum itum eſt, praeciſuſque eſt digitus maximus. Eo abſciſſo, inclamat Jacobus: Summae tibi, Deus magne, habendae ſunt gratiae, quoniam carnem induiſti, & lancea transverberatus, pedes tuos ſanguine, & aqua, ex confoſſo latere tuo profluentibus, tinxiſti. Quocirca & ego ſervus tuus corpus meum pro anima mea plecti non invitus patior, quum ſit animae ipſius tectum, & domus. Quinimo laetor, quod abſciſſis, pedum digitis, ſanguis promtius effluat. His dictis, ad proximum a pollice digitum deventum eſt. Quo itidem intereiſo: Eſt haec, ait B. Martyr, totius vitae meae laetiſſima, & fauſtiſſima dies. Enimvero anteaquam hanc in arenam deſcenderem, in Divinis rebus minus adcurate, atque religioſe verſabar, homo, nempe, ſecularibus negociis implicatus, & inutilium opum curis obrutus, quae maximos in errores inducere mortales conſueverunt. Si quando enim precibus mihi Deum propitium reddere conabar, ſtatim ſecularium rerum amor mentem alio referebat, aufugiente animo ad ea, quae amabat; & quamvis cum Deo habere ſermonem, ſupplicationique operam dare videbar, aderam tamen, ſimulque aberam: corpus habebat Eccleſia, anima, velut ab eo elapſa, per montes, & aequora oberrabat. Nunc vero abdicato ſeculo, ejuſque negociis plane expeditus, ad alterum ſeculum, ante oculos meos po-

Matth. 10. 39.
Ibid. 19. 29.

Seipſum confirmat.

ſi-

[illegible]

ſitum, tota animi contentione progredior; propterea laetus, ac beatus toto ſupplicii hujus tempore, voce inter poenas minime titubante, laudis hymnos ſum modulatus illi, qui me dignum fecit, ut hos cruciatus perferrem. Mox tertium digitum lictores ſcindunt, ac B. Martyri ſpectandum offerunt, ad quem adridens ille: Tu quoque, ait, ſocios ſequere; neque id tibi moleſtum ſit. Nam quemadmodum granum frumenti, terrae dudum commiſſum, mox aperiente ſe vere deperditos reperit ſocios, haud ſecus & tu decretorio illo die, quo corpora noſtra ſperamus revictura, gratulaberis tibi tuos germanos fuiſſe momento temporis receptos. Mox etiam quartus ſucciditur, quando B. Martyr ſe ipſum compellans: Quid, ait, fluctuas, anima mea, & triſtis es? *Spera in Deo quoniam adhuc con-* *Pſ. 42. 5.*
fitebor illi ſalutare vultus mei, & Deus meus. Amputato ſimiliter quinto: Nunc, inquit, coram Domino loqui exorſus ſum, qui haec voluit, & me iſto dignatus eſt certamine, cui ſimile nullum ego hactenus videram, & vires, ne ſuccumberem, opportunas ſuppeditavit.

A dextero ad ſiniſtrum pedem ſine cunctatione veniunt Satellites, inchoata a breviori digito caede, quum B. Martyr ait: Digitus, quem minimum dicunt, minimus eſſe deſiit, quando minimi perinde ac maximi rationem habitum iri credimus.
Jam ſi unus capitis capillus haudquaquam *Luc. 21. 18.*
eſt periturus, non eſt profecto dubitandum, ne tu ex fratrum cenſu modo expunctus perpetua mortis oblivione obtritus pereas. Inde in ſecundum digitum ſaevitur; eoque abſciſſo, S. Dei Martyr exſiliit gaudio, & lictoribus inſultans: Agitedum, ait, diruite fatiſcentem vetuſtate domum, aliam, nempe, hac longe ampliorem, nobilioremque ſtatim conſtruendam eſſe, ſcimus. Jam tertium digitum culter abſtulerat, quum B. Jacobus carnifices itidem irridens: Scire, nimirum, vos arbitror, ait, rotam, quo validus crebriuſque percutitur, eo rapidiori vertigine moveri, atque id quidem ſine dolo-

doloris ſenſu. Poſtea vero quartum; quum ſupplex ad Deum ſe convertens: Adjuva me, inquir, Deus meus, quia in te confido. Poſtremo quum quinrus caederetur, B. Dei Marryr, quaſi ex alro quodam ſopore evigilaſſer, altiori, vehemenriorique voce exclamar: Judica Domine judicium meuui, & ulciſcere ulrionem meam a populo immiſericordi. Ecce enim vicies jam perii, necdum ramen parcunt figmento tuo lupi, caedem ſitientes. Ad immanem hanc corporis diſciſſionem ingemuir circumſtantium mulrirudo, quaerebanrque a ſenioribus juniores, num quid rale unquam tranſactis remporibus eveniſſet? Edicite, ajebanr, utruin veſtra, an majorum aetare ſimile aliquod erudeliraris, ſive eriam conſtanriae exemplum edirum ſir? Vrrum cuipiam Martyrum ejuſmodi cruciatus unquam inlati ſint, an firmior cujuſpiam animus, vultuſque conſtantior inter tormenra fuerit, adeo ut ſemel animo conceptus ardor non modo inter ſupplicia non refrigeſceret, ſed contra exaggeratis poenis arque ſuppliciis vigeret magis alacrior, arque adaugeretur? Inde vero ſatellites increpans B. Chriſti Martyr: Quid ceſſaris? air, Pergitedum, & truncum arboris ipſius ramis aggerire, animoſque proinde atroces exſura pridem clemenria induite; quoniam exultavir eor meum in Domino, & elevata eſt anima mea ad eum, qui amat humiles. Ad haec carnifiees infremuerunt acerrime, ſerrumque in pedem ejus dexrerum intulerunr; eo diſſecto, dixit inclytus Dei Marryr: Quodcumque membrum veſtra manu reſectum fuerit, illud caeleſti Regi ſtatim offerendum eſt. Mòx eriam laevum obtruncanr, quum B. Martyr: *Exaudi me Domine*, ait, *quia bonus es, & magna eſt miſericordia tua omnibus invocantibus te*. Inde dexreram manum abſcindunt, & B. Chriſti Martyr elara voce Divinam honitatem praedicar his verbis: *Miſericordia tua, Domine, multiplicata eſt ſuper me; eripe me ab inferno inferiori.* Mox ſimili ictu manus altera reſecta eſt, quum B. Marryr: Ecce, ait, mortuis ſacies

Pſ. 56.

Pſ. 42.

Invictum S. Martyris animum demirātur adſtantes.

Pſ. 85. 5.

Ibid. 10.

ܡܚܘ ܘܫܒܩܘ ܪ̈ܓܠܗ ܕܡܚܝܢܐ :
ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܢܝܫܐ ܥܠ ܗܦܟܐ
ܕܦܫܩܘܗܝ ܡܢܝ ܐܝܟ ܡܡܪܚܢܐ
ܡܬܦܢܐ ܠܡܠܟܐ ܕܫܡܝܐ :
ܘܫܒܩܘ ܪ̈ܓܠܗ ܕܣܡܠܐ ܘܐܡܪ
ܢܝܢܝ ܡܪܝܐ ܡܬܬܟܝܠ ܐܢܐ
ܘܡܛܠ ܗܢܐ ܡܫܒܚܢܐ ܠܟ ܕܬܦܨܝܢܝ
ܠܝ : ܘܫܒܩܘ ܓܙܪܘ ܐܝܕܗ ܕܝܡܝܢܐ :
ܘܥܢܐ ܘܐܡܪ . ܡܫܒܚܢܐ ܡܪܝ
ܡܛܠ ܚܠܦ ܦܬܓܡܐ ܠܒܝܫܐ ܡܢ
ܥܒܕܐ ܫܪܝܪܬܐ : ܘܫܒܩܘ ܐܝܕܗ
ܕܣܡܠܐ ܘܥܢܐ ܘܐܡܪ : ܗܐ ܠܡܝ̈ܬܐ
ܬܥܒܕ ܐܢܬ ܬܕܡܪ̈ܬܐ : ܘܦܪܩܘ
ܘܡܠܝܘ ܕܟܪ̈ܘܗܝ ܕܝܡܝܢܐ . ܘܐܬܬܟܝܠ
ܥܠ ܡܠܬܗ ܘܐܡܪ : ܐܬܝܩܪ ܠܡܫܝܚܐ
ܚܢܢܐ ܘܐܡܪ ܠܐܠܗܐ ܥܡ ܫܡܝܐ ܐܡܝܢ :
ܘܓܙܪܘ ܠܗ ܐܝܕܗ ܣܡܠܬܐ : ܘܐܝܟ
ܐܝܟܐ ܥܒܕܝܢ : ܥܒܕ ܩܛܠܘ ܕܒܕܘ
ܕܣܡܠܐ : ܘܥܢܐ ܘܐܡܪ : ܡܢ ܗܫܐ
ܬܬܪܘܡ ܪܝܫܝ ܥܠ ܒ̈ܥܠܕܒܒܝ .
ܕܚܕܪܘܢܝ : ܣܒܝ ܘܡܫܒܚ ܡܪܝܐ
ܗܘ ܘܗܘ ܗܘܐ ܠܢ ܒܥܘܕܪܢܐ :
ܘܫܒܩܘ ܠܗ ܐܚܪܢܐ ܕܡܚܝܢܐ
ܘܐܬܚܝܠܘ ܡܢ ܫܪܝܐ ܕܒܚܕܘܬܐ :
ܡܟܝܠ ܡܠܐ ܕܠܐ ܒܟܢܘܫܝܐ ܐܬܪܝܡ
ܘܐܡܪ ܠܡܪܝܐ : ܡܪܝ ܥܡܟ ܡܢ
ܕܠܐܡܝܢ ܘܢܦܫܝ : ܡܬܬܓܒܪܢ
ܚܝ̈ܠܐ ܕܡܫܬܐ : ܐܬܐܡܪ ܠܗ ܩܛܠܐ
ܠܐ ܬܬܡܢ ܐܡܪ ܠܝ ܕܒܚܝܐ ܗܘ
ܐܠܗܐ ܕܐܢܐ ܟܠܗ : ܐܡܪ ܠܗܘܢ
ܢܝܫܐ ܟܠܗ ܕܐܪܥܐ ܗܘܐ ܕܐܬܒܢܝ
ܕܦܓܪܐ ܠܡܠܟܐ ܐܢܐ ܘܬܚܘܐ ܐܢܫ
ܡܬܬܚܝܒܘ ܕܐܠܗܐ : ܡܬܟܠܒ ܒܗܘܢ
ܕܟܘܢ ܫܪ̈ܝܐ ܕܐܬܚܝܒܘܢ ܟܕ ܠܐ
ܬܐܒ ܗܘܢܐ : ܡܬܬܩܦܠܬ ܡܫܝܚܐ
ܡܚܪ ܟܠܗ ܪ̈ܚܡܝ ܣܓܝܐ ܗܘܐ :
ܡܟܝܠ ܠܐ ܬܬܒܘܟܘܢ ܚܕܟܘ ܡܕܒܪ
ܕܦܩܕ ܠܟܘܢ : ܠܐܘ ܕܝܢ ܪ̈ܘܚܐ
ܩܘܡ ܥܡ ܦܠܝܛܝ ܗܕܡ̈ܝ ܡܚܕܐ
ܥܠ ܐܪܥܐ . ܘܚܘܡܗ ܕܝܠܗ ܬܬܚܪܬ
ܪܒܬܐ

Digitized by Google

cies mirabilia. Converſum eſt ferrum ad brachia: dexteroque diſcerpto, B. Jacobus elata voce Dei laudes hoc modo occinebat: *Laudabo Dominum in vita mea, pſallam Deo meo, quandiu fuero, & jucunda ſit ei laudatio mea, & ego in Domino* gaudebo. Dextero continuo adjunctum ſimili vulnere ſiniſtrum, ad quod B. Martyr: Et nunc, ait, *exaltabitur caput meum ſuper inimicos meos, qui circumdederunt me. Fortitudo mea, & laus mea Dominus*, & ipſe factus eſt mihi Salvator. Inde ad Tybias deſcenſum eſt, auulſumque ab ultima poplitis junctura erus dexterum. Quo vulnere viſus eſt vehementiori, inſolitoque dolore adfici, & Jeſum Chriſtum inclamans: Domine Jeſu Chriſte, ait, adjuva me, & erue me, quia *circumdederunt me dolores mortis*. Quumque carnifices dicerent: Annon monebamus, graviſſimam tibi imminere carnificinam, perinde ac intolerandam? Reſpondit: Qui in me modo adparuit, doloris ſenſus eo permiſſus eſt, ne me corporis expertem ſuſpicaremini. Ceterum his longe graviora perpeti pro Dei amore paratum me pro certo habete; neque arbittemini, me inter ejuſmodi cruciatus dolore aliquo adfectum fuiſſe; mentem, nimirum, omnem Chriſti Domini mei eogitatio, & amor invaſerant, ita ut nullum ad alia quaecumque ſenſum relinquerent. Quocirca nec tantiſper vos manere velim, ſed ſtatim injuncta perficere. Enimvero laſſatae videbantur ſatellitum manus in B. Martyris membris diſſecandis, ac humi diſſeminandis, eminente interim mirum in modum S. Viri in Deum fide, & amore. Vix ergo illi aegre adduci potuerunt, ut alteram tibiam a coxa divellerent. Ea quoque tandem divulſa, videbatur jam odoratae abieti ſimilis, amputatis uſquequaque ramis, ſummo dumtaxat eacumine ſuperſtite. Ita B. Martyris corpus truncum humi jacebat, plane ut dimidia ſui parte viveret, altera vivere deſiiſſet. Quum tantiſper conticuiſſet, rurſus altiori voce has in preces os aperuit: Domine Deus miſeticors & miſerator, exau-

Pſ. 145. 2.

Pſ. 26 6.
Pſ. 17. 2.

Pſ. 17. 5.

Longe graviora cruciatuum genera perpeti ſe paratum declarat.

Ejus ſupplicatio ſub exitu vitae.

exaudi, quaeſo, orationem meam, & ſuſcipe deprecationem meam, quia ecce projectus ſum, extraneus factus membris meis; quoniam media pars mei jacet, ac ſilet, & non habeo digitos, quibus ſupplex orem ad te, neque manus reliquerunt mihi perſequutores, quas ad te extendam. Pedes diſſecti ſunt, poplites obtruncati, brachia avulſa, coxae amputatae; & ecce projectus ſum coram te, velut domus diruta, cui exigua muri pars relicta eſt. Obſecro te, Domine Deus, educ de cuſtodia animam meam, ut confitear nomini tuo. In me, quaeſo, conquieſcat, & finem habeat furor tuus, ac in omnibus Beatis, qui propter nomen tuum interficiuntur. Fiat ſuper populum tuum, a perſequutoribus vexatum, quies, & tranquillitas, ita plane, ut pax, quae a te deſcendit, eos inter ſeſe conjungat; quia ecce diſperſi ſunt per univerſam terram: & ego exiguus ſervus tuus confitebor, & conlaudabo, atque glorificabo te, Domine, cum omnibus Martyribus, & Confeſſoribus Orientis, & Occidentis, Aquilonis, & Auſtri, & Chriſtum tuum, & Spiritum Sanctum tuum cum laude, & exultatione in ſeculum ſeculorum.

Caput ei amputatur.

Quum verbo Amen ſupplicationem concluſiſſet, quidam ſatelles continuo ei caput amputavit. Hoc itaque Mortis genere B. Jacobus ſpiritum placidiſſime efflavit, Deoque Domino ſuo reddidit.

Martyrii tempus.

Coronatus eſt inclytus Martyr Jacobus anno Alexandri ſeptingenteſimo trigeſimo ſecundo, qui cum anno primo Vararanis Regis Perſarum convenit, ſub die vigeſima ſeptima Novembris, juxta Graecorum ſupputationem, feria ſexta [7].

Ejus membra una cum ſanguine a Chriſtianis collecta in arca componuntur.

B. Martyris cadaver humi projectum curaturi Chriſtiani quidam a Cuſtodibus redimere oblata vi pecuniae non modica, quam ex Fidelium ſtipe conrogaverant, fruſtra conati, ſub horam nonam, dilapſis ex occaſione Lictoribus, elaneulum ſurripuerunt, & uſque ad ſeram noctem occuluerunt. Quo intervallo reſecta Martyris membra perquirentes, viginti octo repererunt,

ſunt,

Digitized by Google

[illegible]

...runt, eademque in arca ſimul cum trunco corpore ſtudioſe compoſuerunt; ſanguinem quoque, qui longo ſupplicii tempore defluxerat, humumque circa madefecerat, totum ſolicite collegerunt.

Accidit interea, ut, nobis Chriſtianis occinentibus Pſalmum *Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam*, ſubito inlapſus de Caelo ignis urnam circum invaderet, & B. Martyris ſanguinem, tum qui in vaſe repoſitus, tum etiam qui linteolis exceptus fuerat, aut terram aſperſerat, univerſum exſugeret. Quo oſtento ſupra quam dici poteſt perterrefacti, proſtratique humi omnes provolvimur. Ex ea flamma purpureum, & roſeo ſimilem, colorem S. Martyris membra traxerunt. Nos vero trepidi, ne Caeleſtis ille ignis in nos invaderet, ſupplices B. Jacobi opem expoſcimus univerſi, qui eo viſo digni habiti fuimus. Per hunc modum, favente gratia Domini Noſtri Jeſu Chriſti, a quo adjuti fueramus, ut ad eum confugeremus, ejuſdem S. Martyris corpus ſecreto humavimus, non tamen procul a metu perſequutorum, auxiliante nobis gratia, & miſericordia Chriſti, qui Martyres coronat; cui proinde una cum Patre, & Spiritu Sancto ſit laus, & honor, & adoratio, nune, & ſemper in ſeculum ſeculorum. Amen.

Ignis de Caelo inlapſus ſãguinem exſugit. *Pſ.* 50.

Scriptor teſtis oculatus.

SS. Invocatio.

S. Jacobi Corpus tumulo conditum.

ADNOTATIONES.

(1) Concinit Mombritius; Sed pro *Vararane*, Perſarum Rege, corrupte ſcribit *Arara*.

(2) *Beth-Lapeta*, ſeu *Lapeta*, Huzitarum, quos Menaea *Eleuzeſios* vocant, Metropolis; Surius, aliique perperam legunt, *Beth-Labam*, & *Elapen*.

(3) *Rex*; intellige Vararanem, de quo ſupra. Mombritius autem, S. Jacobum temporibus Germani, Perſarum Principis, conquiſitum eſſe, putide fabulatur. Nullus enim hujus nominis Princeps in hiſtoria Perſica occurrit.

(4) Hinc liquet, S. Jacobum ſub Vararane Rege, non vero ſub Iſdegerde, ejus patre, a quo magni habitus eſt, Martyrium, ut vulgo creditur, pertuliſſe.

(5) Traditionem, ſeu Ritum, precandi, & Eccleſias ad Orientem conſtruendi, quae etiamnum apud Orientales viget, ab Apoſtolis acceptam teſtantur Clemens lib. 2. Conſtit. Apoſt. 507. Juſtinus Martyr ad Orthodox. quaeſt. 118. S. Athanaſius de plur. & neceſſ. quaeſt. 14. S. Baſilius lib. 2. de Spiritu Sancto cap. 27. Auguſtinus lib. 2. ſerm. Dom. cap. 9. aliique plures, quos videſis apud Durantum de Ritibus Eccleſiae Catholicae lib. 1. cap. 3. num. 3. & ſeqq. necnon apud Hildebrandum in ſuo Rituali Orantium cap. 1. §. 1. & ſeqq. De moralitate autem hujus diſciplinae adcurate egit Jacobus Thomas Diſſert. de Ritu precandi verſus Orientem, Lipſiae anno 1670. edita; ubi & cauſſas ejuſdem varias a variis adlatas, diligenter expendit; & cap. 12. §. 122. & ſeqq. adprobat opinionem illorum, qui cenſent talem Ritum, ideo priſcis Chriſtianis placuiſſe, ut admonerentur homines, Eccleſiam, veluti e nocte, ac tenebris Vet. Teſtam. in lucem diemque Foederis novi emerſiſſe per praedicationem Evangelii de Chriſto. Aliam hujus Ritus cauſſam adſignat Scriptor quaeſtionum ad Antiochum, reſponſione ad quaeſt. 37. tom. 2. Operum S. Athanaſii: ut nimirum Fideles in amiſſam exoptatam Patriam Paradiſum, quem Deus plantavit ad Orientem, precantes intuerentur. Chriſtianorum tamen propria non fuit haec orandi diſciplina; nam communis fuit & Gentilibus, & Ebraeis; ut ex Plutarcho in Numa, Luciano lib. de Domo, & Joſepho lib. 2. adverſus Apionem demonſtrari facillime poſſet. Porro adeo priſcis Fidelibus, uti & Orientalibus hodie, placuit mos reſpiciendi ad Orientem, ut nedum viventes illum in precibus religioſe ſervarent; verum etiam mortui, eorum corpora ſupina in ſepulcris facie Orientem reſpicerent: quod ab erudito Caſalio notatum eſt de veter. Sac. Chriſt. Ritib. cap. 4. apud Meratum in Obſervationibus ad Theſaurum Sacrorum Rituum a Ga-

a Gavanto editum, Tom. 1. par. 1. Sed de his fuſius in Catalogo Codicum mss. Orientalium Bibliothecae Mediceae Laurentianae & Palatinae diſſeruimus.

(6) Elementum *Jod* Alphabeti Chaldaeorum, ſeu Syrorum, & Ebraeorum decimum eſt, & decimum pariter numerum deſignat. Numeri etenim apud eas gentes nonniſi literis Alphabeticis notantur. Porro Mombritius hunc Actorum locum ſic interpolat. *Inciditur decimus* (digitus) *& ait: Decimus numerus eſt in praeceptis, & Jota prima littera nominis Jeſu Chriſti*.

(7) Pro anno Alexandri 733. & Vararanis 2. ex calligraphi oscitantia in Codicem noſtrum obrepſit *annus Alexandri* 762. *& Vararanis* 1. Sed de his in Admonitione noſtra ſuperius dictum eſt ſatis.

FINIS PARTIS I.

INDEX

INDEX
IN ACTA
MARTYRUM ORIENTALIUM

Paginae Praefationis indicantur numeris Romanis; Martyres, quorum Acta aut Paſſiones exhibentur, majuſculis literis notati ſunt.

A

ABAS Presbyter & Martyr, Sanctorum Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum Socius 144.
Ejus memoria & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
Abdalla Abugiapharus Almanſores Mahometanorum Chalipha, ſeu Imperator, 38.
Magiam publico Edicto in Perſide proſcribit 40.
In Magorum Principes animadvertit ibid.
ABDALLAHAS Presbyter & Martyr, SS. Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum Socius, 144.
Ejus memoria & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
ABDALLAHAS alter Presbyter & Martyr, SS. Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum Socius 144.
Ejus memoria & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
ABDALLAHAS tertius Presbyter & Martyr, SS. Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum Socius 144.
Ejus memoria & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
Abdalmalechus Chalipha Mahometanorum 163.
ABDAS, ſive *Audas*, Epiſcopus Caſcarae & Martyr, cum triginta novem Sociis 144.
Viſione S. Simeonis Bar-ſaboë ad Martyrium excitatur 158.
Ejus memoria & cultus 133. 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
Abdas Epiſcopus Suſae, & Martyr XLII. 80. 231.
Filium Regis Perſarum energumenum ſanat, LVII.
Templum Igni Perſarum Deo conſecratum deſtruit; unde atrox in Chriſtianos perſequutio LII. 231.
ABDHAICLAS, aliis corrupte *Abdechalas*,

las, *Abdechalaas*, *Aldellas*, & *Abidelas*, Presbyter & Martyr, Sancti Simeonis Bar-ſaboë Socius 10. 21. 35.
Ejus memoria & cultus 6.
— Martyrii tempus LXXII. LXXV. 31.
— Nominis ethymologia 36.
ABDIAS Diaconus & Martyr, SS. Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum Socius, 144.
Ejus memoria & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
Abdjeſus *vide* Ebedjeſus.
ABJATHA Virgo & Martyr, S. Narſetis Epiſcopi Socia 101.
Cujus Virginum claſſis fuerit 52.
Ejus memoria & cultus 96.
— Martyrii tempus 97.
— Acta Graecis olim nota, & abiiſdem vitiata 96.
Abibus *vide* Habibus
Abraham Patriarcha 218. 225.
Abraham Scriptor Syrus 40.
ABRAHAMUS Presbyter & Martyr, SS. Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum Socius 144.
Ejus memoria & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
ABRAHAMUS Martyr, SS. Saporis & Iſaacii Epiſcoporum Socius 226.
Ejus Martyrii tempus 97. 225.
— Acta Graecis Latiniſque ignota 226.
— Corpus Edeſſae adſervatum ibid.
ABROSIMUS, Graecis corrupte *Eboras*, Presbyter & Martyr, S. Milis Epiſcopi Socius 66. 76.
Ejus memoria & cultus 60.
— Martyrii tempus 65. 79. 83.
— Acta hucuſque ignota 60.
Abtuſciatas, Graecis corrupte Abiſſotas, corpora SS. Jonae, Brichjeſu & Sociorum Martyrum redimit, tumuloque condit, 224. & ſeqq.
Abulpharagius *vide* Bar-Ebraeus
Abun, ſeu Avun, *vide* Aones
Acacius Epiſcopus Beroeae a ſolo Euſebio Samoſateno ordinatus 140.
ACEPSIMAS Epiſcopus Honitae & Martyr, cum duobus Sociis 171.
Ejus memoria & cultus 168.
— Martyrii tempus 171. 193.
— Acta a Graecis interpolata 168. 208. & ſeqq.
— Nominis ethymologia 208.
Alius ab eo, quem Graeci die tertia Novembris laudant 169.
Achaeus Epiſcopus Seleuciae & Creſiphontis, Scriptor Syrus LXIV.
Achar, ſeu Aehad, *vide* Niſibis
Achas Coenobiarcha, S. Aonis Diſcipulus 140.
Achumedes Syrorum Orientalium Epiſcopus, Magorum plurimos ad Chriſtianam fidem convertit 40.
Acta Martyrum ſingulis diebus recolenda 148.
Ex genuinis Martyrum Actis ad Catholicae veritatis propugnationem arma deſumenda XXXIV.
Quis Actorum Martyrum Orientalium Scriptor? XLII.
Adaeus Diſcipulus, qui & Thaddaeus, Orientis Apoſtolus, & Cathedrae Seleucienſis fundator LXVI. 2. 4.
Adanenſis Epiſcopus Scriptor Syrus LXV. LXXII.
Adarcurcaſciarus, Graecis corrupte Adrachus, Hadjabi Praefectus, Chriſtianorum perſequutor 183. 197. 208.
Adar-

Digitized by Google

Adarcuſnaſaphus Praeſes, Chriſtianorum perſequutor 100.
Adarphares Praefectorum Princeps, Graecis corrupte Adelphar & Adelpher, Chriſtianorum perſequutor 132. 135. 141.
Adarſapores, aliis perperam Atarſacares & Ardaſapor, Praefectorum Provinciarum Orientalium Principes, Chriſtianorum perſequutor 190. 208.
Addas Manetis Diſcipulus 209.
Adjabene *vide* Hadjab
Adnunciationis, ſive Nativitatis Dominicae jejunium apud Orientales 163.
Adonis lapſus de tempore Paſſionis Plurimorum Martyrum, qui anno ſecundo Saporicae perſequutionis coronati ſunt 44.
Adoleſcens cruribus pedibuſque captus ſanatur a S. Mile 76.
Adrane Virgo & Martyr, SS. Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum Socia 144.
Cujus claſſis Virginum fuerit 52.
Ejus memoria & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
Adſumtionis, ſive Migrationis Deiparae Virginis jejunium apud Orientales 163.
Aera *vide* Epocha
Aethiopum Apoſtoli LXVI.
Agas Perſa Epiſcopus & Martyr 133.
Agathias Scholaſticus ſeriem Regum Perſarum deſcribit LXIX. LXXVI. 233.
Ejus lapſus LXXVII. 102.
Aghaeus S. Adaei Diſcipulus, Orientis Apoſtolus LXVI.
Aghaeus Chriſtianae fidei deſertor 128. S. Barhadbeſciabam Diaconum occidit 129.
Horrendiſſimo mortis genere interit 130.
Ahvaz *vide* Huzitarum regio
Ajabel Presbyter & Martyr, SS. Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum Socius 144.
Ejus memoria & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
Aithilahas, aliis corrupte *Aeitalas*, *Aithbalas*, *Aithbilaus* & *Aitallahas*, Diaconus & Martyr, S. Acepſimae Epiſcopi Socius 128. 171. 185. 194.
Ejus memoria & cultus 168.
— Martyrii tempus 171. 206.
— Acta a Graecis interpolata 168. 208. & ſeqq.
— Nominis ethymologia 208.
Albanus, Annibal S. R. E. Cardinalis, laudatur 8.
Albanus *vide* Clemens XI. P. M.
Alcarch *vide* Carcha Beth-ſeleuciae
Aldoënſis, Stephanus, Patriarcha Maronitarum XXXI.
Alexander Magnus 36. 63. 109.
Quare Corniger dictus? 241.
Ejus Epocha ibid. & LXXXI.
Alexander Severus Imp. LXXVI.
Alexander Epiſc. Conſtantinop. interitum Arii a Deo impetrat 65.
Alexandria urbs XXXII. 61. 71.
Allatius, Leo, perperam Acta SS. Acepſimae & Sociorum Metaphraſti adſcribit 168.
Aloni *vide* Elanitae
Altare Portatile, ſeu Viaticum 134.
Ejus uſus antiquiſſimus 141.
— Apud Orientales etiamnum viget ibid.

Alte-

Altenavi, ideſt, duorum Deorum adſertor, 209.
AMA Virgo & Martyr, cum quatuor Sociabus 123.
Cujus claſſis Virginum fuerit 52.
Ejus Martyrii tempus 123. 127.
— Acta hucuſque ignota 123.
Amida urbs XLIX.
Perperam cum Martyropoli a Renaudotio confunditur L.
Ejus Epiſcopus Mareas ibid.
Ammonius S. Antonii Magni Diſcipulus 71. 81.
Amrus Matthaei filius, Scriptor Neſtorianus, XLIV. XLVII. LXV. 2. 39.
Ejus lapſus de tempore, quo in Seleucienſi Cathedra ſedit S. Sciahduſtes 84.
— Et S. Barhaſceminus 111.
— Item de tempore, quo poſt ejuſdem Barbaſcemini Martyrium vacavit Seleucienſis Sedes ibid.
Anaitis *vide* Nahitis
Ananias *vide* Hananias
Ananjeſus *vide* Hananjeſus
Anaſtaſius Imperator 40.
Anatolius Orientis Praefectus, Theodoſii Imperatoris ad Perſas legatus 232.
Anbara urbs 140.
Ibi Monaſterium Chaldaeorum a S. Jona exſtructum ibid.
Angeli victoriam Martyrum hymnis concelebrant 139. 206.
Animantia reptilia a Deo condita 181.
ANNA Virgo & Martyr, Sancti Narſetis Epiſcopi Socia 101.
Cujus claſſis Virginum fuerit 52.
Ejus memoria & cultus 96.
— Martyrii tempus 97.
— Acta Graecis olim nota, & ab iiſdem vitiata 96.
Anni initium a Kalendis Octobris arceſſunt Syri 241.
— Graeci vero a Kalendis Septembris 233.
Antichriſtus 37.
Antiochus Epiphanes Rex Syriae, Judaeorum perſequutor 11.
Per parvum Cornu a Daniele, & per Gog & Magog ab Ezechiele adumbratus 11. 37.
Antiochena Synodus adverſus Meſſalianos XLIX. LI.
Antiochenorum Epocha XXXVII.
Antiochia ad Mygdonium *vide* Niſibis
Antoninus Marcus Aurelius Imp. 121.
Antonius Magnus, Monachorum Parens LXVII. 51. 92. 71.
Aones, ſive Abun, Avun & Eugenius, Sancti Antonii Magni Diſcipulus LXVII. 92.
Monaſticum inſtitutum in Orientem primus invexit ibid
Apolloniatis regio 101.
Apoſtoli a vectigalibus immunes 39.
Apoſtolorum Petri & Pauli Jejunium apud Orientales 163.
Apoſtolica doctrina de ſervitute & obedientia Principibus Seculi praeſtanda 38.
Apoſtolica lex de abſtinendo ab eſu Sanguinis etiamnum apud Orientales viget 117. 121.
Apſaeus Diaconus & Martyr 92.
Alius a S. Barſabia Coenobiarcha & Martyre ibid.
— Et a S. Barhadbeſciaba Diacono & Martyre 128.
Aqua Perſarum Magorum Numen 112. 113. 117. 121. 129. 153. 181. 216. 217. 227.
Arabiae Felicis, ſeu Indiae Apoſtoli LXVI.

Ara-

Arabum de Gog & Magog commenta 36.
Arach *vide* Edeſſa
Aram, unde Aramaei, hoc eſt, Syria 72. 81.
Aran regio 183. 208.
Aras Scriptor Syrus 40.
Arbela urbs, unde Arbelitis regio, 81. 101. 106. 109. 128. 129. 183 197. 204.
Metropolis a Papa Arachenſi inſtituta 110.
Perperam ab Herbelotio in Meſopotamia ponitur ibid.
Arcadius Imperator XLII. LX. 238.
Archelaus Epiſcopus Caſcarae, Manichaeis infeſtus 163. 209.
Archiſtrategus, dignitatis apud Perſas id nomen eſt, 161.
Ardabadeni Metropolitam a S. Simeone Bar-ſaboë poſtulant 5.
Ardaſapor *vide* Adarſapores
Ardaſcirus, ſeu Artaſcirus & Artaxerſes, Hadjabi Regulus, Chriſtianorum perſequutor, 50. 96. 99. 153. 226. 230.
Perperam ab Agathia Scholaſtico Frater Saporis Longaevi adpellatur LXXVII. 102.
Aria urbs 168.
Arii Haereſiarchae interitum SS. Jacobus Niſibenus, & Alexander Conſtantinopolitanus a Deo impetrant 61.
Arimanes *vide* Harmanes
Armeni ad Chriſtianam Fidem per S. Gregorium Illuminatorem adducti LXVI.
Plurimi ſub Galerio Maxim. Martyres LXVII.
Eorum Synaxarii lapſus de numero Sociorum Sancti Simeonis Barſaboë 10.
Armeniae Regis Filiae induſtria Corpus S. Acepſimae clam ſublatum, tumuloque conditum 139.
Arrapachitis regio 101.
Arſacidarum regiae urbes Seleucia & Cteſiphon 38.
Artabanus Rex Parthorum LXXVI.
Artaſacares *vide* Adarſapores
Artaxerſes I. Rex Perſarum, Dynaſtiae Saxaniticae author, LXXVI. 37.
Artaxerſes II. Rex Perſarum LXXVII. 233.
Artaxias Rex Armeniae 38.
Arzabades, dignitatis apud Perſas id nomen eſt, 25. 40.
Arzanene, aliis Azirin, Azanene, Arxane, & Arſanice, regio 224.
Arzrum, ſive Arzalrum, Arzun, Arzan, & Arzanicum, urbs, unde Arzunitae ſeu Arzanitae, 225.
Perperam a Baudrandio cum Aſſyria confunditur ibid.
Aſa *vide* Beth-aſa
Aſabo *vide* Sabo
Aſiuthenſis *vide* Gelaleddinus
Aſpahan urbs 80.
Aſphareſa, *vide* Phareſa
Aſſemanus, Elias Archipresbyter Antiochenus, de Vaticana Bibliotheca optime meritus, XXXI.
Aſſemanus, Joſeph Simonius, de Orientalibus literis, deque Vaticana Bibliotheca optime meritus, XXXII. 39. 80. 92. 141. 231.
Bibliothecam Orientalem condit XXXIII.
Catalogum Syrorum Scriptorum ab Ebedjeſu Sobenſi exaratum Latine vertit, notiſque illuſtrat XLVII. 5.

Ejus opinio de authore Collectionis Actorum Martyrum, ſub Iſdegerde, & Vararane coronatorum, XLII.
— De Epocha Saporicae quadraginta annorum perſequutionis LXXXI. & ſeqq.
— De anno emortuali Saporis Longaevi Regis Perſarum LXXIV. 233.
— De anno Martyrii S. Maharſaporis 233.
— De tempore, quo S. Simeon Barſaboë Epiſcopatum Seleucienſem geſſit 2.
— De tempore Paſſionis Plurimorum Martyrum, deque duobus Saporis Regis in Chriſtianos edictis 44.
— De Epocha Perſequutionis Iſdegerdico-Vararanicae LI.
Azadem Martyrem eundem eſſe putat ac Guhſciatazadem Bethſeleucienſem 50. 102.
S. Jacobum Niſibenum, non vero Milem Suſae Epiſcopum & Martyrem Hieroſolymitanae Synodo interfuiſſe contendit 65.
Jacobum Martyrem, qui in Eccleſiaſticis Faſtis die prima Novembris laudatur, a S. Jacobo Presbytero, qui una cum Maria ſorore paſſus eſt, non eſſe diſtinguendum opinatur 121.
Perſequutionem Perſicam, anno Saporis decimo octavo excitatam, in ſola urbe Regia efferbuiſſe, nulloque diplomate Regio indictam adfirmat 215.
SS. Saporem & Iſaacium Epiſcopos & Martyres duplicat 226.
Aſſyria perperam cum Arzrum a Baudrandio confunditur 225.
Aſtabides, dignitatis apud Perſas id nomen eſt, 41.
Aſtachara, ſeu Aſtahara, urbs 92. 95.
Aſtrologiae judiciariae Magi olim addicti 40.
Athenae urbs 37.
Athur, hoc eſt, Aſſyria 81.
Atra, ideſt, regio 208.
Atticus Stater 225.
Atticus Epiſcopus Conſtantinopolitanus profugos Chriſtianos Perſis benigne excipit 232.
Avaritia nihil ſceleſtius 123.
Audas *vide* Abdas
Audeſius *vide* Ebedjeſus
Auguſtinus Anglorum Epiſcopus 140.
Avicenna, Abu Ali Ebn Sina, Scriptor Mahometanus, Manichaeos refellit 210.
Aurelianenſe II. Concilium abſtinentiam ab eſu ſanguinis confirmat 121.
Avun, ſive Abun, *vide* Aones
Azadanes Diaconus & Martyr 43.
AZADES, ſeu *Azates*, Eunuchus Saporis Regis & Martyr, cum pluribus Sociis 45.
An idem cum S. Guhſciatazade Bethſeleucienſi 50. 102.
Ejus memoria & cultus 42.
— Martyrii tempus 43. 50.
Azirin, ſeu Azanene *vide* Arzrum
Azymorum hebdomada 28.
Ejus varia apud Orientales nomina 41.

B

BADEMUS, aliis *Badimus*, Coenobiarcha & Martyr 165.

Ejus memoria & cultus 164.
— Martyrii tempus 141. 165. 168.
— Acta apud Graecos & Latinos interpolata 164. 168.
Bagdadum, ſeu nova Babylon, urbs Patriarchalis Neſtorianorum ſeu Chaldaeorum 6. 38.
Ibi Eccleſia ſub S. Simeonis Bar-ſaboë nomine 6.
BAHUTA Martyr, S. Narſetis Epiſcopi Socia, 101.
Ejus memoria & cultus 96.
— Martyrii tempus 97.
— Acta Graecis olim nota, & ab iiſdem vitiata 96.
Bakerda regio, quae & Gezira, *vide* Zabdicene
Balaami Oraculum de Chittacis 11. 36.
Baptiſmus alter Martyrium 48.
Baraboch, ſeu Bardiaboch, *vide* Hubaha
Barachiſius *vide* Brichjeſus
Baradaeus *vide* Jacobus.
BARBASCEMINUS, aliis *Barbaſimes*, Epiſcopus Seleuciae & Cteſiphontis & Martyr, cum ſexdecim Sociis 111.
S. Simeonis Bar-ſaboë ex ſorore filius 110. 112.
Quot annos Seleucienſem Pontificatum geſſit? 111.
Ejus nominis ethymologia 110.
— Martyrii tempus 111. 117.
— Acta Graecis Latiniſque ignota 111.
Barchoſroës, ſeu Barchoſinus & Bardukſin, Scriptor Syrus, & Monaſterii Moſulenſis fundator 40.
Bardeſanes Scriptor Syrus LXVII.
Bar-Ebraeus, Gregorius Abulpharagius, Orientis Maphrianus, ſeu Primas, Scriptor Syrus 2. 4. 39. 81. 102. 209. 232.
Tres ſupra centum Sancto Simeoni Bar-ſaboë Martyrii Socios adjungit 41.
S. Simeonis Bar-ſaboë, ejuſque Sociorum paſſionem ad feriam ſextam hebdomadae in Albis perperam differt ibid.
Ejus lapſus de Epocha Dynaſtiae Saxanitarum LXXVI.
Suſan cum Suſtra confundit 80.
Syrum vulgatum Interpretem reprehendit ibid.
Ejus de Papa Seleucienſi Epiſcopo interpolata narratio 82.
— Lapſus de tempore, quo in Seleucienſi Cathedra ſedit S. Simeon Bar-ſaboë 2.
— Et S. Sciahduſtes 84.
— Et S. Barbaſceminus 110.
BARHADBESCIABAS Presbyter & Martyr, SS. Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum Socius, 144.
Ejus memoria & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
BARHADBESCIABAS Diaconus & Martyr 129.
Alius a Barſaba, ſive Apſaco, quem Graeci Latinique colunt 128.
Ejus Martyrii tempus ibid.
— Acta hucuſque ignota ibid.
BARHADBESCIABAS alter Diaconus & Martyr, SS. Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum Socius, 144.
Ejus memoria & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
Baronii Cardinalis opinio de Epocha Saporicae perſequutionis refellitur LXXXIV.
— Et de die feſto S. Simeonis Barſaboë apud Graecos 6.

— Item de anno Martyrii S. Milis Epiſcopi 65.
— Et Sanctorum Jonae, Brichjeſu & Sociorum 213.
S. Abdam Epiſcopum Caſearenum cum Abda Epiſcopo Suſae confundit 143.
Barſabas, ſive Apſaeus, Martyr 92.
Alius a Sancto Barſabia Coenobiarcha ibid.
— Et a S. Barhadbeſciaba Diacono 128.
Barſabas Epiſcopus Maruae Conjugem Saporis Perſarum Regis, ejuſque Sororem a Cacodaemone liberat 140.
BARSABIAS Coenobiarcha & Martyr, cum undecim Sociis 93.
Alius a Barſaba, ſeu Apſaeo, quem Graeci Latinique colunt 92.
Ejus Martyrii tempus 92. 95. 96.
— Acta Graecis Latiniſque ignota 92.
Bar-ſaboë, hoc eſt, Fullonis filius, Sancti Simeonis Epiſcopi Seleuciae & Cteſiphontis cognomentum 2. 15. 38. 59.
Barſaumas Niſibenus L. 59.
Barſohodes Epiſcopus Carehae, Scriptor Syrus 40.
Bartholomaeus Indiae, ſeu Arabiae Felicis Apoſtolus LXVI.
Baſik *vide* Phuſikius
Baſilius, ſeu Biza, Epiſcopus Seleuciae & Cteſiphontis LI.
Baſra, ſeu Baſſora, *vide* Pherat-maiſan
Baudrandius perperam confundit Suſan cum Suſtra 80.
— Et Arzrum urbem cum Aſſyria 224. 225.
Ejus lapſus de diſtantia Martyropolis ab Amida XLIX.
Benedictus XIV. Pont. Max. laudatur XXXVI. LXXX V.
Cyrillum Patriarcham Graecorum Melchitarum arguit 163.
Benedictus, Petrus e Soc. Jeſu, de Literis Orientalibus optime meritus XXXIV.
Vitas Sanctorum ex Codicibus Vaticanis erutas, Latineque verſas Sociis Bollandianis donat XXXV.
Acta Martyrum Orientalium & Occidentalium Authori vertenda atque adornanda relinquit ibid.
Benjaminus Martyr 231.
Benjaminus, Elias, Presbyter Maronita 8.
Beroea urbs 140.
Ejus Epiſcopus Acacius a ſolo Euſebio Samoſateno ordinatus ibid.
Beth, hoc eſt, Domus, cum proprio locorum nomine ab Ebraeis & Syris paſſim componitur 168.
Betharſamenſis Epiſcopus Simeon, Scriptor Neſtorianus 39.
Beth-aſa oppidum 216. 224.
Beth-catuba, aliis corrupte Bethlabuba, pagus 185. 208.
Beth-garme regio, unde Garmaei, ſeu Garamaei L. 101.
Bagerma, Betgerme, Garma, Germa, Cerma & Beth-ſeleucia dicta 99. 101. 128.
Perperam a Renaudotio cum Martyropoli confunditur L.
Metropolitana a S. Simeone Barſaboë inſtituta 4. 101.
Beth-haſcita caſtellum 99.
Beth-lapeta, ſeu Beth-labat, *vide* Lapeta
Beth-nictor, ſeu Nicator, oppidum Aſſyriae 230.
Ejus Epiſcopus S. Sapor Martyr 226.
Beth-

Beth-nuhadra, aliis Beth-noarda, Naarda, Nearda & Nahardeha, urbs 185. 205. 208.
Bethrabanenſis Johannes, Scriptor Syrus 40.
Beth-ſeleucia *vide* Beth-garme
Beth-ſori urbs L.
Beth-Tabaha caſtellum 204.
Bethuza *vide* Huzitarum regio
Beth-zabde, aliis Bezabde, Bizabdes, Bizaideon, Bizadeon, Zabdaeus & Zebedaeus, caſtrum, unde Zabdicene regio, 131. 134. 140.
Ejus Epiſcopi S. Heliodorus 134.
— S. Dauſas Martyr ibid.
Bichor, ſeu Bochres, Epiſcopus Perſa & Martyr 43.
Birthae montes, hodierna Magorum ſedes 40.
Biſacer *vide* Stacarta
Biza, ſeu Baſilius, Epiſcopus Seleuciae & Cteſiphontis LI.
Bochartii opinio de interpretatione Citthim refellitur 36.
Boëthazat *vide* Guhſciatazades Eunuchus
Bollandi, Bollandianorum, opinio de Epocha Saporicae perſequutionis refellitur LXXXIV.
— Et de tempore Martyrii S. Milis Epiſcopi 65.
— Et de Authore Actorum SS. Acepſimae & Sociorum 168.
— Item de memoria cultuque Quadraginta Martyrum apud Latinos 143.
— Et de Authore Actorum S. Bademi 164.
— Et de anno Martyrii SS. Jonae, Brichjeſu, & Sociorum 214.
Priorem Saporis perſequutionem cum ejuſdem poſtrema confundunt 214.
Brichjeſus Epiſcopus Caſearae 163.
BRICHJESUS, aliis corrupte *Barachiſius*, Martyr, cum decem ſociis 215.
An Eccleſiaſtico munere fuerit inſignitus? 225.
Ejus memoria & cultus 211.
— Martyrii tempus 211. 213. 224.
— Nominis ethymologia 224.
— Acta apud Graecos & Latinos interpolata 211. 224. & ſeqq.
Bud Periodeutes, Scriptor Syrus 210.
Buddas, ſeu Buddaeus, *vide* Terbynthus
Bulacus Aegypti vicus XXXII.
Bulidaeus, ſeu Bolidaeus, Epiſcopus Pherat-maiſan & Martyr 41. 83.
Burcatha, quae & Hevara, caſtrum Beth-ſeleuciae 101.
Byzantinae, ſeu Conſtantinopolitanae Sedi quo tempore Patriarchatus dignitas acceſſerit? 4.

C

CAbades *vide* Cavades
Cacciarus, Thomas Carmelita Calceatus, Diſſertationem de Manichaeorum haereſi parat 210.
Cadavera inhumata Perſae, Magorum ſuperſtitionibus addicti, relinquunt 83.
Cairus Aegypti Metropolis XXXII.
Calachene regio 101.
Cambyſes Rex Perſarum 37.
Caniſii lapſus de numero Sociorum S. Simeonis Bar-ſaboë 7.
Canonicae filiae Syris ſacrae Deo Virgines dictae 52.
Canopus urbs XXXII.
Caprus fluvius 109.

Captivi Romani IXM. in Perſidem abducti 531. & ſeqq.
Carcha Bethſeleuciae, ſeu Alcarch, & Soloce, urbs 227. 230.
Ejus Epiſcopi Sanctus Johannes Martyr 99.
— S. Iſaacius Martyr 100. 226.
— Barſobodes Scriptor Syrus 40.
Carcha Meſanae *vide* Maiſan
Caria regio 36.
Carmania, ſeu Karman & Cilicia, regio 541.
Ejus Apoſtoli ibid.
Carmanitae paſtores Angelos cernunt Martyrum victoriam hymnis celebrantes 139.
Carnem oblatam manibus Idololatrarum immundam ducunt Martyres 204.
Caſcara urbs, unde Caſcarenorum regio 151. 157.
Ejus Epiſcopi Sanctus Ebedjeſus Martyr 551.
— S. Abdas Martyr 157.
— Archelaus 163.
— Brichjeſus ibid.
Caſciaz pagus 523.
Caſpiae Pilae 36.
Caſſiodori lapſus de anno Martyrii SS. Aceplimae & Sociorum 43.
— Et de tempore Paſſionis plurimorum Martyrum, qui anno ſecundo perſequutionis Saporicae coronati ſunt, 50.
Caſtaldus Suſan cum Suſtra perperam confundit 80.
Cataraei populi Razichitis finitimi 80.
Catholicus idem ac Primas & Patriarcha Chaldaeorum L. 2. 4. 6.
Catholici dignitatem quis Seleucienſium Epiſcoporum primus obtinuit? 3.
Catuba *vide* Beth-Catuba
Cavades, ſeu Cabades Rex Perſarum XLIX. 40.
Caucaſus mons 37.
Cerma *vide* Beth-garme
Chalane *vide* Cteſiphon
Chalatenſis *vide* Salomon
Chalcedon urbs LII.
Chalcis urbs 540.
Ejus Epiſcopus Euſebius a ſolo Euſebio Samoſateno ordinatus ibid.
Chaldaei & Syri duplici ratione dies notant 45.
Quid nomine Pentecoſtes intelligant? 50.
Anni exordium a Kalendis Octobris arceſſunt 77. 83.
Clerici apud eos per ſaltum olim promoti 70. 81.
Quis primus apud Chaldaeos Metropolitanas ſeu Archiepiſcopales Sedes inſtituit? 81. 110.
Chanigiara urbs 502.
Chirotonia, ſeu manuum impoſitio 70. 81.
Chorepiſcopi 536. 141.
Choſroës Rex Perſarum 40.
CHRISTUS filius Dei 57. 187. 203. 220.
Eccleſiam ſuam ſua redemit morte, ſuoque Sanguine populum ſuum in libertatem vindicavit 17. 19.
Jeſus Rex Regum 17.
— Pro omnibus mortuus 18.
Unus Dominus Chriſtianis Chriſtus Cruci adfixus 22.
— Solis Dominus, & hominum conditor 23.
— Omnium gentium ſervator 24. 57. 249.
Chriſtus Deus 28. 31.

— Calix noſtrae ſalutis 31.
— Spes noſtra & ſalutis author 49. 67.
— Magnus Martyr & Martyrum Rex 67.
Chriſtum in Crucem ſuſtulit ſuus amor & voluntas 68.
In ſolo Chriſti nomine invocari poteſt Deus, & ſalus inveniri 87.
Chriſtus in Euchatiſtia realiter praeſens LXII. 126.
Chriſtus ſors & haereditas Juſtorum ibid.
Chriſti patientis memoria Martyres mirifice recreati 221. 222.
Moriendum potius quam a Chriſti fide diſcedendum 221.
In Chriſto ſpes omnis reponenda 129. 222.
Chriſtus filius Mariae ſemper fuit eritque ſemper 203.
Ex Deo genitus Jeſus Nazarenus 228.
Jeſus Divinarum literarum author 245.
Per Jeſum ſalus mundo conlata 250.
Chriſtiana Religio a veneficiis quam longiſſime abeſt 55.
Chriſtiani Jeſu nece a ſervitute vindicati & liberi effecti 19. 39.
Chriſtianorum innumerabilis multitudo ſub Sapore Longaevo & Iſdegerde atque Vararane Perſarum Regibus interemta 42. 117. 231.
Ultro perſequutoribus ſemetipſos produnt ibid.
A Sanguinis eſu abſtinent 117. 121. 188. 204.
Collectas ubique locorum celebrant 135. 141.
Eorum apologia 154.
Idolothyta reſpuunt 155.
Non debent expetere caducas hujus ſeculi fluxaſque opes 187.
Ad Antiſtites ſuos lapidibus obruendos coguntur 100. 131. 199. 204. 206. 228.
Nazareni dicti 226. 230.
Chuſiſtan, ſeu Chuzeſtan regio, unde Chuſiei 80.
Cilicia *vide* Carmania
Citium urbs 36.
Cittim, ſeu Cethim & Kittim, unde Chittaei 11. 36.
Clemens XI. Albanus Pont. Max. de re Chriſtiana & Literis optime meritus XXX. & ſeqq.
Clericorum per ſaltum promovendorum conſuetudo jure Eccleſiaſtico abrogata 70. 81.
In eos ſub Sapore Longaevo potiſſimum ſaevitum 50.
Coche *vide* Seleucia
Codicum MSS. Nitrienſium Vaticanorum I. & II. unde Acta Martyrum eruta ſunt, inventio, antiquitas, & genuinitas XXXVI.
Cognomenta Orientalium ab arte parentum plerumque derivata 2. 38.
Collectae a Chriſtianis ubique celebratae 135. 141.
Concilium *vide* Synodus
Conſecratio ſeu Ordinatio Epiſcopi, urgente Eccleſiae neceſſitate, ab uno Epiſcopo licite & valide fieri poteſt 140.
Conſecrationis velum Virginibus ab Epiſcopo inter Miſſarum ſolennia impoſitum 51.
Conſtans Imperator LXXXI.
Conſtantinus M. Imp. LIX. LXXXI. 51. 65. 169. 214.

Ejus

Ejus ad Saporem Regem pro Chriſtianis Epiſtola commendatitia LXVIII. 214.
Conſtantius Imperator XLII. LXI. LXXI. 133. 214.
Conſtantinopolitanae ſeu Byzantinae Sedi quo tempore Patriarchatus dignitas adceſſerit? 4.
Conſtantinopolitana I. Synodus adverſus Macedonium L. 4.
Coptitae jejunium Nativitatis Dominicae ad quadraginta dies perducunt 163.
Eorum Synaxarii de Sancto Marutha Tagritenſi Epiſcopo commenta LIX.
Lapſus de cognomento Saporis II. Perſarum Regis, deque aetate S. Simeonis Bar-ſaboë, & numero ac genere mortis ejuſdem Sociorum 9. 37. 41.
— Item de S. Mile Epiſcopo 64.
— Et de numero ac tempore Martyrii Sociorum Sancti Sciahduſtis Epiſcopi 87.
— Et de numero Martyrum Captivorum 132.
Lunarem temporis ſupputandi rationem cum Solari confundunt LXXV.
Creta Inſula 36.
Crucis ſignum 45. 172.
Eo roborati Martyres ibid.
Crucis encomium 46. 222.
In Crucem Chriſtum ſuſtulit ſuus amor & voluntas 68.
In Crucis figuram conformata lux SS. Martyrum corporibus incubat 94.
Cteſiphon, alias Chalane & Spanira, urbs Seleucidarum regia, cum Seleucia conjuncta, *vide* Seleucia
Cubricus *vide* Manes
Cuſtodes Cadaveris S. Joſephi Martyris atroci tempeſtate opprimuntur 205.
Cyprus Inſula 36.
Ejus Epiſcopus Iſidorus a ſolo Euſebio Samoſateno ordinatus 140.
Cyrillus Patriarcha Graecorum Melchitarum a Benedicto XIV. P. M. arguitur 163.
Cyrillus Romanus Caput S. Jacobi Interciſi ex Perſide in Italiam deportat 240.
Cyrinus Epiſcopus Nicomedienſis S. Johanni Chryſoſtomo infenſiſſimus LII.
Ejus interitus LIII.

D

Dacuca *vide* Laſciuma
DANACHA Virgo & Martyr S. Narſetis Epiſcopi ſocia 101.
Cujus claſſis Virginum fuerit? 52.
Ejus memoria & cultus 96.
— Martyrii tempus 97.
— Acta Graecis olim nota & ab iiſdem vitiata 96.
Danielis Prophetae Oraculum de Antiocho Epiphane 11. 37.
Ejus Corpus Suſae jacet 80.
Quo in loco viſiones vidit 61. 81.
Daniel Epiſcopus Tahal, Scriptor Syrus 131.
Daniel Epiſcopus Rheſinae, Scriptor Syrus 210.
DANIEL Presbyter & Martyr cum Varda Virgine 103.
Ejus Martyrii tempus ibid. & 104.
— Acta hucuſque ignota 103.
Dapius *vide* Papas Presb. & Martyr

Dara *vide* Thel-dara
Dara fluvius 40.
Dara ſeu Daraja urbs, unde Darenſis provincia 131. 135. 141. 208.
Darieum miliariſium, monetae id nomen eſt, 225.
Darius Rex Perſarum 109.
Daſtgarar, Graecis corrupte Patrias, oppidum 206. 210.
Davides Epiſcopus Maiſanae 2. 82.
DAUSAS, aliis corrupte *Deſan*, *Doſſan* & *Doſan*, Epiſcopus Bethzabde & Martyr 134.
Ejus memoria & cultus 131.
— Martyrii tempus 133.
— Nominis etymologia 140.
— Acta nunc primum in lucem prodeunt 131.
Decius Imp. Chriſtianorum perſequutor LXVII.
Demetrius Rex Syriae 37.
Derpent, ſeu Porta ferrea urbs 36.
DEUS Solis & Univerſi conditor 159. 161. 194. 228.
Deus unus univerſorum opifex & Dominus 191. 194. 203.
— Caeli Terrarumque conditor 196. 220.
Deum non delectant hujus ſeculi opes, faſtuſque 186.
Deo magis, quam Regi mortali obediendum 217.
Diaconus inceſtus reus a S. Mile monitus, ne miniſterium ſuum obiret; & Pſalmos tamen e ſuggeſto canere auſus, exanimis concidit 75.
Diaconus ſtupri reus a patruo ſuo S. Ebedjeſu Epiſcopo ſacri Ordinis uſu interdicitur 51.
Chriſtianos prodit 152. 156.
Diaconatus munere Virgines Deo ſacrae olim fungebantur 52.
Dicrum ſupputandorum ratio duplex apud Syros 41.
Diodorides oppidum 209.
Diodorus, ſeu Triphon Presbyter, Scriptor Syrus 209. 210.
Dionyſius Patriarcha Jacobitarum, Scriptor Syrus LVIII. 232.
Dolenſis Eccleſia in Aremoricis S. Simeonis Bar-ſaboë feſtum celebrat cum Officio trium Lectionum 7.
Dominica in Albis Chaldaeis ſecunda Pentecoſtes dicta 47. 50.
Drachma, monetae id nomen eſt, 225.
Draco immanis, quem Noſephum dicunt, a S. Mile divinitus intecremtus 62. 71.
Dualcatafius, Saporis I. Perſarum Regis agnomentum 9. 37.
Durſacum manſio 135.

E

EBedjeſus Sobae, ſeu Niſibis Metropolita, Scriptor Syrus XLVII. LXII. 2. 3. 5. 40. 65. 80. 82. 131. 210.
EBEDJESUS, ſeu *Abdjeſus*, Caſcarenorum Epiſcopus & Martyr, cum triginta novem ſociis 133. 144.
Ejus memoria, & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
EBEDJESUS Presbyter & Martyr, Sanctorum Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum Socius 144.
Ejus memoria & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
EBEDJESUS alter Presbyter & Martyr, SS. Ab-

SS. Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum Socius 144.
Ejus memoria & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
EBEDJESUS tertius Presbyter & Martyr, SS. Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum Socius 144.
Ejus memoria & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
EBEDJESUS Diaconus & Martyr, Sancti Dauſae Epiſcopi Socius 134. 139.
Ejus memoria & cultus 131.
— Martyrii tempus 133.
— Acta nunc primum in lucem prodeunt 131.
EBEDJESUS alter Diaconus & Martyr, SS. Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum Socius 144.
Ejus memoria & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
EBEDJESUS Monachus & Martyr, Sanctorum Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum Socius 144.
Ejus memoria & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
EBEDJESUS alter Monachus & Martyr, SS. Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum Socius 144.
Ejus memoria & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
Eboras *vide* Abroſimus
Echellenſis, Abraham, de Orientalibus literis optime meritus XLVII. LXII. 3. 5. 40.
Eccleſiae adſerta a Chriſto Domino libertas 17.
Eccleſia nunquam improbavit abſtinentiam ab eſu ſanguinis 121.
Uni eidemque Eccleſiae bini Epiſcopi praefici nequeunt 2.
Eccleſiae Perſicae nomine Johannes Epiſcopus Synodo Nicaenae interfuit LXVIII.
Eccleſias ad Orientem conſtruendi morem etiamnum Syri, ceterique Orientales Chriſtiani retinent 246. 257.
Eccleſiae Orientalium ex Mahometanorum edicto pleraeque in Meſcuitas ceſſere 5. 226.
Eccleſiae ſub S. Simeonis Barſaboë & Sociorum nomine, Maipheractenſis, ſeu Tagritenſis, a S. Marutha extructa 5.
— Seleucienſis, ſeu Cochenſis ibid.
— Bagdadenſis 6.
— Ledanenſis LXXXI.
— Moſulenſis ibid.
Conſtantinopolitana ſub nomine S. Jae ſeu Eudociae 133.
Edeſſena ſub nomine SS. Guriae, Samonis & Habibi 226.
Heſronenſis ſub nomine S. Jacobi Interciſi 237.
Eccleſiaſtici in Perſequutione Saporica potiſſimum exagitati 20. 50.
Edeſſa, alias Arach, urbs 81.
Ibi SS. Guriae, Samonis, & Habibi; necnon Saporis & Iſaacii Epiſcoporum, eorumque Sociorum Mahanis, Abrahami, & Simeonis Martyrum Corpora adſervantur ibid.
Edeſſeni adcuratiſſimi Actorum Martyrum Orientalium Scriptores XLIII. LXV. 1. 43.
Edicta Saporis Longaevi Perſarum Regis in Chriſtianos 19. 42. 44. 45. 50.

50. 114. 117. 121. 181. 199. 215.226.
Elape *vide* Lapeta
Elam Semi filius, unde Elamitae, ſeu Ilamitae 80.
Elam, ſeu Elymais *vide* Ilam
Elana, ſeu Elath & Eloth urbs, unde Elanitae, & Aloni, 80.
Elephantiaſi fur perjurus corripitur 74.
Eliabus Diaconus & Martyr SS. Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum Socius 144.
Ejus memoria & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
Acta Graecis olim nota 141.
Elias Propheta Quadrageſimalis Jejunii ſpeculum dedit 146.
Elias Archiepiſcopus Damaſci, Scriptor Neſtorianus 39. 80.
Elias Martyr, SS. Jonae & Brichjeſu Socius 215.
Ejus memoria & cultus 211.
— Martyrii tempus 211. 213. 224.
— Acta apud Graecos & Latinos interpolata 211. 224.
Ema, ſive *Ama*, Virgo & Martyr SS. Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum Socia 144.
Cujus claſſis Virginum fuerit? 52.
Ejus memoria & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
Ephraem Syrus, Eccleſiae doctor 40. 81. 82. 210.
Ejus Operum Latinam e Syriaco verſionem Authori perficiendam fato cedens Petrus Benedictus reliquit xxxv.
Epiphanii lapſus de aetate Scythiani Manichaeorum Sectae authoris 208.
Epiſcopi Chriſtianorum Duces dicti 50.
In eos ſub Sapore Longaevo potiſſimum ſaevitum 50. 51.
Cur a nuptiis abſtinent? 209.
Epiſcopi Ordinatio ſeu Conſecratio urgente Eccleſiae neceſſitate ab uno Epiſcopo valide & licite fieri poteſt 140.
Uni eidemque Eccleſiae bini Epiſcopi praefici nequeunt 2.
Epiſtola Conſtantini M. ad Saporem Regem pro Chriſtianis lxviii. 214. & ſeqq.
Epiſtola S. Simeonis Bar-ſaboë ad Saporem Regem de intolerandis vectigalibus Chriſtianis ab eo impoſitis, adverſus Tillemontium vindicatur 38.
Epocha Alexandraea Graecorum, ſeu Seleucidarum lxxxi. 241.
Antiochenorum xxxvii.
Saxanitarum lxxvi. 15. 37.
Perſequutionum Saporis Longaevi in Chriſtianos lxxii. 15. 37. 211. 213. 225.
Perſequutionis Iſdegerdico-Vararanicae 231.
Eſaias Adabi Arzunitae filius, Actorum SS. Jonae, Brichjeſu, & Sociorum Martyrum Scriptor xlii. lxxi. 211. 224.
Eſiongaber urbs 80.
Evagrius Epiſcopus Antiochenus a ſolo Paulino ordinatus 140.
Euchariſticum Sacramentum lxii. 126.
Eudocia Martyr 133.
An alia a S. Ja? ibid.
Eudoxia Auguſta lii.
Eugenius *vide* Aones
Eulaeus fluvius 39. 80.
Eunuchorum origo 40.
Officium & authoritas apud Orientales 41.

Evodius, Jacobus Petrus Patriarcha Antiochenus, de Vaticana Bibliotheca optime meritus XXXII.
Evolesus Monachus & Martyr, Sanctorum Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum Socius 144.
Ejus memoria & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
Euphrates fluvius 83.
Magnus dictus 122.
Euſebius Caeſarienſis, praeter librum de Martyribus Palaeſtinae, ſua aetate coronatis, nullum de antiquis Martyribus ſcripſit XLV.
Ei perperam Acta Martyrum Orientalium adjudicantur ibid.
Arianiſmo infectus 133.
Euſebius Epiſcopus Samoſatenus ſolus Epiſcopos ordinat 140.
Euſebius Epiſcopus Chalcidis a ſolo Euſebio Epiſcopo Samoſateno ordinatus 140.
Euſtathius Epiſcopus Antiochenus, unde Euſtathiani 140.
Ezechiel Patriarcha Syrorum 40.
Ezechielis Prophetae Oraculum de Gog & Magog 11. 36.

F

Feminarum promiſcuus uſus apud Magos 40.
Feria quarta & ſexta per annum jejunant Orientales, & ab eſu Piſcium abſtinent 163.
Ficum ſaluberrimam profert humus Sanctorum Martyrum cruore irrigata 97. 101.
Quam Manichaei evellentes exitiali lue corripiuntur ibid.
Fidem in Dominus Chriſtum diſſimulare nefas 204.
In Fidei deſertionis argumentum eſus Sanguinis olim adſumtus 121. 129. 188. 204.
— Uti & Nuptiae Virginum Deo ſacrarum, & majorum Ordinum Virorum 56. 123. 124. 163. 181. 188.
Moriendum potius quam a Chriſtiana fide diſcedendum 221.
Flavianus Patriarcha Antiochenus LI.
Flentes, hoc eſt, Lapſi, ad fletum primum poenitentiae gradum admiſſi 81.
Fluvius magnus Euphrates dictus 122.
Fluvium pedibus plane impervium calceatus trajicit S. Miles Epiſcopus 75.
Foederis filiae, hoc eſt, Virgines Deo ſacrae 36. 42. 51.
Canonicae dictae 52.
Foederis filii qui apud Orientales? 52.
Formicas occidere nefas apud Manichaeos 203.
Fratres, hoc eſt, Monachi Coenobitae, ſeu Conventuales 166. 168. 182.
Fur perjurus elephantiaſi corripitur, juxta praemonitum S. Milis 74.

G

Gabriel Epiſcopus Hormuzi Scriptor Syrus 210.
Gadiabes, Graecis perperam Gennadius, Lapetae Epiſcopus & Martyr 41. 80. 110. 133.
Sanctum Milem Suſae Epiſcopum ordinat 70. 81.
Galal caſtrum 100.

Galerius Maximinus Imp. LXVII. 140.
Galeſinii lapſus de numero Sociorum S. Simeonis Bar-ſaboë 7.
— Et de tempore Martyrii SS. Jonae, Brichjeſu & Sociorum 212.
Gallienus Imperator 141.
Gandiſaporenſium Metropolita 80. 111.
Gangrenſe Concilium abſtinentiam ab eſu Sanguinis confirmat 121.
Gaphetum oppidum 131. 136.
Garme, Garma, Germa & Cerma, *vide* Beth-garme
Gelaleddinus Aſiuthenſis Scriptor Mahometanus 38.
Gezira, quae & Bakerda, regio, *vide* Zabdicene
Ghapheus *vide* Bar-ſaboë
Gog 11. 36.
Gordyaei populi Flanitis proximi 80.
Gorotanes *vide* Vararanes
Graeci, Melchitae, jejunium Nativitatis Dominicae ad quadraginta dies perducunt 163.
Ab eſu piſcium qualibet feria quarta & ſexta abſtinent ibid.
Anni initium a Kalendis Septembris arceſſunt 233.
Chittaei dicti 11.
Eorum Epocha LXXXI. 241.
— Commenta de Gog & Magog 36.
Vide Menaea Graecorum & Menologium Baſilii Imp.
Gregorius Illuminator, Oſdroënorum & Armenorum Apoſtolus LXVI.
Gregorius Magnus Ordinationem Epiſcopi urgente Eccleſiae neceſſitate ab uno Epiſcopo valide & licite fieri poſſe definit 140.
GUHSCIATAZADES Eunuchus, aliis perperam *Uſthazanes*, *Uſthazades*, & *Iſthazades*, Saporis Regis Nutricius & Martyr, S. Simeonis Bar-ſaboë Socius, 10. 25.
Ejus memoria & cultus 6.
— Martyrii tempus LXXII. LXXV. 28.
— Acta apud Graecos & Latinos interpolata 1. 41.
An idem cum Sancto Azade Eunucho? 50. 102.
GUHSCIATAZADES alter Eunuchus, Graecis perperam Boëtazat, Martyr, Sancti Narſetis Epiſcopi Socius 100.
Alius a S. Azade Martyre 50. 102.
Ejus memoria & cultus 96.
— Martyrii tempus 97.
— Acta Graecis olim nota & ab iiſdem vitiata 96.
Guphrizius *vide* Hormiſda
Gurias Martyr SS. Samonis & Habibi Socius 226.
Sub ejus & Sociorum nomine Eccleſia in urbe Edeſſa ibid.

H

HABIBUS, ſeu *Abibus*, Martyr, Sanctorum Jonae & Brichjeſu Socius 215.
Ejus memoria & cultus 211.
— Martyrii tempus 211. 213. 224.
— Acta apud Graecos & Latinos interpolata 211. 224. & ſeqq.
Habibus Martyr, SS. Guriae & Samonis Socius 226.
Sub ejus & Sociorum nomine Eccleſia in urbe Edeſſa ibid.
Hadjab, ſeu Adjabene & Hazam, regio 72. 81. 104. 106. 109. 128.
Omnium Perſidis provinciarum prima Chriſto nomen dedit 104.

Ejus Metropolita Jeſujabus Scriptor Syrus 80.
Hagiagius Abdalmalechi Chaliphae Dux, 163.
Halava urbs 81.
Ejus Epiſcopus Jeſujabus ex Suſana Eccleſia translatus ibid.
Hananias, aliis perperam *Anninas* & *Aeninas*, Presbyter & Martyr, Sancti Simeonis Bar-ſaboë Socius 10. 21. 35.
Ejus memoria & cultus 6.
— Martyrii tempus LXXII. LXXV. 31.
— Acta apud Graecos & Latinos interpolata 1. 39.
Hananjeſus Epiſcopus Laſciumae 102.
Hanus Presbyter & Martyr, SS. Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum Socius 144.
Ejus memoria & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
Hanus Diaconus & Martyr, SS. Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum Socius 144.
Ejus memoria & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
Haſcita *vide* Beth-aſeita
Haran Abrahami Patriarchae frater 225.
Hardaſcir urbs 40.
Ejus Epiſcopus Mares Scriptor Syrus ibid.
Harmanes, ſeu Arimanes, Perſarum Magorum Deus, malorum author dictus 227. 230.
Harzaphtes Satrapa Chriſtianorum perſequutor 135.
Hates Virgo & Martyr, S. Narſetis Epiſcopi Socia 101.
Cujus claſſis Virginum fuerit? 52.
Ejus memoria & cultus 96.
— Martyrii tempus 97.
— Acta Graecis olim nota, & ab iiſdem vitiata 96.
Hazam *vide* Hadjab
Hazan caſtellum 130.
Hebdomadae Azymorum varia apud Syros nomina 28. 41.
Helena Hadjabenorum Regina 104.
Heleo, Theodoſii Imp. ad Perſas legatus 232.
Heliodorus Epiſcopus Beth-zabde Confeſſor, Martyrum Captivorum anteſignanus 131. 134.
Helmin caſtellum 100.
Heracleenſis *vide* Thomas
Herbelotius Suſan cum Suſtra confundit 80.
Arbelam in Meſopotamia perperam ponit 110.
Hermas Manetis diſcipulus 209.
Heſron, inſigne Libani montis oppidum 237.
Ibi Eccleſia ſub S. Jacobi Intereiſi nomine ibid.
Heva, Gabriel Archiepiſcopus Nicoſienſis, de Vaticana Bibliotheca optime meritus XXXI.
Hevara, quae & Burcatha, caſtrum Beth-ſeleuciae 101.
Hierapolis urbs 140.
Ejus Epiſcopus Theodotus a ſolo Euſebio Epiſcopo Samoſateno ordinatus ibid.
Hieronymus omnium primus epitomen hiſtoriae Martyrum Orientalium Latine conſcripſit XLIII. 1.
Ejus de Epocha Saporieae perſequutionis opinio refellitur LXXXIV.
Hieroſolyma urbs 11. 21. 37. 60. 62. 65. 71.
Ejus Epiſcopus Petrus Edeſſenus Cor-

Corpus S. Jacobi Interciſi in Aegyptum transfert 240.
Hieroſolymitana Synodus ſub Conſtantino M. 65.
Hieroſolymitani Templi inſtaurationem adgreſſi Judaei caelitus opprimuntur 21. 39.
Hilarion Monaſtici inſtituti in Palaeſtina propagator 92.
Honita urbs 182. 208.
Ejus Epiſcopus S. Acepſimas Martyr ibid.
Honorius Imperator XLII. LX. 233. 238. 240.
Hormiſda, ſeu Hormiſdates & Miſdates, Rex Perſarum, Saporis Longaevi pater LXIX. 9. 37. 102.
Hormiſda Guphrizius toparcha, Graecis perperam Miſtopharus, Chriſtianorum perſequutor 76. 83.
S. Mileni pugione transfodit 78.
Ejus & Narſetis fratris interitus ab eodem S.Mile praedictus 79. 83.
Hormiſdadſcir urbs 41.
Ejus Epiſcopus Sanctus Johannes Martyr ibid.
Hormiſdates Martyr 231.
Hormiſdates Magorum Deus, author bonorum dictus 227. 230.
Hormiſdatſcirus Magorum Princeps, Chriſtianorum perſequutor 223. 225.
Hormiſdavarus Praeſes, Chriſtianorum perſequutor 235.
Hormuz urbs 141.
Ejus Epiſcopus Gabriel Scriptor Syrus ibid.
Hubaba, Graecis perperam Baraboch & Bardjabuch, oppidum Perſidis 216. 224.
Hulſarum pagus 100.
Hureſtan *vide* Chuſiſtan
Huzitarum regio, ſeu Bethuza, Vazaina, Uxia, Oxia & Oxiana, unde Uzii, Uxii, Oxii, & Oxiani 21. 39. 80. 91. 101. 111. 114. 134. 152. 158.
Hyde, Thomae Angli, impium de Martyribus Perſis judicium 40.
Hyſtaſpes Rex Perſarum 230.

I

IA Martyr, cum novem millibus Captivorum 133.
An alia a S. Eudocia? ibid.
Ejus memoria & cultus ibid.
— Templum a Juſtiniano Imp. Conſtantinopoli reſtitutum ibid.
— Acta apud Graecos & Latinos interpolata 140.
Jaballahas Epiſcopus Seleuciae & Cteſiphontis LVIII.
Jaballahas Patriarcha Neſtorianorum, ſeu Chaldaeorum 163.
Jaballahas Epiſcopus Suſae 81.
Jacobus Magnus Epiſcopus Niſibis, Chriſtianae fidei in Perſide propagator LXVII. 81. 82. 92.
Synodo Hieroſolymitanae cum Sancto Mile interfuit 65.
Arii interitum a Deo impetrat ibid.
Eccleſiam Niſibi conſtruit 72.
Epiſtolam ad Seleucienſem Synodum in cauſſa Papae Epiſcopi conſcripſit 80.
Ejus memoria & cultus 81.
Jacobus Presbyter & Martyr, cognomento Zelotes, S. Johannis Epiſcopi Socius 102.
JACOBUS Presbyter & Martyr, cum Maria ſorore 122.
An idem cum Jacobo Zelote? 121.
Ejus

Ejus Martyrii tempus 121. 122.
— Acta hucuſque ignota 121.
JACOBUS Interciſus Martyr 242.
Ejus Patria 80. 242.
— Memoria & cultus 237.
— Martyrii tempus 241.
— Acta apud Graecos & Latinos interpolata 241. 257.
— Corpus in Aegyptum, tum in Italiam translatum 240.
— Caput in Vaticana Baſilica adſervatum ibid.
Eccleſiae & Monaſteria ſub ejuſdem nomine 237.
Jacobus Baradaeus, ſeu Zenzalus, Monothelitarum choriphaeus, unde Jacobitae, 40.
Jacobitae Syri Pſalmos in Divinis Officiis memoriter occinunt 4.
Moſulenſem S. Simeonis Bar-ſaboë Eccleſiam ſumma cum veneratione frequentant 6.
Eorum Maphriani, ſeu Primatis ſedes 4.
Jaſa vide Beth-aſa
Jaldum urbs 40.
In ea Magi ſuperſunt ibid.
Jazdundocta, Graecis corrupte Jaſdundadul & Jſdandul, matrona religioſiſſima 106.
Chriſtianos carcere incluſos alit 106. 197. 208.
Ejus nominis ethymologia 105. 110. 210.
— Mira in Chriſti Martyres caritas & munificentia 107.
Sanctorum Martyrum precibus ſe commendat 108.
Fruſtra impellitur, ut in eoſdem lapides conjiciat 204.
Mavult vitam perdere, quam adverſus Sanctorum ſanguinem quovis pacto conſpiraſſe videatur 205.
Idololatrarum manibus carnem oblatam Martyres immundam ducunt 204.
Idolothyta in cibum oblata reſpuunt Chriſti Martyres 155.
Jejunii quadrageſimalis inſtitutio, laudes, & fructus 146.
Singulis annis religioſe peragendum 148. 163.
Jejunia tria per annum, praeter quadrageſimale, Orientales Chriſtiani obſervant 163.
— Item qualibet feria quarta & ſexta jejunant ibid.
Cyrilli Patriarchae Graecorum Melchitarum perpetua ſuper iis diſpenſatio a Benedicto XIV. Pont. Max. improbata ibid.
JESUS vide CHRISTUS
Jeſuduſt, ideſt, Jeſu amicus, nomen Chaldaeis familiare 84.
Jeſujahus Metropolita Hadjabenus, Scriptor Syrus 80.
Jeſujabus Epiſcopus Niſibenus, Scriptor Syrus 80.
Jeſujabus Epiſcopus Suſae 81.
Ignatius Epiſcopus Antiochiae inſtituit, ut preces in Eccleſiis alternis choris fierent 4.
Ignis, Perſarum Magorum Deus LVI. 40. 90. 96. 113. 117. 121. 129. 132. 153. 181. 183. 199. 216. 217. 227. 229. 231. 238.
Ignis ſupplicio corpus & anima improborum hominum in Inferis diſcrucia buntur 185. 201. 222.
Ilam, ſeu Elam & Elymais urbs, unde Ilamitica ſeu Elymaitica regio, & Ilamitae ſeu Elymaei populi 69. 80. 82.

In-

Inceſtus Diaconus Pſalmos e ſuggeſto canere auſus, juxta praemonitum S. Milis, exanimis concidit 75.
Indiae, ſeu Arabiae Felicis, Apoſtoli LXVI.
Infideles Moſulenſem S. Simeonis Barſaboë Eccleſiam ſumma cum veneratione frequentant 6.
Invocatio Sanctorum 108. 173. 208.
Jod, Alphabeti Syriaci & Ebraici elementum, & nota numeralis 251. 258.
Johannes V. Luſitanorum Rex, Religionis & bonarum artium praeſidium III. & ſeqq.
Johannes Evangeliſta, Perſidis Apoſtolus LXVI. 4.
Johannes Chryſoſtomus S. Maruthae Tagritenſis Epiſcopi amantiſſimus LII.
Johannes Patriarcha Alexandrinus Copticarum XXXI.
Johannes Epiſcopus Perſicae Eccleſiae nomine Synodo Nicaenae interfuit LXVIII.
Johannes Epiſcopus Hormiſdadſciri Martyr 41.
Johannes Epiſcopus Carchae Meſanae Martyr 41. 83.
Johannes Epiſcopus Lapetae 80.
Johannes Epiſcopus Suſae 81.
JOHANNES Epiſcopus Beth-ſeleucienſis & Martyr 99.
An idem cum Johanne, quem Graeci Latinique Kalendis Novembris colunt? 102.
Ejus memoria & cultus 96.
— Martyrii tempus 97.
— Acta Graecis olim nota, & ab iiſdem vitiata 96. 102. 121.
JOHANNES Presbyter & Martyr, Sanctorum Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum ſocius 144.
Ejus memoria & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
Johannes Bethrabanenſis Scriptor Syrus 40.
Johannes Coenobiarcha S. Eugenii diſcipulus 140.
Jombaphaeus *vide* Bar-ſaboë
JONAS Martyr, cum decem Sociis 215.
An Eccleſiaſtico munere fuerit inſignitus? 225.
Ejus memoria & cultus 211.
— Martyrii tempus 211. 213. 224.
— Acta apud Graecos & Latinos interpolata 211. 224. & ſeqq.
Jonas Coenobiarcha, S. Eugenii diſcipulus 140.
Joſeph Patriarcha Chaldaeorum ſeu Neſtorianorum 40. 82.
JOSEPHUS Presbyter & Martyr, Sanctorum Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum Socius 144.
Ejus memoria & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
JOSEPHUS alter Presbyter & Martyr, Sancti Acepſimae Epiſcopi Socius 171.
Ejus memoria & cultus 168.
— Martyrii tempus 171. 205.
— Acta apud Graecos & Latinos interpolata 168. 208. & ſeqq.
JOSEPHUS Martyr, S. Narſetis Epiſcopi Socius 97.
Ejus memoria & cultus 96.
— Martyrii tempus 97. 99.
— Acta Graecis olim nota, & ab iiſdem vitiata 96.
Joſue, qui & Matanzacha, Epiſcopus Suſae 81.

Joſ-

Joſve Stylites, Scriptor Syrus 40.
Jovinianus Imperator LXI. LXXVIII.
Jozachus Epiſcopus Suſae 80.
Iſaac Epiſcopus Suſae 80.
Isaac Presbyter & Martyr, S. Narſetis Epiſcopi Socius 97. 100.
Ejus memoria & cultus 96.
— Martyrii tempus 97.
— Acta Graecis olim nota, & ab iiſdem vitiata 96.
Iſaacius Epiſcopus Seleuciae & Cteſiphontis LI. LXIII.
Isaacius Epiſcopus Carchae Beth-ſeleuciae & Martyr, cum quatuor Sociis 100. 133. 226.
Ejus memoria & cultus 96. 225.
— Martyrii tempus 97. 226.
— Acta Graecis olim nota, & ab iiſdem vitiata 96.
An duo? 225.
Iſdandul *vide* Jazdundocta
Iſdegerdes Perſarum Rex, Chriſtianorum perſequutor XLII. LI. LXI. 143. 230. 237. 242.
Iſidorus Epiſcopus Cypri a ſolo Euſebio Samoſateno ordinatus 140.
Iſraël eum Deo comparatus 46.
Italia an per Cittim deſignata? 36.
Judas Machabaeus laudatur 13.
Cum S. Simeone Barſaboë comparatus 15.
Judas Jacobi, qui & Labaeus, & Thaddaeus, Arabum, Syrorumque Apoſtolus LXVI.
Judaei ab Antiocho Rege dire vexati 11.
Ex iis mille uno die propter Sabbathi religionem caeſi ibid.
Chriſtianis ſemper infeſti 20. 52. 54.
Saporem Regem in S. Simeonem Bar-ſaboë inſtigant 20. 38.
Hieroſolymitani templi inſtaurationem adgreſſi caelitus opprimuntur 21.
Eorum de Gog & Magog commenta 37.
Judicium ſupremum 23. 37. 77. 115. 243.
Julianus Apoſtata Imp. XLVI. LXI. 39.
Juſtinianus Imperator L. 133.
Juſtinus Imperator 40. 61.
Juſtitia Divina cur flagitia diſſimulat 58.
Juſtorum ſors & haereditas Chriſtus 126.
Eorum mors ſomni imago 245.
Izates Rex Hadjabenorum 104.
Izlenſe Monaſterium 92.

K

Kalendario Lunari Perſae utuntur LXXV. 41.
Karman *vide* Carmania
Karugabarus, Graecis corrupte Karbalat, dignitatis apud Perſas id nomen eſt 9. 35.
Kazuinenſis *vide* Zacharias
Kittim *vide* Cittim

L

Lapeta, ſeu Beth-lapet, & Sukahuaz 69. 80. 91. 143. 153. 158. 164. 167. 168. 238. 242.
Primi Neſtorianorum Metropolitae ſedes 80.
Ejus Epiſcopi, S. Gadiabes Martyr 41. 60. 70. 80.
— S. Sabinus Martyr 41. 80. 84. 133.
Jo-

— Johannes 80.
— Maremetes ibid.
Laſciuma, ſive Loſcium & Dacuca, urbs L. 101. 102.
Ejus Epiſcopi Michaeas 102.
— Sabarjeſus ibid.
— Sabarjeſus alter ibid.
— Ananjeſus ibid.
— Theodorus ibid.
LAZARUS Martyr; Sanctorum Jonae & Brichjeſu Socius 215.
Ejus memoria & cultus 211.
— Martyrii tempus 211.213.224.
— Acta apud Graecos & Latinos interpolata 211. 224. & ſeqq.
Ledan urbs 21. 39. 41. 80. 111. 114. 143. 158.
Ibi Eccleſia ſub S. Simeonis Barſaboë nomine LXXXI.
Ejus Epiſcopus Paulus Neſtorianae haereſis propagator 39.
Lipomani, Aloyſii, adlucinatio de Authore Actorum S. Batemi Coenobiarchae 164.
— Et Sanctorum Acepſimae ac Sociorum 168.
Literarum Divinarum author Chriſtus 245.
Longaevus, Saporis II. Perſarum Regis agnomentum XXXVII. 37.
Lotionis myſterium, ſeu ſacramentum 41.
Luctus moeſtitiaeque pro mortuis apud Orientales indicia 41.
Lugentes, hoc eſt, Monachi 71. 81.
Alii ab iis, quos Canones antiqui flentes nuncupant ibid.
Luna, Perſarum Magorum Numen 136. 153. 169. 217.
Lunari calculo cur mortem Sanctorum conſignat Maruthas? 41.
Lunaticus juvenis a Sancto Mile Epiſcopo ſanatus 75.
Lux in Crucis figuram conformata Sanctorum Martyrum corporibus incubat 94.
Luce clariſſima circumfuſum S. Marſaporis corpus 236.
Lycus fluvius 109.

M

MAcedonia Cittim olim dicta 36.
Machabaei laudantur 11.
Eorum calamitatibus Perſica Chriſtianorum perſequutio comparata ibid.
Maeotides Paludes 37.
Magi, qui gentium primi Chriſtum adorarunt, Orientis Apoſtoli LXVI.
Magi, ſeu Maguſaei, Chriſtianis infenſiſſimi LVI. 15. 21. 37. 42. 57. 85. 106. 135. 161. 170. 217. 225. 226. 231. 233.
Decimationis ſupplicio ab Iſdegerde Rege addicti LVII.
Eorum nominis ethymologia 39.
— Doctrina 40. 181.
— Authoritas LVI. 40.
Magos non eſſe praeficiendos rebus publicis Motadedus Chalipha edixit 40.
In eorum Principes animadvertit Abdalla Chalipha, & Magiam publico edicto proſcripſit ibid.
Plurimi per Achumedem ad Chriſtum converſi ibid.
In montibus Birthae, & circa Jaſdum urbem ſuperſunt ibid.
Adverſus Magos e Syris Scriptores 40.

Digitized by Google

Magus perſpecta luce Martyrum Corporibus incubante, reſipiſcit, ac Martyrio ſeſe ultro objicit 94.
Ejus praeclarum facinus vindicatur 93.
Magus S. Aithilaham nudum pallio contegens, ducentis plagis multatur 204.
Magog 11. 36.
Mahanes Martyr, SS. Saporis & Iſaacii Epiſcoporum Socius 226.
Ejus Martyrii tempus 97. 225.
— Acta hucuſque ignota 226.
— Corpus Edeſſae adſervatum ibid.
Mahares Martyr, Sanctorum Jonae & Brichjeſu Socius 215.
Ejus memoria & cultus 211.
— Martyrii tempus 211. 213. 224.
— Acta apud Graecos & Latinos interpolata 211. 224. & ſeqq.
Maharnarſes Praeſes, Graecis perperam Maarneſes, Chriſtianorum perſequutor 223. 232.
Maharsapor Martyr 234.
Ejus Martyrii tempus 233. 236.
— Acta hucuſque ignota 233.
Mahdades Chriſtianae fidei deſertor, SS. Jacobum Presbyterum, ejuſque ſororem Mariam Virginem interimit 122.
Maheldagdar, ſeu Maheldegerd, urbs 76. 80. 83.
Mahometani Magis infeſtiſſimi 40.
Ex Alcorani praecepto Sectas unitatem Dei Optimi Maximi detrectantes haud tolerant ibid.
Eccleſiarum inſtaurationem prohibent 5.
Eorum opera ſecta Manichaeorum penitus in Oriente interiit 210.
Majellus, Carolus Archiepiſcopus Emiſſenus, de Vaticana Bibliotheca optime meritus XXXI. XLI.
Maipherkin, Maiphercat, Maipheracta, & Medinat-ſohde, ſeu Martyropolis *vide* Tagrit
Maiſan, ſeu Carcha Meſanae, urbs, unde Maiſana, ſeu Meſene regio 41. 83.
Ejus Epiſcopi, Davides 2. 82.
— S. Johannes Martyr 41. 83.
Maiſanae regionis Domino per biennium ſaeviſſimo morbo laboranti valetudinem confert Sanctus Miles 73.
Maiſan, ſeu Meſene ad Euphratem *vide* Pherat-Maiſan
Malcan caſtellum 79.
Reliquiarum SS. Milis & Sociorum ibidem adſervatarum virtute, ab Sabaeorum incurſionibus liberatum 79.
Mama Virgo & Martyr, S. Narſetis Epiſcopi Socia 101.
Cujus claſſis Virginum fuerit? 52.
Ejus memoria & cultus 96.
— Martyrii tempus 97.
— Acta Graecis olim nota, & ab iiſdem vitiata 96.
Mamlacha, aliis *Mamelchta* & *Mamelta*, Virgo & Martyr, S. Narſetis Epiſcopi Socia 101.
Cujus claſſis Virginum fuerit? 52.
Ejus memoria & cultus 96. 102.
— Martyrii tempus 97.
— Acta apud Graecos & Latinos interpolata 102. & ſeqq.
Manes, Manichaei 97. 101. 163. 203. 208. & ſeqq.
Maneti vivo, juſſu Regis Perſarum, cutis detracta, & palea farta foribus Seleuciae ſuſpenditur 209.
Ejus Sectae initium, incrementum, in-

interitus, & errores praecipui 203. 208. & ſeqq.
Manichaeorum cauſſa, perſequutio in Chriſtianos excitata ibid.
Papae Epiſcopi Seleuciae & Cteſiphontis adverſus Manichaeos cum Rege Perſarum conloquium ibid.
Manichaei ficum ſaluberrimam, quam ſanguine Martyrum irrigata humus protulerat, evellentes exitiali lue puniuntur 97. 101.
Manichaeus quidam ex metu tormentornm ſuperſtitionem Magorum amplexus, a S. Aithilaha irridetur 203.
Manichaei homines verſuti atque ignavi ibid.
Adverſus Manichaeos e Syris Scriptores 210.
Manſionis uſus apud Perſas 102.
Maphrianus, ideſt, Catholicus, ſeu Primas Syrorum Jacobitarum L. 4.
Marabas Patriarcha Caldaeorum, ſeu Neſtorianorum 80. 110.
MARACHA Virgo & Martyr, Sanctorum Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum Socia 144.
Cujus claſſis Virginum fuerit? 52.
Ejus memoria & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
Marajas *vide* Narſes
Maranzacha *vide* Joſve
Marcellus Caſcarenus 209.
Mareas Epiſcopus Amidae L.
Perperam a Renaudotio cum S. Marutha Tagritenſi confunditur ibid.
Mareas Epiſcopus Perſa & Martyr 43.
Mares S. Adaei diſcipulus, Orientis Apoſtolus LXVI. 4.
Caſcaram urbem Epiſcopalem inſtituit 163.
Mares Epiſcopus Hardaſciri, Scriptor Syrus 40.
MARES Presbyter & Martyr, SS. Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum Socius 144.
Ejus memoria & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
MARES Diaconus & Martyr, SS. Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum Socius 144.
Ejus memoria & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
MARES alter Diaconus & Martyr, SS. Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum Socius 144.
Ejus memoria & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
MARES Martyr, S. Narſetis Epiſcopi Socius 101.
Ejus memoria & cultus 95.
— Martyrii tempus 97.
— Acta Graecis olim nota & abiiſdem vitiata 95.
Mares Salomonis filius, Scriptor Neſtorianus 2. 5. 39.
Ejus lapſus de tempore, quo S. Barbaſceminus Epiſcopatum Seleucienſem geſſit 111.
— Et de tempore, quo poſt ejuſdem Martyrium vacavit Seleucienſis Sedes ibid.
Mariae Virginis Deiparae Migrationis, ſeu Adſumtionis jejunium apud Orientales 163.
MARIA Virgo & Martyr, cum S. Jacobo fratre 122.
Cujus claſſis Virginum fuerit? 52.
Ejus Martyrii tempus 121. 122.

— Acta hucuſque ignota 121.
MARIA altera Virgo & Martyr cum quatuor Sociabus 123.
Cujus claſſis Virginum fuerit? 52.
Ejus Martyrii tempus 123. 127.
— Acta hucuſque ignota 123.
MARIA tertia Virgo & Martyr cum quatuor Sociabus 123.
Cujus claſſis Virginum fuerit? 52.
Ejus Martyrii tempus 123. 127.
— Acta hucuſque ignota 123.
MARIA quarta Virgo & Martyr, Sanctorum Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum Socia 144.
Cujus claſſis Virginum fuerit? 52.
Ejus memoria & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
MARIA quinta Virgo & Martyr, Sanctorum Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum Socia 144.
Cujus claſſis Virginum fuerit? 52.
Ejus memoria & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
MARJABUS, aliis corrupte *Mareabdes*, *Mareaumdes*, *Mareabe* & *Mareabi*, Chorepiſcopus & Martyr, cum CCLXXIV. Sociis Captivis 134.
Ejus nominis ethymologia 140.
— Memoria & cultus 131.
— Martyrii tempus 133.
— Acta nunc primum in lucem prodeunt 131.
MARJABUS Diaconus & Martyr, Sanctorum Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum Socius 144.
Ejus memoria & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
Maronitae Syri Pſalmos in Divinis Officiis memoriter occinunt 4.
MARTHA Virgo & Martyr cum quatuor Sociabus 123.
Cujus claſſis Virginum fuerit? 52.
Ejus Martyrii tempus 123. 127.
— Acta hucuſque ignota 123.
Martyr Magus anonymus, S. Barſabiae Coenobiarchae ſocius 93.
Martyres Perſae plures ſub Decio Imperatore LXVII.
Martyres plurimi in Armenia ſub Galerio Max. Imp. LXVII.
Martyres innumerabiles ſub Sapore Longaevo Rege Perſarum XLIII. LXXII. 42. 206.
Martyres plurimi ſub Iſdegerde & Vararane, Perſarum Regibus 231. & ſeqq.
Martyres *Centum* cum S. Simeone Barſaboë 1. 6. 10. 33. 41.
Martyres *Plurimi* cum Sancto Azade 42. 45.
Martyres *non pauci* ex militibus Regii Exercitus 50. 51.
Martyres *Duae* cum S. Tharba 51. 54.
Martyres *Centum viginti octo* cum S. Sciahduſte 83. 88.
Martyres *Undecim* cum S. Barſabia Coenobiarcha 92. & ſeqq.
Martyres *Viginti* cum SS. Narſete & Joſepho 96. & ſeqq.
Martyres *Centum Viginti*, inter quos novem Virgines Deo ſacrae, reliqui Sacerdotes, Diaconi, & diverſorum Ordinum clerici 104. & ſeqq.
Martyres *Sexdecim* cum S. Barbaſcemino 110. & ſeqq.
Martyres *innumeri* variis in locis a Praefectis interemti, praeter eos qui in foro Regis occubuere 117. & ſeqq.
Mar-

Martyres *CCLXXV.* Captivi cum S. Dauſa 131. & ſeqq.
Martyres *Quadraginta* cum SS. Abda & Ebedjeſu Epiſcopis 141. & ſeqq.
Martyres ſigno Crucis roborati 45. 172.
Chriſti patientis memoria mirifice recreati 221. 222.
Mercatoribus comparati 173.
Carnem oblatam manibus Idololatrarum immundam ducunt 139. 206.
Idolothyta reſpuunt 155.
Ab eſu Sanguinis abſtinent 117. 121. 188. 204.
Ultro ſeſe perſequutoribus produnt 42. 117.
Martyrum mortes oppetitam a Chriſto Domino mortem referunt, & cognatione quadam adtingunt 67.
Eorum Encomium 119. 176. 206.
— Conſtantia 22. 55. 77. 90. 94. 98. 104. 109. 113. 115. 124. 129. 137. 159. 188. 195. 199. 201. 217. 235. 249.
— Invocatio 108. 173. 208.
— Preces utiles 108.
— Reliquiae mirificae 48. 79. 97. 101. 119. 162. 240.
Martyrum Orientalium hiſtoria duplex apud Syros XLII. 230.
— Quis ejus Scriptor? XLII.
Martyrum Acta ſingulis diebus recolenda 148.
Ex genuinis Martyrum Actis ad Catholicae veritatis propugnationem arma deſumenda XXXIV.
Martyrium alter baptiſmus 48.
Ejus laudes & fructus ibid. & 120.
Martyrium S. Jacobi Interciſi mirificum 273.
Martyrologii Romani lapſus, de tempore legationis S. Maruthae in Perſidem LIX.
— De tempore Paſſionis plurimorum Martyrum 44.
— De die Martyrii SS. Tharbae & Sociarum 53.
— De tempore Paſſionis centum viginti Martyrum 105. 110.
— Et SS. Jonae ac Sociorum 212.
— De numero Martyrum Captivorum 133.
— De Sociis S. Aceplimae 170.
— De tempore Martyrii SS. Hormiſdatis & Benjamini 231.
Martyropolis *vide* Tagrit
Marua urbs 140.
Ejus Epiſcopus Barſabas Conjugem Saporis Regis, ejuſque Sororem a Cacodaemone liberat ibid.
Maruthas Epiſcopus Tagriti, ſeu Martyropolis, Hiſtoriae, ſeu Collectionis Actorum Martyrum Orientalium ſub Sapore Longaevo coronatorum author coaequalis & teſtis oculatus XLVI. & ſeqq. 2. 4. 171. 173. 208.
Concilio Conſtantinopolitano I. adverſus Macedonium interfuit L.
Meſſalianos damnat in Concilio Antiocheno XLIX. LI.
Conſtantinopolim iterum proficiſcitur, Eccleſiae Perſicae opem imploraturus LI. LIV.
S. Johanni Chryſoſtomo cariſſimus LII. LIV.
Deo juſtitiae vindici inſcius licet deſervit ibid.
In Perſidem adlegatur a Theodoſio Imp. LV.
Iſdegerdem Regem diuturno capitis

tis dolore liberat LVI.
Magorum fraudes detegit ibid. & LVII.
Iterum in Perſidem adlegatur LVII.
Filium Regis energumenum ſanat ibid.
Rem Chriſtianam inſtaurat & propagat LVIII.
Duas Synodos Seleuciae celebrat ibid.
Reliquias Martyrum ſub Sapore Longaevo caeſorum Tagritum transfert, & variis Occidentis Eccleſiis diſtribuit XLVII. LVIII. LXI.
Eccleſiam Tagriti ſub nomine Sanctorum Simeonis Bar-ſaboë & Sociorum conſtruit LX. 5.
Alius a Marea Amideno L.
— Et a Marutha, qui Concilio Nicaeno interfuit LIX.
Ejus Corpus in Seetenſi Syrorum Coenobio adſervatum LIX.
— Memoria in Sacris Faſtis ibid.
— Scripta, quae ſuperſunt LXII.
Quid de eodem Coptitae, Graeci, Maronitae, Jacobitae, Neſtoriani, Armeni, & Mahometani LX. & ſeqq.
Lunari calculo mortem Sanctorum conſignat 41.
Actorum Martyrum in perſequutione Iſdegerdico-Vararanica caeſorum Collectionis author non fuit XLII. 230.
Maruthas alter Epiſcopus Tagriti LIX.
MARUTHAS Martyr, Sanctorum Jonae & Brichjeſu Socius 215.
Ejus memoria & cultus 211.
— Martyrii tempus 211. 213. 224.
— Acta apud Graecos & Latinos interpolata 211. 224 & ſeqq.
Maſebdanus mons 131. 136.
Matathiae encomium 12.
Matthaeus Aethiopum, Parthorum, Medorumque Apoſtolus LXVI.
Mauptas, dignitatis apud Perſas id nomen eſt, 59.
MAZACHIA Virgo & Martyr, S. Narſetis Epiſcopi ſocia 101.
Cujus claſſis Virginum fuerit? 52.
Ejus memoria & cultus 96.
— Martyrii tempus 97.
— Acta Graecis olim nota & ab iiſdem vitiata 96.
Mechiſta oppidum 83.
Media regio 190. 193.
Ejus Apoſtoli LXVI.
Medinat-ſohde, ideſt Martyropolis *vide* Tagrit
Melchitae *vide* Graeci
Meletius Epiſcopus Antiochenus 140.
Menaeorum Graecorum commenta & lapſus de numero Sociorum S. Simeonis Bar-ſaboë 6. 41.
— De ſanatione Reginae Perſarum inter diſſecta SS. Tharbae & Sociarum membra tranſeuntis 53. 60.
— De Eccleſia Suſana a S. Mile inſtaurata 62. 64.
— De genere mortis SS. Centum viginti Hadjabenorum Martyrum 105.
— Et S. Seiahduſtis, deque numero ejuſdem Sociorum 86. 87.
— De numero, die, & genere mortis SS. Martyrum Captivorum 105. 110.
— De numero Sociorum SS. Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum 141.
— De B. Joſepho, S. Narſetis Epiſcopi diſcipulo 97. 102.
De

— De die Martyrii Sanctorum Jonae, Brichjeſu & ſociorum 212.

Menologii Baſiliani lapſus de numero Sociorum S. Simeonis Bar-ſaboë 8. 41.

— De numero & tempore Paſſionis Martyrum anno ſecundo Saporicae perſequutionis coronatorum 43.

— De B. Antonio, quem S. Miles inviſit 61.

— De Sociis S. Milis, eorumque Martyrii genere 61. 83.

— De interitu Guphrizii & Narſetis, qui S. Milem interfecerunt ibid.

— De numero, & genere Martyrii Sociorum S. Sciahduſtis 85.

— De S. Joſepho diſcipulo S. Narſetis Epiſcopi 96. 102.

— De Eccleſiae conſtruendae facultate, a Sapore Rege Chriſtianis data 103.

— De numero, & genere mortis Sanctorum Martyrum Hadjabenorum 105.

— De numero, die, & genere paſſionis Martyrum Captivorum 105. 110. 133.

— De S. Bademo Coenobiarcha, ejuſque Alumnis 164. 168.

— De Sanctis Jona, & Brichjeſu 213. 214.

Mermoreis Ducis Perſarum cadaver devorandum canibus & avibus expoſitum 83.

Meſopotamiae Apoſtoli LXVI.

Metaphraſtes, Simeon, Actorum Martyrum interpolator 51. 59. 211. 224.

Ei perperam adjudicantur Acta S. Sciahduſtis 83.

— Et Sanctorum Acepſimae ac Sociorum 168.

Metempſychoſis, ſeu animarum tranſmigratio a Manichaeis adſerta 210.

Metropolitanas Sedes quis primus apud Chaldaeos inſtituit? 82. 110.

Michaeas Epiſcopus Laſciumae 102.

Michaël Epiſcopus Meligenſis, Synaxarii Copticarum author LXI.

Michael Epiſcopus Suſae 81.

Migrationis, ſeu Adſumtionis Deiparae Virginis jejunium apud Orientales 163.

Miles, aliis *Milus*, *Milius*, *Milles*, *Milides*, *Mileſius* & *Nilus*, Epiſcopus Suſae & Martyr cum duobus Sociis 66.

Hieroſolymitanae Synodo interfuit 65.

Papam Epiſcopum damnat in Concilio Seleucienſi 2. 62. 72. 81.

Ejus Patria 69.

— Scripta 65.

— Memoria & cultus 43. 60.

— Martyrii tempus 65. 79. 83. 92. 103.

— Acta hucuſque ignota 60.

Quid de eodem Graeci & Coptiae 63. & ſeqq.

Miliariſium Daricum, monetae id nomen eſt apud Perſas 225.

Milites Regii Exercitus non pauci Martyres 50.

Millenariorum de Gog & Magog commenta 37.

Miniſterium ſacrum in itinere obeunt Chriſtiani captivi in Perſidem abducti 135.

Miracula per SS. Martyres, eorumque Reliquias patrata 70. & ſeqq. 97. 101. 162. 206.

Miſ-

Miſdates *vide* Hormiſda

Mithrae, ſive Solis Sacerdotes Buddae, ſeu Terbyntho Scythiani diſcipulo infenſi 209.

Modaina, ſeu Modajen *vide* Seleucia & Cteſiphon

Molani lapſus de tempore Martyrii S. Bademi 168.

— Et S. Aithilahae 169.

Monachi, Moniales. Monaſtici inſtituti authores, & in Oriente propagatores LXVII. 51. 92.

Monachorum in rem Chriſtianam promerita ibid.

In Monachos & Moniales ſub Sapore Longaevo potiſſimum ſaevitum ibid.

Monachi cur Lugentes, & Fratres dicti? 81. 166. 168. 182. 215.

Monachi apud Neſtorianos abſque Schemate Antoniano 111.

Monachi Perſae plurimi Martyres ſub Sapore Longaevo LXVII. 43. 84. 142.

Monachi *Decem* Martyres cum S. Barſabia 92. & ſeqq.

Monachi *Sex* Martyres cum Sanctis Abda & Ebedjeſu Epiſcopis 141. 144.

Monachi *Septem* Confeſſores, S. Bademi Alumni 165. 168.

Monaſteria Monialium poſt Antonii, Aoniſque aetatem in Perſide conſtructa 51.

Monaſteriorum in Zabdicena fundatores 140.

Monaſterium Sceteníe XXXII. XLII. LIX. 231.

— S. Maurae in monte Libano XXXI.

— Seleucienſe 5.

— Moſulenſe 40.

— Beth-lapetenſe 65.

— Izlenſe 92.

— Anbarenſe 140.

— Heſronenſe 237.

Mopſueſtia urbs 40.

Ejus Epiſcopus Theodorus Scriptor Syrus ibid.

Mors Juſtorum ſomni imago 245.

Mortis remedium reſurrectio 48.

Mors Martyrum oppetitam a Chriſto mortem referunt, & cognatione quadam adtingunt 67.

Mortem contemnunt Chriſti amantes 33.

Morti ſeſe objicere qui liceat? 93.

Moriendum potius quam a Chriſti fide diſcedendum 221.

Mortuos ſepeliendi ritus apud Perſas 83.

Luctus moeſtitiaeque pro mortuis apud Orientales indicia 41.

Moſes Propheta Quadrageſimalis Chriſtianorum jejunii ſpeculum dedit 146.

Moſul, ſeu Ninive urbs 6. 110.

Ibi Eccleſia ſub S. Simeonis Barſaboë nomine 6.

— Et Monaſterium Syrorum 40.

Motadedus Mahometanorum Chalipha ſeu Imperator, Magis infeſtus 40.

Murus Synicus in confinio Tartarorum 36.

Myrtus mirificus creſcit, ubi S. Aithilahas Martyr occubuit 206.

Myſtopharus *vide* Hormiſda Guphrizius

N

NAarda, ſeu Nearda & Nahardeha *vide* Beth-nuhadra

Nahitis, ſive Anaitis, hoc eſt, Venus Dea

Dea 95.
Ejus miniſterio Armeni filias dedicabant ibid.
Obſceniſſima Sacarum feſta in ejuſdem honorem peragebant 96.
Narſacta vicus 167.
Narſes Leproſus, Scriptor Syrus 40.
NARSES, aliis *Nerſas*, *Nirſas* & *Narſa*, Epiſcopus Sciaharcadathae & Martyr cum XXI. Sociis 97. 226.
Ejus memoria & cultus 96.
— Martyrii tempus 97. 99.
— Acta Graecis olim nota, & ab iiſdem vitiata 96.
NARSES, Martyr SS. Jonae & Brichjeſu Socius 215.
Ejus memoria & cultus 211.
— Martyrii tempus 211. 213. 224.
— Acta apud Graecos & Latinos interpolata 211. 224. & ſeqq.
Narſes Martyr cum Sancto Sabucata 233. 235.
Narſes, ſeu Narſeus Rex Perſarum 140. 225.
Narſes Hormiſdae Guphrizii frater, S. Milem pugione transfodit 78.
Ejus & fratris interitus a S. Mile praedictus 79. 83.
Narſes Thamſapores Chriſtianorum perſequutor 122. 123, 128. 204. 210.
Narſes Marajas Chriſtianae fidei deſertor 166.
S. Bademum Coenobiarcham interficit 164. 167.
Ejus interitus 168.
Natanaël Scriptor Syrus 210.
Nativitatis Dominicae, ſive Adnunciationis jejunium apud Orientales 163.
Nazareni *vide* Chriſtiani
Nazeroth *vide* Zaruſciates
Nemrod 80.
Neſtoriani cur feſtum S. Simeonis Bar-ſaboë ad feriam ſextam hebdomadae ſextae aeſtatis tranſtulerunt? LXXX. 8.
In Divinis Officiis Pſalmos memoriter occinunt 4.
Eorum Patriarchae Bagdadum advenientes ſolenni pompa in Eccleſia S. Simeonis Bar-ſaboë excipiuntur 6.
Summa cum veneratione frequentant Moſulenſem ejuſdem S. Simeonis Eccleſiam ibid.
Catholicorum, ſeu Patriarcharum Neſtorianorum, eorumque primi Metropolitae Sedes 38. 80.
— Succeſſio unde ducitur? XLIV. LXVI. 2.
Vide Chaldaei
Nicator *vide* Beth-Nictor
Nicatora manſio 100.
Nicatorius mons 230.
Nicaenum Concilium LIX. LXIII. 3, 82. 84.
Ejus hiſtoria a S. Marutha Tagritenſi Epiſcopo conſcripta, & Canones in Syriacum ſermonem tranſlati LXII.
— Canon de Primatu Sedis Seleucienſis 3.
Nicephori lapſus de tempore Martyrii Sanctorum Acepſimae & Sociorum 43.
— Et de tempore Paſſionis plurimorum Martyrum 43. 45. 50.
Nilus fluvius XXXII.
Nilus *vide* Miles
Ninive *vide* Moſul
Niſibis, ſeu Naſibis & Soba, urbs Meſopotamiae, quae & Achar, Achad, & Antiochia ad Mygdo-

donium olim dicta LXXVIII. 65. 72. 81. 82. 92.
Ejus Epiſcopi S. Jacobus Magnus LXVII. 81. 92.
— Ebedjeſus Scriptor Syrus XLVII. 81.
— Jeſujabus Scriptor Syrus 80.
Nitriae ſolitudo Europaeis inaeceſſa XXXII.
Noſephus, Draco immanis, a S. Mile interemtus 67.
Nuhadra *vide* Beth-nuhadra
Nuptiae Virginibus Deo ſacris, & Majorum Ordinum viris prohibitae 52. 209.
— In Fidei deſertionis argumentum adſumtae 56. 123. 124. 163. 181. 188.
— Cur ab iis Chriſtianorum Praeſules abſtinent? 209.

O

Occidentis & Occidentalium nomine quid Syri intelligant? XLII. 138. 141.
In Occidente a temporibus S. Ignatii Epiſcopi Antiocheni ſancitum, ut preces in Eccleſiis alternis choris fierent 4.
Onam Aſceta *vide* Uhanam Clericus
Opes faſtuſque hujus ſeculi Deum minime delectant 186.
Caducae fluxaeque ſunt 187.
Oraculum Balaami de Chittaeis populis 11. 36.
Ezechielis de Gog & Magog ibid.
Danielis de Antiocho Epiphane 11. 37.
Orche *vide* Ur Chaldaeorum
Ordinatio ſeu Conſecratio Epiſcopi, urgente Eccleſiae neceſſitate, ab uno Epiſcopo valide & licite fieri poteſt 140.
Orientis Apoſtoli LXVI.
Orientis & Orientalium nomine quid Syri intelligant? XLII. 2. 59. 138. 141.
Orientalium cognomenta ab arte parentum plerumque derivantur 38.
Monaſticum inſtitutum primus apud Oriantales invexit Aones S. Antonii M. diſcipulus LXVII. 51. 92.
Luctus moeſtitiaeque apud Orientales pro mortuis indicia 25. 41.
Orientales Chriſtiani ab eſu Sanguinis abſtinent 121.
— Praeter Quadrageſimale tria jejunia per annum obſervant 163.
— Ritus precandi & ad Orientem Eccleſias conſtruendi apud eos hucuſque viget 247. 257.
— Eorum Praeſules iter agentes antiquiſſimum Altaris ſecum ferendi morem etiamnum retinent 141.
Oſdroëni per S. Gregorium Illuminatorem ad Chriſtianam fidem adducti LXVI.
Oxiana ſive Oxia & Uxia, unde Uxii, Oxii, & Oxiani, *vide* Huzitarum regio
Oxius fluvius 39.

P

Pagii, Antonii, opinio de Epocha Saporicae perſequutionis refellitur LXXXIV.
— Et de Epocha perſequutionis Iſdegerdico-Vararanicae 232.

Pam-

Pamphilia regio LI. 36.
Papas idem ac Presbyter apud Graecos 83.
Papas Arachenſis, Aghaei filius, Epiſcopus Seleuciae & Cteſiphontis 2. 4. 81.
A S. Mile arguitur 2. 72.
In ejus cauſſa Synodus Seleuciae celebrata ibid. & 81.
E Caelo tactus juxta praemonitum S. Milis dimidia corporis ſui parte obriguit 73.
Metropolitanas Sedes apud Chaldaeos primus inſtituit 82. 110.
Ejus conloquium cum Rege Perſarum adverſus Manichaeos 209.
PAPAS aliis corrupte *Dapius*, Presbyter & Martyr S. Narſetis Epiſcopi Socius 100.
Ejus memoria & cultus 96.
— Martyrii tempus 97.
— Acta Graecis olim nota, & ab iiſdem vitiata 96.
PAPAS Monachus & Martyr, SS. Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum Socius 144.
Ejus memoria & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
Papas Monachus S. Acepſimae Martyrium praedicit 182.
Parthorum Apoſtoli LXVI.
Patriarchatus dignitas quo tempore Byzantinae, ſeu Conſtantinopolitanae Sedi adceſſerit? 4.
Patrias vicus *vide* Daſtagrar
Paulinus Epiſcopus Evagrium Antiochenum ſolus ordinat 140.
Paulonas Scriptor Syrus 210.
Paulus Epiſcopus Perſa & Martyr 133.
Paulus Epiſcopus Ledan, Neſtorianae haereſis propagator 39.
Paulus Epiſcopus Suſae 80.
Paulus Presbyter Chriſtianae Fidei deſertor 123.
SS. Theclae & Sociarum Virginum cervices obtruncat 125.
Ejus cum Juda Iſcariote comparatio 127.
Pentecoſtes nomine quid Syri intelligant? 50. 171.
Perjurus fur elephantiaſi corripitur, juxta praemonitum S. Milis 74.
Perſepolis *vide* Phareſa
Perſequutio Perſica ſub Sapore Longaevo XXXVII. 15. 37.
— Triplex XXXVIII. LXXI. 211. 225.
Ejus Epocha XXXVII. XLVIII. LXXII. 15. 37. 206. 211. 213. 215. 225.
— Occaſio & immanitas LXXII. 11. 37. 42. 100. 113. 117. 131. 204.
Perſequutio altera ſub Iſdegerde & Vararane XXXVII. XLII. LI. 211. 231.
Ejus occaſio, Epocha, & acerbitas LII. 230. & ſeqq.
Perſeus Rex LXXVI. 36.
Perſidis Apoſtoli LXVI.
Monaſtici inſtituti in Perſide propagatores LXVII. 92.
Perſidis provinciarum prima Hadjabena Chriſto nomen dedit 104.
Perſidis Eccleſiae nomine Johannes Epiſcopus Synodo Nicaenae interfuit LXVIII.
Perſae Magorum ſuperſtitioni addicti LXI. 40.
Solis & ignis adoratores ibid.
Cadavera inhumata relinquunt 79. 83. 181.
Mahitidem, ſeu Venerem colunt 95.

Manichaeorum erroribus implicîti 227. 230.
Eorum irruptio in Romanorum fines XLIX. 131. 134.
Perſarum Regum mediae aetatis Epocha LXXVI. 15. 37. 233.
— Reges Regum dicti ibid.
— Eorum ſeries ab Agathia interpolata ibid.
Perſae Chriſtiani in perſequenda Martyrum hiſtoria adcuratiſſimi XLIII. LXV. I. 43.
Kalendario Lunari utuntur LXXV. 41.
Innumeri Martyres ſub Sapore Longaevo XLIII. LXXII. 42. 206.
— Et ſub Iſdegerde ac Vararane 231.
Petri & Pauli Apoſtolorum jejunium apud Orientales 163.
Petrus Edeſſenus, Epiſcopus Hieroſolymitanus, Corpus S. Jacobi Intercisi in Aegyptum transfert 240.
Phaaea pagus 182. 208.
PHACHIDUS Monachus & Martyr, SS. Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum Socius, 144.
Ejus memoria & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
Pharesa, ſeu Aſpharesa & Perſepolis, urbs 227. 230.
Pherat-maiſan, ſeu Meſena ad Euphratem, quae & Baſra, ſeu Baſſora, urbs 41. 82. 83.
Ejus Epiſcopi S. Bulidaeus Martyr 41. 83.
— Salomon Chalatenſis Scriptor Neſtorianus 36.
Pherbuta *vide* Tharba
Phetion Patriarcha Chaldaeorum 40.
Philoxenus *vide* Xenajas
PHUSIKIUS Karugabarus, aliis corrupte *Phuſek*, *Phaſik*, *Baſik*, *Puſices*, & *Puſicius*, Martyr cum Filia Virgine, S. Simeonis Barſaboë Socius 10. 36.
Ejus memoria & cultus 6. 42.
Matryrii tempus ibid. & LXXII. LXXV.
Acta apud Graecos & Latinos interpolata I. 42.
Piſcium eius feria quarta & ſexta per annum Graecis Melchitis vetitus 163.
Poenitentia S. Guhſciatazadis 25.
— S. Jacobi Interciſi 243.
Porta ferrea *vide* Derpent
Portatilis, ſeu Viatici Altaris uſus antiquiſſimus 141.
Preces Martyrum utiles 108.
Praeſentia realis Chriſti in Eucharistia LXII. 126.
Praeſules Chriſtianorum cur a Nuptiis abſtinent? 209.
Ptolomaeus Philometer Rex Aegypti 37.
Pullae veſtes, luctus moeſtitiaeque apud Perſas indices 25. 41.
Pulvis Martyrum cruore imbutus aegros ſanat 162.

Q

QUadrageſimalis Jejunii inſtitutio, laudes & fructus 146.
Singulis annis religioſe peragendum 148. 163.
Quiniſextum, ſeu Trullanum II. Concilium abſtinentiam ab eſu ſanguinis confirmat 121.
Quirinus, Angelus Maria S. R. E. Card. Bibliothecarius, laudatur XXXIV. XXXVI.

RA-

R

RAzichitae, ſeu Razichaei & Ramanitae 69. 74. 76. 80. 103.
Eorum Epiſcopus apud Chaldaeos, ſeu Neſtorianos inter Metropolitas recenſetur 80.
Apud Jacobitas vero inter Maphriani Orientis Suffraganeos ſextum locum obtinet ibid.
Razichitae matronae membrorum uſum reſtituit S. Miles 74.
Reliquiae SS. Martyrum Orientalium mirificae 48. 79. 101. 119. 162. 240.
Ex Perſide in Meſopotamiam a S. Marutha Epiſcopo Tagritenſi translatae XLVII. LVIII.
Renaudotii, Euſebii, fallax fides XLIV.
Pro Marea Amideno Marutham ſubſtituendum cenſet in ſubſcriptionibus Concilii Conſtantinopolitani L.
Beth-garmeam regionem cum Martyropoli confundit ibid.
Martyrum Perſarum numerum ad bis centum millia perducit 43.
Ejus lapſus de tempore, quo Neſtoriani Patriarchalem Sedem Bagdadum tranſtulerunt 38.
Reptilia animantia a Deo condita 181.
Reſurrectio mortuorum 24. 33. 34. 37. 48. 149. 202. 222. 223. 244.
Rheſina urbs 210.
Ejus Epiſcopus Daniel Scriptor Syrus ibid.
Romani Sapori Regi inviſi 37. 152.
In eorum fines irruptio Perſarum XLIX. 131. 134.
Novem millia in Perſidem captivi abducti, e quibus CCLXXV. Martyres ibid.
ROZICHAEUS Presbyter, & Martyr, SS. Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum Socius 144.
Ejus memoria & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
Ruinarti, Theodorici, opinio de Epocha Saporieae perſequutionis refellitur LXXXIV.
— Item de memoria & cultu Quadraginta Martyrum apud Latinos 143.
— Et de anno Martyrii SS. Jonae Brichjeſu & Sociorum 214.

S

SAba Regmae filius, unde Sabaei, 79. 83.
Sabarjeſus Patriarcha Chaldaeorum, ſeu Neſtorianorum 163.
Sabarjeſus Epiſcopus Laſciumae 102.
Sabarjeſus alter Epiſcopus Laſciumae ibid.
Sabas Coenobiarcha S. Eugenii Diſcipulus 140.
SABAS Martyr, SS. Jonae & Brichjeſu Socius 215.
Ejus memoria & cultus 211.
— Martyrii tempus 212. 213. 224.
— Acta apud Graecos & Latinos interpolata 211. 224. & ſeqq.
Sabbathi religionis cauſſa ex Judaeis mille uno die caeſi 11.
Sabinus Lapetae Epiſcopus & Martyr 41. 80. 84. 133.
Sabo, ſeu Aſabo, promontorium 83.
Sa-

Digitized by Google

Sabucatas Martyr, cum S. Narſete 233. 235.
Sadoch, & Sadoth *vide* Sciahduſtes
Salomon Chalatenſis Metropolita Baſſorae, Scriptor Neſtorianus 36.
Ejus de Gog & Magog commenta ibid.
Salucana caſtellum 100.
Salus Mundo per Jeſum conlata 250.
Samon Martyr, SS. Guriae & Habibi Socius 226.
Sub ejus ac Sociorum nomine Eccleſia in urbe Edeſſa ibid.
SAMUEL Monachus & Martyr SS. Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum Socius 144.
Ejus memoria & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
Sanctorum invocatio 108. 173. 208.
Sanguinis efus lege Apoſtolica vetitus 117. 121.
In Fidei defertionis argumentum olim adſumtus ibid. & 122. 124. 129. 188. 204.
Ejus abſtinentia nunquam fuit ab Eccleſia improbata 121.
— Apud Orientales etiamnum viget ibid.
Sapor I. Rex Perſarum, Dualcataſius dictus 9. 37.
Maneti vivo cutem detrahi jubet, & foribus Seleuciae ſuſpendi 209.
Sapor II. Rex Perſarum, Longaevus dictus, Chriſtianorum perſequutor XXXVII.
Ejus inauguratio, ortus & indoles LXIX. 37.
— Epiſtola ad Conſtantium Imp. LXXI.
Perperam Dualcataſius nuncupatus 9. 37.
Perſequutio in Chriſtianos ab eo excitata triplex XXXVIII. LXXI. 15. 211. 225.
Ejus regni ac aetatis Epocha XXXVIII. LXXIV. 37. 207.
Conſtantini M. ad eum in cauſa Chriſtianorum Epiſtola LXVIII. 214.
In Eccleſiaſticos potiſſimum animadvertit 50. 51. 84. 98. 113. 199.
Immania ejuſdem in Chriſtianos edicta 19. 42. 44. 45. 50. 114. 121. 117. 181. 199. 215. 226.
Ejus crudelitatis ars inaudita 100. 113. 117. 131. 199.
Rex Regum dictus 15. 137. 153. 154. 159. 183. 188. 199. 216. 220. 228.
Praetorem, a quo Deus dicebatur, irridet 160.
Sapor III. Perſarum Rex 233.
SAPOR Epiſcopus Beth-nictoris & Martyr cum quatuor Sociis 99. 226.
Ejus memoria & cultus 96. 226.
— Martyrii tempus 97. 225.
— Acta Graecis olim nota, & ab iiſdem vitiata 96.
An duo? 225.
SASANNES Martyr, S. Narſetis Epiſcopi Socius 101.
Ejus memoria & cultus 96.
— Martyrii tempus 97.
— Acta Graecis olim nota & ab iiſdem vitiata 96.
Saxanitarum Dynaſtiae author Artaxerſes Rex LXXVI. 37.
Ejus Epocha ibid.
Scander, Andreas, de Literis Orientalibus optime meritus XXXIV.
SCEMBAITAS, aliis corrupte *Sebeethes*, Martyr, SS. Jonae & Brichjeſu So-

Socius 215.
Ejus memoria & cultus 211.
— Martyrii tempus 211. 213. 224.
— Acta apud Graecos & Latinos interpolata 211. 224. & ſeqq.
Secenſe S. Mariae Syrorum Monaſterium XXXII. XLII. LIX. 231.
Sciacluphas Epiſcopus Seleuciae & Cteſiphontis 4. 82.
Sciaharcadata, ſeu Sciahargarda, Seehergerd & Sciahakerd, urbs 97. 101.
Metropolitana a S. Simeone Bar-ſabae inſtituta 5. 101.
Ejus Epiſcopus S. Narſes Martyr 97.
Sciaharuz regio 101.
SCIAHDUSTES, aliis corrupte *Sadotb*, *Sadocb*, & *Zaduk*, Epiſcopus Seleuciae & Cteſiphontis & Martyr, cum Centum viginti octo Sociis 88. 110.
S. Simeonis Bar-ſaboë ex ſorore filius & Archidiaconus 84.
Concilio Nicaeno interfuit nomine ejuſdem S. Simeonis 3. 84.
Cujus viſione ad Martyrium excitatur 84. 88.
Quot annos Epiſcopatum geſſit 84.
Ejus Patria ibid.
— Nominis ethymologia 84. 90.
— Memoria & cultus 83. 85.
— Martyrii tempus 84. 89. 91.
— Acta apud Graecos & Latinos interpolata 83. 91.
Scialila *vide* Thel-ſcialila
Scialitas Coenobiarcha, S. Eugenii Diſcipulus 140.
Scythae populi 237.
An per Gog & Magog deſignati? 37.
Scythianus Manichaeorum ſectae author 208.
De ejus aetate lapſus Sancti Epiphanii ibid.
Seboas *vide* Sinas
Seculi hujus opes caducae fluxaeque 187.
Deum minime delectant 186.
Seleucia, ſive Selik & Coche, urbs Babyloniae cum Cteſiphonte conjuncta, quae & Modaina, 15. 37. 88. 90. 105. 110.
Seleucidarum olim regia 38.
— Et Sedes Patriarcharum Chaldaeorum ibid.
Ibi Eccleſia ſub S. Simeonis Barſaboë nomine 5.
Ejus Epiſcopi Cajumas LI.
— Biza ſeu Baſilius ibid.
— Iſaacius ibid.
— Jaballahas LIII.
— Achaeus LXIV.
— S. Simeon Bar-ſaboë Martyr 1.
— Papas Arachenſis 2. 4. 81. 72. 73. 82. 209.
— Sciacluphas 4.
— Surinus pſeudocatholicus 5.
— Joſephus 40. 82.
— S. Sciahduſtes Martyr 88.
— S. Barbaſceminus Martyr 111.
— Tomarſa, ſeu Tamuza 111.
Catholici dicti 2.
Quis eorum primus Catholici dignitatem obtinuerit? 3.
Seleucienſis Cathedrae fundatores LXVI. 2.
Quot annos vacaverit poſt S. Barbaſcemini Martyrium? 111. 117.
Canon Synodi Nicaenae de ejus Primatu 3.
Seleucienſe Concilium ſub Sancto Mile 2. 72. 81.
— Duo ſub Sancto Marutha LI. LXIII. LXII.

Se-

Seleucia Elymaidis, ſive Seluc & Soloce, urbs 102.
Seleucidarum Epocha LXXXI. 241.
Seleucus IV. Rex Syriae 37.
Sembatae populi 101.
Septa manſio 99.
Sergius linguae Perſicae apud Agathiam Scolaſticum interpres LXXVII.
Ejus adlucinationes ibid.
Simeon Cananaeus Martyrio in Perſide funčtus LXVI.
Simeon Stylites XXXVII.
SIMEON Bar-ſaboë Epiſcopus Seleuciae & Cteſiphontis, Martyrum Orientalium in Saporica quadraginta annorum perſequutione coronatorum anteſignanus 10. 110. 113. 206.
Ex diſcipulo & Archidiacono Papae Arachenſis Epiſcopus 2. 82.
Quot annos Epiſcopatum geſſit? 2.
Concilio Nicaeno per Vicarium interfuit 3.
An Primatialem dignitatem ab eadem Synodo obtinuerit? ibid.
Inſtituit, ut preces in Eccleſiis alternis choris fierent, & Pſalmi memoriter occinerentur 4.
Garmaeorum Sedem ad Metropolitanam dignitatem evexit ibid.
Ejus Patria 2. 39.
— Cognominis ethymologia 2. 15. 38.
— Scripta 5.
— Epiſtola ad Saporem Regem de obedientia Principibus ſeculi praeſtanda adverſus Tillemontium vindicatur 17. 38.
Suſae tumulatus 39.
Quot Martyrii ſocios habuerit 6. 41.
Viſione ejuſdem S. Sciahduſtes ad Martyrium excitatur 84. 88.
— Et S. Abdas 158.
Eccleſiae & Monaſteria ſub ejus nomine 5.
— Memoria & cultus 6.
— Martyrii tempus LXXV. LXXII. 31.
— Acta apud Graeco & Latinos interpolata 1. 37. & ſeqq.
Simeon Epiſcopus Betharſamenſis Scriptor Neſtorianus L. LXII. 39.
SIMEON Presbyter & Martyr, SS. Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum Socius 144.
Ejus memoria & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
SIMEON Diaconus & Martyr, SS. Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum Socius 144.
Ejus memoria & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
SIMEON Martyr, SS. Saporis & Iſaacii Epiſcoporum Socius 226.
Ejus Martyrii tempus 97. 225.
— Acta hucuſque ignota 226.
— Corpus Edeſſae adſervatum ibid.
SINAS Graecis corrupte *Seboas*, Diaconus & Martyr, S. Milis Epiſcopi Socius 66. 76.
Ejus memoria & cultus 60.
— Martyrii tempus 65. 79. 83.
Acta hucuſque ignota 61.
Sinca, hoc eſt, ſemidrachma, monetae id nomen eſt apud Orientales 115. 117.
Siraphа urbs 95.
Sirleti Cardinalis lapſus de numero Sociorum Sancti Simeonis Barſaboë 7.
— De genere mortis Sanctorum Centum viginti Martyrum Hadja-

jabenorum 105.
— Et Sanctorum Jonae ejuſque Sociorum 213.
Sittacene regio 101.
Soba *vide* Niſibis
Socratis opinio de Epocha perſequutionis Iſdegerdico-Vararanicae refellitur 233.
Sol Perſarum Magorum Numen 22. 24. 32. 33. 40. 57. 61. 90. 91. 96. 98. 106. 109. 113. 115. 117. 121. 124. 131. 136. 153. 155. 159. 164. 169. 181. 184. 188. 191. 192. 193. 201. 203. 216. 217. 227. 229. 238.
Sol inanimis 187.
Soloce *vide* Carcba Beth-ſeleuciae
Sophoſene regio, unde Sophoſeni, Suphareni, & Sophareni, XLIX. LI.
Sori *vide* Beth-ſori
Sozomenus, Hermias, primus omnium hiſtoriam Martyrum Orientalium Graece edidit XLIII. I.
Ob Chaldaicae ſeu Syriacae linguae imperitiam in multis aberravit, plura quoque notatu digna praetermiſit ibid.
Ejus lapſus de initiis Chriſtianiſmi in Perſide LXVI.
— De Epocha Sapoticae quadraginta annorum perſequutionis LXXXI.
— De tempore caedis plurimorum Martyrum 42. 50.
— De Sociis S. Acepſimae Epiſcopi 170.
Spada, unde Spadones, Perſidis vicus 40.
Spanira *vide* Cteſiphon
Spes omnis in Chriſto reponenda 129. 222.
Stacarta, Graecis corrupte Biſacer, manſio 131. 134. 140.
Stupri reus Diaconus a patruo ſuo S. Ebedjeſu Epiſcopo Sacri Ordinis uſu interdicitur 151.
Suenes Martyr 231.
Suk-ahuaz *vide* Lapeta
Surinus Seleuciae & Cteſiphontis pſeudo-Catholicus 5.
Sus, ſive Suſan, quae & Memnonia, urbs, unde Suſii, & Suſiani LXXXI. 2. 21. 39. 69. 80.
A Sapore Rege, juxta praemonitum S. Milis, diruta 70. 80.
Perperam a nonnullis cum Suſtra confunditur 80.
Ejus Epiſcopi S. Miles Martyr 66.
— S. Abdas XLII. 80. 231.
— Jozachus 80.
— Paulus ibid.
— Iſaac ibid.
— Joſve, qui & Maranzacha 81.
— Michaël ibid.
— Jeſujabus ibid.
— Jaballahas ibid.
— Johannes ibid.
Suſan, ſive Suſa urbs Mauritaniae 80.
Suſan urbs Meſopotamiae 80.
Suſan caſtrum Aſſytiae 80.
Suſan, ſive Sues, urbs Arabiae 80.
Suſtra urbs, 80.
Perperam a Baudrandio cum Suſa confunditur ibid.
Synodus Antiochena XLIX. LI.
Aurelianenſis II. 121.
Conſtantinopolitana L. 4.
Gangrenſis 121.
Hieroſolymitana 65.
Nicaena LIX. LXIII. 3. 82. 84.
Trullana II. ſeu Quiniſexta 121.
Seleucienſis iu cauſſa Papae 2. 72. 81.
— Duae ſub S. Marutha LI. LVIII. LXII.

Sydae in Pamphilia adverſus Meſſalianos LI.
Wormacenſis 121.
Synaxarium Coptitarum *vide* Coptitae
Syria, alias Aram, unde Aramaei, 36. 72. 81.
Ejus Apoſtoli LXVI.
Syri in perſequenda Martyrum hiſtoria adeuratiſſimi XLIII. LXV. 1. 43.
In Divinis Officiis Pſalmos memoriter occinunt 4.
Quid nomine Pentecoſtes intelligant? 10.
Dupliei ratione dies notant 41.
Anni exordium a Kalendis Octobris arceſſunt 73. 83.
Lunarem dierum ſupputandorum rationem eum Solari confundunt LXXV.
Eorum commenta de Gog & Magog 36.
— Lapſus de aetate S. Simeonis Bar-ſaboë 8. 37.

T

TAbaha *vide* Beth-tabaha
Tabenna urbs Aegypti 240.
Tagrit, ſeu Maipherkin, Maiphercat, Maipheracta, & Medinat-Sohde, hoc eſt, Martyropolis XLVI. XLIX.
Sedes Maphriani, ſeu Primatis Syrorum Jacobitarum 4.
Perperam a Renaudotio eum Bethgarme confunditur L.
Ibi Eccleſia ſub nomine S. Simeonis Bar-ſaboë a S. Marutha exſtructa 5.
— In qua ejuſdem S. Simeonis & aliorum Martyrum Orientalium Lipſana adſervantur LXI. 5.
Ejus Epiſcopi, S. Maruthas Actorum Martyrum Orientalium Scriptor XLVI.
— Maruthas alter, qui Concilio Nicaeno interfuit LIX.
Tahal, ſeu Talah, oppidum 128. 131.
Ejus Epiſcopus Daniel Scriptor Syrus 131.
Tamuza *vide* Tomarſa
Tartaria major 36.
TATHA Virgo & Martyr, Sanctorum Abdae & Ebedjeſu Epiſcoporum Socia 144.
Cujus claſſis Virginum fuerit? 52.
Ejus memoria & cultus 141.
— Martyrii tempus 143. 162.
— Acta Graecis olim nota 141.
TATONA Virgo & Martyr, S. Narſetis Epiſcopi Socia 101.
Cujus claſſis Virginum fuerit? 52.
Ejus memoria & cultus 96.
— Martyrii tempus 97.
— Acta Graecis olim nota, & ab iiſdem vitiata 96.
Tempeſtas atrox Cuſtodes Corporis Sancti Joſephi Martyris opprimit 215.
Templi Hieroſolymitani inſtaurationem adgreſſi Judaei, caelitus opprimuntur 21. 39.
Terbynthus, qui & Buddas, ſeu Buddaeus, Scythiani Diſeipulus 208.
Thaddaeus, qui & Labaeus & Judas Jacobi, Arabiae & Syriae Apoſtolus LXVI.
In Perſide eum Simeone Cananaeo Martyrio functus ibid.
Thamſapores Chriſtianorum perſequutor 128. 204. 210.
THARBA, aliis eorrupte *Tarbula*, *Tharbua*,

bus, *Pherbuta* & *Thermes*, Virgo & Martyr cum Sorore & Ancilla 54.
S. Simeonis Bar-ſaboë ſoror 52. 54.
Cujus claſſis Virginum fuerit ? 52.
Ejus & Sociarum memoria & cultus 52.
— Martyrii tempus 52. 59. 60.
— Acta apud Graecos & Latinos interpolata 51. 59.
— Nominis ethymologia 59.
THECLA Virgo & Martyr, S. Narſetis Epiſcopi Socia 101.
Cujus claſſis Virginum fuerit ? 52.
Ejus memoria & cultus 96.
— Martyrii tempus 97.
— Acta Graecis olim nota & ab iiſdem vitiata 96.
THECLA Virgo & Martyr cum quatuor Sociabus 123.
Cujus claſſis Virginum fuerit ? 52.
Ejus & Sociarum Martyrii tempus 123. 127.
— Acta hucuſque ignota 123.
Thel, ſeu Thela, ideſt Collis, a Syris cum nomine locorum colli adpoſitorum paſſim componitur 122.
Thel-dara pagus 122.
Thel-ſcialila pagus 122.
Theodoreti opinio de Epocha Saporicae Perſequutionis refellitur LXXXI.
Theodorus Epiſcopus Mopſueſtiae, Scriptor Syrus 40.
Theodorus Epiſcopus Laſciumae 102.
Theodoſius Patriarcha Chaldaeorum 80. 83. 110.
Theodoſius Magnus Imp. LX. 4. 169. 170.
Theodoſius Junior Imp. XLII. LVI. LXII. 232. 238.
Theodotus Epiſcopus Hierapolis a ſolo Euſebio Samoſateno ordinatus 140.
Theophanes annum Saporis Regis quinquageſimum tertium cum anno decimo nono Conſtantii Imperatoris perperam conjungit 133.
Ejus verba de S. Simeone Bar-ſaboë depravata 36.
Theophilus Alexandrinus S. Joh. Chryſoſtomo infenſiſſimus LII.
Thomas Apoſtolus Orientis LXVI.
Seleucienſis Cathedrae fundator 2.
Carmanitis Evangelium praedicavit 141.
Thomas Heracleenſis, Scriptor Syrus 80.
Thomas Manetis diſcipulus 209.
Thomas a Jeſu Carmelita diſcalceatus ignorantiae arguitur 121.
Thuſighius Eunuchorum Princeps, Chriſtianorum perſequutor 161.
Tigris fluvius 83.
Tillemontii animadverſio in Epiſtolam S. Simeonis Bar-ſaboë de obedientia Principibus Seculi praeſtanda retunditur 38.
Ejus lapſus de anno Martyrii Sanctorum Jonae, Brichjeſu & Sociorum 214.
TIMAEUS Martyr, S. Narſetis Epiſcopi Socius 101.
Ejus memoria & cultus 96.
— Martyrii tempus 97.
— Acta Graecis olim nota, & ab iiſdem vitiata 96.
Titus Scriptor Syrus 210.
Tomarſa, ſeu Tamuza, Seleuciae & Cteſiphontis Epiſcopus 111.
SS. TRINITAS 35. 149. 172. 179. 219. 250. 257.

Triphon *vide* Diodorus
Trullanum II. ſeu Quiniſextum Concilium abſtinentiam ab eſu ſanguinis confirmat 121.
Turonenſis Eccleſia Feſtum S. Simeonis Bar-ſaboë celebrat cum Officio trium Lectionum 8.
Tyrus urbs 26.

V

VAlens Imperator LXI.
Valentinianus Imp. 102.
Valeſii, Henrici, opinio de Epocha Saporicae perſequutionis refellitur LXXXIV.
Vararanes III. Rex Perſarum Manichaeis infeſtus 209.
Vararanes IV. Rex Perſarum LI. 233.
Vararanes V. Perſarum Rex, Chriſtianorum perſequutor XLII. 231. & ſeqq.
VARDA Virgo & Martyr, S. Danielis Presbyteri Socia 103.
Cujus claſſis Virginum fuerit? 52.
Ejus nominis interpretatio 104.
— Martyrii tempus 103. 104.
— Acta hucuſque ignota 103.
Vartranes Presbyter, Chriſtianae Fidei deſertor, S.Guhſciatazadem Bethſeleucienſem jugulat 100.
Vaſethum oppidum 163.
Vaticana Apoſtolica Bibliotheca MSS. Codd. Orientalibus per Eliam, & Joſephum, Authoris conſanguineos, comparatis locupletatur XXXI.
Vazaina *vide* Huzitarum regio
Veneficia Chriſtianis vetita 55.
Venus *vide* Nahitis
UHANAM Clericus, Graecis perperam *Onam Aſceta*, Martyr, S. Narſetis Epiſcopi Socius 100.
Ejus memoria & cultus 96.
— Martyrii tempus 97.
— Acta Graecis olim nota & ab iiſdem vitiata 96.
Viaticum Altare *vide* Altare portatile
Virgines Deo ſacrae Syris Filiae Foederis, & Canonicae dictae 51. 52.
Earum inſtitutum ipſi Eccleſiae coaevum 51.
— Triplex olim claſſis ibid.
Velum Conſecrationis ab Epiſcopo inter Miſſarum Solennia accipiebant 51.
Diaconatus munere fungebantur 52.
Odas & hymnos in Eccleſia canebant ibid.
Earum antiqua vivendi ratio ibid.
Chriſti Sponſae dictae 52. 59.
Nuptiae earundem in Fidei deſertionis argumentum adſumtae 52. 56. 123. 163.
In eas ſub Sapore Longaevo potiſſimum ſaevitum 50. 51.
Plurimae in Perſide Martyres 43. 90. 97. 105. 131. 142.
Ur Chaldaeorum, ſeu Orche, urbs 225.
Urſinus, Jordanus, Cardinalis, Caput Sancti Jacobi Intercifi Vaticanae Baſilicae dono dedit 240.
Urſius, Thomas ex Praedicatorum familia, laudatur XXXIV.
Uſthazades, ſeu Uſthazanes, *vide* Guhſciatazades
Uxia, ſeu Uzia, *vide* Bethuzitarum regio
Wormacenſis Synodus abſtinentiam ab eſu ſanguinis confirmat 121.

X

XEnajas, ſive Philoxenus, Monophyſitarum Anteſignanus 131.
Ejus Patria ibid.

Z

ZAba mons 110.
Zabdaeus, ſeu Zebedaeus & Zabde *vide* Beth-zabde caſtrum
Zabdicene, quae & Bakerda & Gezira, regio 140.
Zachagnius Bibliothecae Vaticanae Praefectus, Acta diſputationis Archelai cum Manete edidit 209.
Zacharias Kazuinenſis Scriptor Mahometanus XXIX. LXI.
Zaduk *vide* Sciahduſtes
Zaradoſtes, ſeu Zoroaſter, Magicae ſuperſtitionis author 40. 230.
ZARON Martyr, S. Narſetis Epiſcopi Socius 101.
Ejus memoria & cultus 96.
— Martyrii tempus 97.
— Acta Graecis olim nota & ab iiſdem vitiata 96.
Zaruſciates Hadjabi Praefectus, Graecis corrupte Nazeroth, Chriſtianorum perſequutor 198. 208.
ZEBINAS, aliis corrupte Zanitas, Martyr, SS. Jonae & Brichjeſu Socius 215.
Ejus memoria & cultus 211.
— Martyrii tempus 211. 213. 224.
— Acta apud Graecos & Latinos interpolata 211. 224. & ſeqq.
Zelotes *vide* Jacobus Presbyter & Martyr
Zenzalus *vide* Jacobus Baradaeus
Zinus, Franciſcus, Actorum Martyrum Interpres 211.

ERRATA SIC CORRIGITO

Pag. xxxvii. lin. 29. graviſſimis *adde* Epocha graviſſimis. P. xxxix. l. 6. Centum viginti *adde* Centum viginti octo. P. xlvi. l. 14. multa *lege* multae. P. 3. l. 1. ſuuum *lege* ſuum. P. 4. l. 11. h *lege* ſic. P. 5. l. 38. quinque *lege* quatuor. P. 8. l. 21. tranſtulerunt *adde* illud tranſtulerunt. P. 38. l. 1. Meſopotamiae *lege* Babyloniae. P. 41. col. 2. l. 55. Synaxarum *lege* Synaxarium. P. 43. l. 16. reccurrentem *lege* recurrentem. P. 48. l. 29. ſeculorum *lege* ſaeculorum. P. 52. l. 46. diem viii. *lege* diem iv. P. 53. l. 21. pediſſaeque *lege* pediſſequae. P. 54. l. 2. idem *lege* id. P. 60. c. 2. l. 21. diem *adde* diem iv. P. 65. l. 46. diem *adde* diem v. P. 69. l. 16. foece *lege* faece P. 81. c. 1. l. 1. Mihaël *lege* Michaël. P. 82. c. 2. l. 48. Seleucenſi *lege* Seleucienſi. P. 83. c. 1. l. 10. altra *lege* altera. P. 84. l. 5. que *lege* quae. Ibid. l. 6. fecere *lege* facere. P. 85. l. 10. notiſſimas *lege* notiſſimus. Ibid. l. 42. peferre *lege* perferre. P. 102. c. 2. l. 37. cum Guhſciatazade &c. *lege* cum Azade, qui anno Perſequutionis ſecundo Martyr occubuit. P. 105. l. 8. Menais *lege* Menaeis. P. 131. l. 17. capi *lege* capti. P. 134. l. 18. adddixit *lege* addixit. P. 141. c. 1. l. 26. Perſequutipoibus *lege* Perſequutionibus. Ibid. l. 41. adcedent *lege* adcederent. P. 143. l. 36. Preſide *lege* Perſide. P. 161. l. 44. maeſtique *lege* moeſtique. P. 163. c. 2. lin. ult. inteſuit *lege* interfuit. P. 171. l. 28. Spriritus *lege* Spiritus. P. 174. l. 3. efficentiam *lege* efficientiam. P. 175. l. 15. poenitudis *lege* poenitudinis. P. 206. l. 42. heluebatur *lege* heluabatur. P. 208. l. 7. antiquores *lege* antiquiores. P. 209. col. 1. l. 8. aſcendes *lege* aſcendens. Ibid. l. 13. Chriſti 340. *lege* Chriſti 240. Ibid. l. 42. praeſtegiator *lege* praeſtigiatur. P. 212. l. 27. menſi *lege* menſis. P. 213. l. 11. cruciatar *lege* cruciatur. Ibid. l. 15. exibentur *lege* exhibentur. Ibid. l. 30. cerceri *lege* carceri. Ibid. l. 48. mogna *lege* magna. P. 218. l. 3. pervicaccia *lege* pervicacia. P. 222. l. 44. manum *lege* manuum. P. 223. l. 43. conſtringeretur *lege* conſtringerentur. P. 225. l. 14. Arbibus *lege* Arabibus. P. 230. in tit. Martyirum *lege* Martyrium. P. 231. l. 3. reſtatur *lege* teſtatur. Ibid. l. 31. Scypolitanus *lege* Scythopolitanus. P. 232. l. 33. Tragritenſia *lege* Tagritenſis. Ibid. l. 48. Graecourm *lege* Graecorum. P. 233. l. 45. annum *lege* annum. P. 237. l. 1. Scytis *lege* Scythia. P. 239. l. 5. interogans *lege* interrogans. P. 240. l. 31. saperſtructa *lege* ſuperſtructa. P. 242. l. 13. antummo *lege* autumno. P. 244. l. 30. jacet *lege* jaceat.

Digitized by Google